




PUERITIÆ ET
ADOLESCENTIÆ

APIENS IN-
FORMATIO,

Quam
HANNES-LUDOVICUS VIVES VALENTINUS *complexus est*

DIALOGIS XXV,

INTRODUCTIONE AD
sapientiam, &

SATELLITIO ANIMI;

In spem VIRILIS *laboris jucundi & tranquillæ* SENILIS *quietis:*

Recens philologicis NOTIS, ARGUMENTIS MONITISq; moralibus illustrata.

BREMÆ

Typis Thomæ Villeriani, scholæ typographi,

Anno MDCXIIX.

Generoſo adoleſcenti,
Domino SIMONI-LUDOVICO,
Illuſtris & generoſiſsimi domini,
Domini SIMONIS, comitis & nobilis
domini Lippiæ, domini mei clemen-
tiſsimi,
FILIO
cœleſtem benedictionem.

PAuculos ante dies, generoſe comes, hîc aderat frater meus Jonas Martinius, qui adoleſcentiæ tuæ ſtudiis ad pietatem & literatam doctrinam formandis ſervit. ex quo eorum ſucceſſum quum ſciſcitarer; tuas hac etiam ætate efflorescentes virtutes & excitatum in animo tuo ſapientiæ amorem honorificè prædicavit. quæ res & lætitiam mihi ſingularem & non dubiam ſpem attulit illuſtrandæ juvandæq; patriæ, in cujus ſalutem

splēdidissimis ortus es natalibus. Quã si meo quoq; qualicunq; alloquio confirmarem: id verò & illustrem dominum patrem tuum, tanquam publicam quandam fidelis monitoris vocem probaturum, & tuæ generosæ indoli gratum adeóque utile fore confidebam. Quum ergo commodùm sub manu haberem & propè jam absolvissem hos libellos viri sanè & eruditissimi & de pravis seculi sui moribus corrigendis religiosè admodum soliciti, notis nonnullis ad usum scholarum nostrarum aptiores accommodatiorésque factos: eos ipsos cum incliti nominis tui præscriptione edendos censui. ut quos & nunc aliquod momentum ad studia tua afferre posse & pleniùs deinceps allaturos esse sperē; cùm ob variam in eis, etsi etiam sub simpliciore dialogorum argumento reconditam

doctri-

doctrinam VIVIANAM; *fortè etiam addere licebit, ob nostram in iis alicubi restituendis in integrum, limandis quoque, plurimùm autem explicandis positam mediocrem curam & adhibitam seriam diligentiam. Macte ergo, inclite comes, & cùm ob paternam maternámque, ambas perillustres familias, tum ob tuas virtutes majorem in modum observande domine, accipe serena fronte hoc literarium, q; ad te defero, munusculum, & amplam de te conceptam spem quotidianis sapientiæ & in Deum officiosæ religionis incrementis imple. Quod ut tanquam cõmuni bonorũ voce moneo, ita supplici prece à Deo peto, ut asperso cœlitus gratiæ suæ rore utrãq; illã ratã faciat.*

Bremæ 11 Julii ann. ult. temp. 1618.

T. generos.

observantissimus

Matthias Martinius r. scholæ Bremensis, & sacr. lit. profess.

SCHOLIASTES
scholastæ & lectori
S.

Tria sunt, in quibus percipiendis & sine intermissione exercendis eorum, qui in scholasticis cœtibus degunt, occupanda est opera omnis & industria: rerum optimarum notitia, vitę honestas, & vis animi cogitata digné politéque eloquendi. Tota scilicet res huc spectat, ut perficiamur ipsi & alios perficere studeamus. Illud consequimur *contemplatione veri & boni actione*, in quas tanquam partes virtutem dividere Senecæ placuit; hoc veró culta & gravis præstat oratio. Qui alio fine scholas adeunt aut in eisdem hærent, in nequissimæ fictionis & simulationis crimen incidunt, diversum agentes, quàm se acturos ipsa jactati nominis professione dictitant.

Be-

Bene Attalus illius gravissimi, quem laudabamus, philosophi præceptor, *Idem, inquit, & docenti & discenti debet esse propositum: ut ille prodesse velit, hic proficere.* Et ipse de suo addit: *Qui ad philosophorum scholas venit, quotidie secum aliquid boni ferat: aut sanior domum redeat aut sanabilior.* Quod quum non fit seriò, non est equidem mirum, etiam *pertinacissimos* & *assiduos* nonullos auditorũ, *inquilinos* veriùs *quàm discipulos* scholarum parum admodum ex institutione licèt diligentissima referre. *Quidam veniunt, ut audiant, non ut discant: sicut in theatrum, voluptatis causâ, ad delectandas aures oratione vel voce vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola diversorium ocii sit*, adeóque tanquam auctoramentum omnis licentię, quę hodie tot pestes, vice speratæ saluberrimæ frugis, in reip. Christianæ viscera evomit. Si quando meliùs agitur (heu seculum! quòd boni vocem eò traducere cogimur) *non id agunt, ut aliqua illic vitia deponant, ut aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores suos exigant: sed ut oblectamento aurium per-*

fruantur. aliqui tamen & cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant ſed verba: quæ tam ſine profectu alieno diſcunt, quàm ſine ſuo audiunt. Quidam ad magnificas voces excitantur & transeunt in affectum dicentium, alacres vultu & animo: nec aliter concitantur, quàm ſolent Phrygii tibicinis ſono ſemiviri & ex imperio furentes. Voluptas in omnibus ſtudiis hodie mera plurimùm quæritur, &, quod turpius, non neceſſaria, non honeſta, non utilis, ſed ea, quæ omnes animi corporisque vires enervet. Paterna educatio & domeſtica licentia primam ætatem corrumpit, neque ſcholaſtica eam ſanat. ita media atq; extrema & perit ſibi & perdit alios. Tantum incõmodi dat eccleſiis, reb. publ. & familiis illa, de qua & Plato in ſuis politiis queritur, ἀνεπιστημοσύνη τροφῆς πατρὸς, id eſt, *inſcitia paternæ educationis*; ubi αἱ ἐπιθυμίαι κατέλαβον τὴν τοῦ νέου τῆς ψυχῆς ἀκρόπολιν, αἰσθόμεναι κενὴν μαθημάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ λόγων ἀληθῶν. Ubi, inquã, *voluptates*, pravis familiaritatibus ſuaſç. & clàm proſerpẽtes *cupiditates*| *juvenilis animi arcẽ occupant, dum vacuũ eũ cernunt*

eſſe

esse doctrinarum, honestorúmque studiorum et officiorum verarúmque rationum &orationũ: ut commodùm magni viri verba ad nostrum de rebus discendis institutũ traducamus: quæ ipsa, ut dicere pergit, ἄριστοι φρουροί τε καὶ φύλακες ἐν ἀνδρῶν θεοφιλῶν εἰσὶ διανοίαις, *optima præsidia & custodiæ in eorum sunt hominum mentibus, qui Deum amant & colunt.* Insuper malum ingens nunc imprimis dominatur, ut ad usum contendatur aut sine rerum mediocri cognitione, aut ab ipso etiam usu per scrupulosam inanium quæstionũ vanitatẽ penitus recedatur. ut de nostris quoque rebus hoc tempore non immeritò dicatur, quod initio sui pessimi alicubi licèt Satyrici Petronius queritur: *Nũc & rerũ tumore & scientiarum vanissimo strepitu hoc tantùm proficiunt, ut, quum in forum venerint, putent, se in alium terrarum orbem delatos, & ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri; quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, aut audiunt aut vident.* In usu autem haberi oportet illa, de quibus hactenus dixi; maximè autẽ justitiã & pietatẽ. Quas res quũ consideraret &

ad sui seculi, quod proximè hoc nostrũ antecessit, dissolutos (nunc verò etiam dissolutiores) mores judicii sui lance examinaret Vives hic noster, in cujus nobilissimum libellum prefamur: post alia ingenii sui monumenta, unde ad immortalitatem memoriæ gloriosum nomen consequutus est, hos XXV. dialogos scholarum usibus reliquit, doctrinæ, virtutis & eloquii merito longè commendatissimos. Excolit in eis pueritiam & adolescentiã hoc est humanæ vitæ gemmas & florem, ut, qui eam culturam docilis admiserit, in firmiore maturioréq; ætate amplissimos fructus & capere possit & exhibere. Sunt autem ii, suam accurare salutem, & procurare alienam, & ejus gloriam perpetuis actionibus spirare, ex cujus gratia nobis omnia bona suppetunt: cui & hoc debemus, quòd neque dum pluribus malis implicati/miserabiliùs, ut cum poëta loquar, *animum tempúsq; trahimus*. In eo profectò sita sunt omnia, ne languida & negligens juniorum sit educatio, quos quales literarum documentis vitæque ex-
emplis

emplis formamus,tale seculum posteritas,transmissum à nobis,habiturum est:aut cum gratiis,si bene sit;sin secus, cum conviciis,non injustis,quia in injustos decessores jactatis. Si majoribus nostris ædificandi nulla fuisset cura, nulla hortos &vineas plantandi,silvas propagandi,agros conserendi, fines tuendi:quid nunc haberemus,quo supra brutas animātes in vitæ cultu nos magnopere efferre possemus? Quod Tullius ait, *Optimus quisq; maximè posteritati servit.* Grata itaq; jure nobis sunt eorum studia, qui cereæ ætati in rectam aliquam formam fingendæ inter alias occupationes suas seriò se transferūt. quod quanto artificio in his Dialogis factum sit, nescio equidem, an satis hacten⁹ pleriq; animadverterint. Quare facilè persuaderi mihi passus sum, ab eis,qui toto vitæ suæ cursu institutionē adolescentiæ quàm plenissimā expetunt, ut aliquid laboris in eisdem illustrandis ponerē. ꝙ quidem hoc ordine factum est. Singulis argumenta pręscripsi,quę tractationē partiantur. Difficilioribus vocibus &

phrasi-

phrasibus explicandis notas adjeci, & ab usu ad rationem, in philosophia vel historia reconditã, discipulos jam provectiores & ad publica acroateria se apparantes subducere studui. quam obrẽ etiã linguarũ concordiũ aliqua collatio interdũ est adjũcta, quanquã parciùs; ut desideriũ imprimis utriusque Latini & Græci sermonis conjungendi in melioribus ingeniis foverem aut excitarem. &, quia verborum metæ res sunt, colloquii cujuslibet enarrationẽ ad morales sententias deduxi: Subinde v. etiam depravatis lectionib inductis veras restitui: quædã etiam devia à vero interpretamenta modestè exegi; paucula insuper, quæ purioris religionis corruptelam resipiebant, ex divinioribus literis castigavi. Si id obtineo, quod quæsivi, ut discipuli firmiores in pædagogeis, hac qualicunq; etiam opella nostra, plusculum σοφοὶ, ἐνάρετοι ϗ λόγιοι evadant, dignum meo labore satisq; amplum mihi fructum videbor retulisse.

COLLO-

V III

COLLOQUIA,

Sive

Exercitationes Latinæ linguæ Johannis-Ludovici Vivis.

Plato in Lyſide.

Οὕτω χρὴ, ὦ Ἱππόθαλες, τοῖς παιδικοῖς διαλέγεσθαι, ταπεινοῦντα καὶ συστέλλοντα, ἀλλὰ μὴ, ὥσπερ σὺ, χαυνοῦντα καὶ διαθρύπτοντα, *i. e.* O Hippothales, hoc pacto cum adoleſcentibus disputandũ eſt; corripiendo illos atq; dejiciendo, non blandiendo, ut ipſe agis, & corrumpendo.

JOHAN. LUDOVICUS VIVES PHILIPPO, CAROLI CÆS. AUGUSTI FILIO *hæredi, optimam mentem.*

LAtinæ linguę permagnę sunt, & ad loquendum & ad rectè sentiendum, utilitates. Est enim ea velut thesaurus quidam omnis eruditionis: quoniam magna & præstantia ingenia Latino sermone disciplinas omnes conscripserunt: ad quas nemo potest pervenire, nisi per linguæ illius cognitionem. Quam ob causam non gravabor, inter majorum studiorum occupationes, hac quoq; parte pueritiæ rudimenta adjuvare. Conscripsi in usum Latinę linguę primam loquendi exercitationem, quam pueris, ut spero, conducibilem, tibi principi puero visum est dicare: cùm propter patris tui benevolentiam erga me summam, tum quòd in animo tuo ad rectos mores formando optimè de Hispania, hoc est, patria mea, merebor, cujus salus sita est in tua probitate ac sapientia. Sed hæc à Joanne Martinio Siliceo, institutore tuo, & copiosiùs audis & crebriùs.

* *
*

INDEX

INDEX DIALOGORUM.

DIALO-

DIALOGUS I.

Surrectio matutina.

¶ *In hoc primo dialogo quinque officia describuntur, quæ ingenuis adolescẽtibus & pueris mane curanda sunt: nimirum surgere tempore matutino, quod studiis amicum est; induere se; pectere caput; lavare manus, faciem & os; orare Deum. Brevius; è lecto redire, curare corpus, Deo committere vitam & studia.*

Beatrix puella, Emanuel, Eusebius *.

JEsus Christus exsuscitet vos à somno vitiorum. Heus pueri, estísne hodie evigilaturi? EUS. Nescio, quid inciderit mihi in oculos. ita videor eos habere

A plenos

* *Nomina colloquentium hîc, ut & alibi, sunt rebus accommodata.* Beatrix *Latinis est, quæ beat, hoc est bono afficit. Ita* beare cœlo *est eo donare, felicẽ reddere. Nomẽ virgini, domesticarum rerum custodi, cõvenit, cujus est virtute, assidua cura, juniorum diligenti observatione heros beare.* Emanuel (*Hebræis Immanu el*) *est Deus nobiscũ, & celebratur inter nomina Servatoris nostri, qui est Deus & homo. Quum a.nudis hominibus tribuitur, significat, Deum esse nobiscum, & id quidem nos humiliter optare et gratis animis orare.* Eusebius *pium significat: quia Græcis εὐσέβεια est pietas. Summatim igitur monemur, ancillarum esse beare familias fidelitate & exemplis pudicitiæ: puerorum autem, ita vivere piè, ut Deus eis favore suo perpetuò adsit.*

fruantur. aliqui tamen & cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant sed verba: quæ tam sine profectu alieno discunt, quàm sine suo audiunt. Quidam ad magnificas voces excitantur & transeunt in affectum dicentium, alacres vultu & animo: nec aliter concitantur, quàm solent Phrygii tibicinis sono semiviri & ex imperio furentes. Voluptas in omnibus studiis hodie mera plurimùm quæritur, &. quod turpius, non necessaria, non honesta, non utilis, sed ea, quæ omnes animi corporisque vires enervet. Paterna educatio & domestica licentia primam ætatem corrumpit, neque scholastica eam sanat. ita media atq; extrema & perit sibi & perdit alios. Tantum incõmodi dat ecclesiis, reb. publ. & familiis illa, de qua & Plato in suis politiis queritur, ἀεπιστημοσύνη τροφῆς πατρὸς, id est, *inscitia paternæ educationis*; ubi αἱ ἐπιθυμίαι κατέλαβον τὴν τοῦ νέου τῆς ψυχῆς ἀκρόπολιν, αἰσθόμεναι κενὴν μαθημάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ λόγων ἀληθῶν. Ubi, inquã, *voluptates*, pravis familiaritatibus suasq. & clàm proserpẽtes *cupiditates juvenilis animi arcẽ occupant, dum vacuũ eũ cernunt*

esse

esse doctrinarum, honestorúmq; studiorum et officiorum verarúmq; rationum & orationũ; ut commodùm magni viri verba ad nostrum de rebus discendis institutũ traducamus: quæ ipsa, ut dicere pergit, ἄριστοι φρουροί τε καὶ φύλακες ἐν ἀνδρῶν θεοφιλῶν εἰσὶ διανοίαις, *optima præsidia & custodiæ in eorum sunt hominum mentibus, qui Deum amant & colunt.* Insuper malum ingens nunc imprimis dominatur, ut ad usum contendatur aut sine rerum mediocri cognitione, aut ab ipso etiam usu per scrupulosam inanium quæstionũ vanitatẽ penitus recedatur. ut de nostris quoque rebus hoc tempore non immeritò dicatur, quod initio sui pessimi alicubi licèt Satyrici Petronius queritur: *Nũc & rerũ tumore & scientiarum vanissimo strepitu hoc tantùm proficiunt, ut, quum in forum venerint, putent, se in alium terrarum orbem delatos, & ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri; quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, aut audiunt aut vident.* In usu autem haberi oportet illa, de quibus hactenus dixi; maximè autẽ justitiã & pietatẽ. Quas res quũ consideraret &

ad sui seculi, quod proximè hoc nostrũ antecessit, dissolutos (nunc verò etiam dissolutiores) mores judicii sui lance examinaret Vives hic noster, in cujus nobilissimum libellum prȩfamur: post alia ingenii sui monumenta, unde ad immortalitatem memoriæ gloriosum nomen consequutus est, hos XXV. dialogos scholarum usibus reliquit, doctrinæ, virtutis & eloquii merito longè commendatissimos. Excolit in eis pueritiam & adolescentiã hoc est humanæ vitæ gemmas & florem, ut, qui eam culturam docilis admiserit, in firmiore maturioréq; ætate amplissimos fructus & capere possit & exhibere. Sunt autem ii, suam accurare salutem, & procurare alienam, & ejus gloriam perpetuis actionibus spirare, ex cujus gratia nobis omnia bona suppetunt: cui & hoc debemus, quòd neque dum pluribus malis implicati/miserabiliùs, ut cum poëta loquar, *animum tempúsq; trahi*mus. In eo profectò sita sunt omnia, ne languida & negligens juniorum sit educatio, quos quales literarum documentis vitæque ex-

emplis

emplis formamus, tale seculum posteritas, transmissum à nobis, habiturum est: aut cum gratiis, si bene sit; sin secus, cum conviciis, non injustis, quia in injustos decessores jactatis. Si majoribus nostris ædificandi nulla fuisset cura, nulla hortos & vineas plantandi, silvas propagandi, agros conserendi, fines tuendi: quid nunc haberemus, quo supra brutas animãtes in vitæ cultu nos magnopere efferre possemus? Quod Tullius ait, *Optimus quisq; maximè posteritati servit.* Grata itaq; jure nobis sunt eorum studia, qui ceteræ ætati in rectam aliquam formam fingendæ inter alias occupationes suas seriò se transferũt. quod quanto artificio in his Dialogis factum sit, nescio equidem, an satis hacten⁹ pleriq; animadverterint. Quare facilè persuaderi mihi passus sum, ab eis, qui toto vitæ suæ cursu institutionẽ adolescentiæ quàm plenissimã expetunt, ut aliquid laboris in eisdem illustrandis ponerẽ. ꝙ quidem hoc ordine factum est. Singulis argumenta prę́scripsi, quę tractationẽ partiantur. Difficilioribus vocibus & phrasi-

phrasibus explicandis notas adjeci, & ab usu ad rationem, in philosophia vel historia reconditã, discipulos jam provectiores & ad publica acroateria se apparantes subducere studui. quam obrẽ etiã linguarũ concordiũ aliqua collatio interdũ est adjũcta, quanquã parciùs; ut desideriũ imprimis utriusque Latini & Græci sermonis conjungendi in melioribus ingeniis foverem aut excitarem. &, quia verborum metæ res sunt, colloquii cujuslibet enarrationẽ ad morales sententias deduxi. Subinde v. etiam depravatis lectionib inductis veras restitui: quædã etiam devia à vero interpretamenta modestè exegi; paucula insuper, quæ purioris religionis corruptelam resipiebant, ex divinioribus literis castigavi. Si id obtineo, quod quæsivi, ut discipuli firmiores in pædagogeis, hac qualicunq; etiam opella nostra, plusculum σοφοὶ, ἐνάρετοι καὶ λόγιοι evadant, dignum meo labore satisq; amplum mihi fructum videbor retulisse.

COLLO-

COLLOQUIA,

Sive

Exercitationes Latinæ linguæ Johannis-Ludovici Vivis.

Plato in Lyſide.

Οὕτω χρή, ὦ Ἱππόθαλες, τοῖς παιδικοῖς διαλέγεσθαι, ταπεινοῦντα καὶ συστέλλοντα, ἀλλὰ μή, ὥσπερ σύ, χαυνοῦντα καὶ διαθρύπτοντα, *i. e.* O Hippothales, hoc pacto cum adoleſcentibus diſputandũ eſt; corripiendo illos atq; dejiciendo, non blandiendo, ut ipſe agis, & corrumpendo.

JOHAN. LUDOVICUS VIVES PHILIPPO, CAROLI CÆS. AUGUSTI FILIO *hæredi, optimam mentem.*

LAtinæ linguę permagnę ſunt, & ad loquendum & ad rectè ſentiendum, utilitates. Eſt enim ea velut theſaurus quidam omnis eruditionis: quoniam magna & præſtantia ingenia Latino ſermone diſciplinas omnes conſcripſerunt: ad quas nemo poteſt pervenire, niſi per linguæ illius cognitionem. Quam ob cauſam non gravabor, inter majorum ſtudiorum occupationes, hac quoq; parte pueritiæ rudimenta adjuvare. Conſcripſi in uſum Latinę linguę primam loquendi exercitationem, quam pueris, ut ſpero, conducibilem, tibi principi puero viſum eſt dicare: cùm propter patris tui benevolentiam erga me ſummam, tum quòd in animo tuo ad rectos mores formando optimè de Hiſpania, hoc eſt, patria mea, merebor, cujus ſalus ſita eſt in tua probitate ac ſapientia. Sed hæc à Joanne Martinio Siliceo, inſtitutore tuo, & copioſiùs audis & crebriùs.

* *
*

INDEX DIALOGORUM.

DIALO-



DIALOGUS I.

Surrectio matutina.

¶ *In hoc primo dialogo quinque officia describuntur, quæ ingenuis adolescẽtibus & pueris mane curanda sunt: nimirum surgere tempore matutino, quod studiis amicum est; induere se; pectere caput; lavare manus, faciem & os; orare Deum. Breviùs; è lecto redire, curare corpus, Deo committere vitam & studia.*

Beatrix puella, Emanuel, Eusebius *.

JEsus Christus exsuscitet vos à somno vitiorum. Heus pueri, estísne hodie evigilaturi? EUS. Nescio, quid inciderit mihi in oculos. ita videor eos habere

* *Nomina colloquentium hîc, ut & alibi, sunt rebus accommodata.* Beatrix *Latinis est, quæ beat, hoc est bono afficit. Ita* beare cœlo *est eo donare, felicẽ reddere. Nomẽ virgini, domesticarum rerum custodi, cõvenit, cujus est virtute, assidua cura, juniorum diligenti observatione heros beare.* Emanuel (*Hebræis Immanu el*) *est Deus nobiscũ, & celebratur inter nomina Servatoris nostri, qui est Deus & homo. Quum a nudis hominibus tribuitur, significat, Deum esse nobiscum, & id quidem nos humiliter optare et gratis animis orare.* Eusebius *pium significat: quia Græcis εὐσέβεια est pietas. Summatim igitur monemur, ancillarum esse beare familias fidelitate & exemplis pudicitiæ: puerorum autem, ita vivere piè, ut Deus eis favore suo perpetuò adsit.*

I. *Surgere.* plenos arenæ *a*. BEAT. Hæc eſt tua prima cantio matutina *b* & bene vetus: aperiam feneſtras haſce ambas, ligneam & vitream, ut feriat clarum mane veſtros amborum oculos. Surgite, ſurgite. EUSEB. Tam multo mane *c*? BEAT. Propior eſt meridies quàm aurora. Vis, tu Emanuel, recentem ſubuculam *d*?

II. *Induere ſe.* EMAN. Nihil nunc eſt neceſſe: hæc eſt ſatis munda, cras ſumam alteram. Cedo mihi thoracem. BEA. Quem? ſimplum? an diploidem *e*? EMA. Quem voles, mea nihil refert. Porrige huc ſimplum, ut, ſi ſim hodie luſurus pila, minus graver. BEA. Hic eſt ſemper tuus mos: prius de luſu cogitas quàm de ſchola. EMA. Quid tu dicis, inepta? & ſchola ipſa vocatur ludus *. BEA. Ego non intelligo veſtras grammaticationes *f* & ſophiſmata *g*. EMA. Da ligulas

a *Vapores, qui ſomniculoſis in oculos incumbunt, videntur eſſe ceu arenæ, quæ viſui officiunt.*

b *ᾆσμα ὄρθριον, quæ in exordio diei canitur.*

c *adeò matutino tempore, οὕτω πρωΐ.*

d *indumentum, quod ſubtus induitur, quaſi thema ſit* ſubuo, *ὑποδύω, quod nobis* hembd *ab ἱμάτιῳ; aliàs camiſia, quod Hiſpanis Arabes tradiderunt, quibus* קָמִיץ *humilis eſt tunica, à collectione, quòd ſit contracta interula. Kamátz enim eſt colligere.*

e *διπλοΐς ἡ pannus duplex, veſtis duplicata: ut ἁπλοΐς ſimpla. Sunt autem ſubſtantiva.*

* *ita quibusdam dici videtur, quod longiſſimè abſit à luſu. Poteſt etiam hæc cauſa afferri, quòd literariorũ ſtudiorum tanta ſit jucunditas, ut luſus videantur.*

f *vox ficta, quaſi à verbo grammaticor, quod Græcis γραμματίζομαι.* g *deceptiones literarias.*

ligulas asstrictorias *h* coriaceas. BEA. Fractæ sunt: accipe sericas, & sic jussit tuus pædagogus. Quid jam? vin' femoralia & tibialia? quoniam est æstus. EM. Minimè verò, dato fœminicruralia *i*: quæso, constringe me. BEA. Quid tu habes brachia fœnea, aut butyracea? EMA. Non, sed filo tenui consuta. Hui, qualia dedisti mihi asstrigmenta exarmata *k*; & lacera. BEA. Memineris, te heri aleâ perdidisse integra. EMA. Quî scis? BEA. Ego per rimulam ostii observabam te cum Guzmanulo *l* ludentem. EM. Amabo *m*, ne id pædagogus rescisсat. BEA. Imò ego narrabo, quũ primum *n* appellâris me deformem, ut soles. EM. Quid, si rapacem? BEA. Quid vis, modo ne deformem. EM. Cedo calceos. BEA. Utros? longo obstragulo *o*? an brevi? EM. Tectos, propter lutum. BEA. Propter lutum aridum, quod alio nomine vocatur pulvis. Sed bene facis: nam in apertis cingulum *p* est fractum, & fibula *q* amissa. EMA. Indue, rogo. BEAT. Tu ipse facito. EM. Non possum me flectere. BE. Tu quidem facilè te curvares, desidia verò tua difficilè: an

 deglu-

h *ligula & lingula ἱμάς. Asstrictoria est, qua aliquid asstringitur.* i *caligæ, quæ femoralia & tibialia conjuncta habent, non separata.* k *i.e. ligulas ferro orbatas.*
l *diminutivum proprium ex Guzmanus. vox Germana q.* Godsman. m *quæso.* n *i.e. ubi primum.* o *corio, quo calcei velut obstrati sunt.* p *corigia.* q *orbiculum, cui cingulum inditur.*

deglutisti ensem *r*, ut circulator ille nudius-quartus? adeóne es jam delicatus? quid facies grandior? EMA. A stringe nodo laxo gemino: quod est elegantius. BEAT. Nihil minùs. solveretur nodus illico, & decideret tibi calceus è pedibus: præstat vel gemino asstricto, vel asstricto & laxo. Sume tunicam manicatam & cingulum textile. EM. Minimè id quidem, sed coriaceum venatorium. BE. Mater vetat. vis tu omnia arbitratu tuo facere? & tu heri fregisti aciculam fibulæ. EM. Non poteram alioqui exfibulare. Da ergo illud puniceum ex lino. BEA. Cape: cinge te

III. *Pectere.* cinctu Gallico *s*, pecte caput priùs radiis rarioribus *u*, tum densioribus *x*, apta pileum vertici, ne in occipitium rejicias more tuo, aut in frontem & oculos. EM. Prodeamus jam tandem. BEA. Quid illotis manibus & facie? EMA. Ista tua tam molesta curiositate taurum jam enecasses, nedum hominem. videris mihi non puerum vestire, sed sponsam.

IV. *Lavare manus, faciem, os.* BE. Eusebi, affer pollubrum cum urceolo, funde altiús: stilla potiùs ex epistomio *y*, quàm profundas. elue sordes istas ex nodis digitorum *z*, ablue os, & gargariza *a*. frica benè

r *ut metuendum sit, in incurvatione te aciem ensis esse versurum in dorsum aut viscera.*

s *ad umbilicum.* u *dentibus, qui majores.*

x *qui minores.* y *ἐπιστόμιον, quo os, i. e. fistula gutturnii aperitur & clauditur.* z *condylis.*

a *adguttur revoca aquam*, gurgle / *γαργαρίζειν. Est enim γαργαρεὼν guttur.*

bene cilia & palpebras, tum glandulas sub auriculis duriter, cape linteum, exterge te. Deum immortalem *b*, de omnibus es sigillatim admonendus: nihilne ipse tua sponte faceres? EMA. Vah! nimiùm es importuna & odiosa *c*. BEA. Et tu nimiùm scitus puer, ac formosulus. Deosculare me, flecte jam genua, & recita precationem Dominicam, & preces alias, ut est tibi in more, antequam pedem ponas extra cubiculum. Vide, mi Emanuel, uti de te nulla alia cogites, dum oras. Mane paulisper, appende sudariolum hoc de zona, ad nares emungendas & purgandas. EM. Súmne satis ad arbitrium tuum *d* compositus? BE. Es. EM. Ad meum minimè, quoniam jam tandem ad tuum. Ausim facere sponsionem *e*, me horam unam vestiendo consumsisse. BEAT. Quid si vel duas? quò eras alioqui *f* iturus? quid acturus? fossurus credo, aut araturus? EMAN. Quasi desit, quod agam. BE. O magnum virum, vehementer in nihil agendo occupatum! EMAN. Non hinc abis, cavillatrix? abi, aut ego te abigam hoc calceo, aut calanticam *g* tibi detraham de capite.

v. Orare.

A 3 SEN-

b *vitanda est hæc loquutio, in exclamatione, ne nomen Dei temere usurpemus.*

c *i.e. molesta, quæ meritò odio habearis.*

d *ad placitum, ut vulgò loquuntur.*

e *pignore deposito certare.*

f *i.e. nisi in te vestiendo occupatus fuisses.*

g *tegmen capitis muliebre.*

SENTENTIÆ.

1. Obdormiscere in peccatis somnus pessimus, adeoq; letalis est, nisi tempestivè expergefias.

2. E vitiorum veterno ad officii honesti curam expergisci vigilantia est optima.

3. Παῖδες φιλοπαίγμονές εἰσι. *Pueris solenne est seria ludicris posthabere. sed ea ad nugas pronitas honestis exercitiis est corrigenda; ut lusus non sint nequitiæ fomenta, sed animi laxamenta & corporis stabilimenta.*

4. Insignis vanitas est scelestum vocari malle, quàm deformem.

5. Ignavis etiam difficilia sunt, quæ facillima.

6. Qui, dum puer est, deliciis se incipit frangere, grandior factus erit corruptissimus.

7. Pueri adultiorum & sapientum arbitriis sunt regendi; ne semper sint pueri.

8. Malæ indolis signum est, si puer nihil recti sponte faciat, sed identidem & sigillatim sit monendus.

9. A religiosis precibus & piis ad Deum suspiriis omnes labores etiam puer ordietur.

10. Animus in precando non peregrinabitur, sed intentus erit in eum, qui oratur, & id, quod petitur; cum humilitate & fiducia.

11. Diligens homo semper inveniet, quo se honestè occupet.

12. Providendum est solicitè, ne nihil, & ne malum, & ne aliud, quàm quod nostri est muneris, agamus.

DIA-

DIALOGUS II.

Prima salutatio.

¶ *Hujus dialogi tres partes sunt: prima continet consalutationem matutinam. Secunda pueri lusus cum cane. Tertia confabulationem patris cum filio de schola, arrepta occasione à canicula.*

Puer, mater, pater.

SAlvus sis, mi pater, salve, mea matercula, 1.
precor vobis felicem hunc diem, germa- *Salutatio matutina.*
nuli *a*, propitium vobis opto Christum, sororculæ. PAT. Mi fili, sospitet te Deus, evehat ad ingentes virtutes. MAT. Servet te Christus, mea lux. Quid agis, mea dulcedo? quid vales? quomodo nocte hac quievisti? PU. Rectè valeo, & placidè dormivi. MAT. Christo gratia: proprium *b* hoc velit tibi esse. PU. Ad mediam tamen noctem excitatus sum è dolore capitis. MAT. Me perditam & miserrimam, quid narras? qua parte capitis? PU. Ad brechma *c*. MAT. Quàm diu? PU. Vix

a *i.e. genuini fraterculi.*

b *i e perpetuum, ut Terent. And. 4. 3. v. 1.* Nihilne esse proprium cuiquam. *ubi Donatus.* Omne quod habemus, aut mutuum est aut proprium. Ergo proprium perpetuū. *Igitur Cicero orat. post red. in sen. perenne & proprium conjungit.*

c *sinciput, βρέχμα, vel potiùs βρέγμα ab humida constitutione. Nam βρέχειν est rigari.*

octava parte horæ: postea redormii, nec sensi amplius. MAT. Respiravi.nam exanimâras me. PU. Bene sit tibi. Isabellula, para mihi

II. Lusus pueri cũ cane. jentaculum. Ruscio Ruscio huc, canicule festivissime. en ut cauda adulatur! ut se in posteriores pedes erigit! quomodo habes? quomodo vales? Heus tu, affer panis buccam unam aut alteram, quam ei demus: videbis lusus scitissimos. Non esuris? nihílne edisti hodie? profectò plus est in cane isto intelligentiæ, quàm in illo mulione crasso.

III. Confabulatio patris cum filio. PAT. Tulliole mi, lubet mihi tecum paulisper confabulari. PUER. Quid, mi pater? Nam nihil mihi accidere potest suavius, quàm te audire. PAT. Hic tuus Ruscio est belua, an homo? PU. Belua, ut credo. PAT. Quid tu habes, cur sis homo: non ille? tu edis, bibis, dormis, ambulas, cursitas, lusitas: hæc ille omnia. PU. Atqui ego sum homo. PAT. Quomodo id cognoscis? quid nunc habes plus quàm canis? sed hoc interest, quòd ille non potest homo fieri: tu potes, si vis. PU. Obsecro, mi pater, effice id primo quoque tempore. PA. Fiet, si eas, quò eunt beluæ, redeunt homines. PU. Ibo, pater, multò libentissimè, sed ubi id est? PA. In ludo literario. PU. Nulla est in me ad rem tantam mora. PAT. Nec in me. Isabellula, audin'? da huic jentaculum in cistellam. ISAB. Ecquid nam? PAT. Frustum panis butyro illitum, vel ficos aridas,

aut

aut uvas passas pro obsonio, sed insolatas. nã alteræ illæ viscosæ inficiunt puerorum digitos & vestes: nisi malit cerasa aliquot, vel pruna aurea, & oblonga, insere brachiolum cistellæ, ne excidat.

SENTENTIÆ.

1. *Parentum est non tantum alere & sanctis monitis instruere filios, sed etiam perpetuis precibus Deo commendare.*
2. *Filiorum est & parentibus morem gerere, & eorum incolumitatem piis votis a Deo expetere.*
3. *Omnia bona, & parva & magna, ad Deũ auctorem referre discamus à teneris.*
4. *Salutaria parentum monita sint liberis dulcissimus cibus.*
5. *Ut ratio discernit homines & pecudes: ita ipsos homines literarum optimarũ studia.*
6. *Hominis titulum satis plenè non tuetur, nisi, qui humanitatis & religionis studiis est excultus.*
7. *Schola est officina formandi homines.*

DIALOGUS III.

Deductio ad ludum.

¶ *Hic primò agitur de electione præceptoris: deinde puer ei à patre in disciplinam traditur: tertiò pactum initur inter patrem & præceptorem de labore & mercede.* *Pater,*

*Pater, puer, propinquus, Philoponus * ludimagister.*

I. Deliberatio de praeceptore.

COmmenda te CHRISTO. PU. Duc nos, Jesu Christe, sapientissime dementes, potentissime imbecilles. Quæso, mi propinque, tu qui es versatus in studiis literarum, ecquis est in hoc gymnasio optimus institutor puerorum? PRO. Doctisimus quidem Varro; sed diligentisimus & vir probisimus Philoponus, nec eruditionis aspernandæ. Habet Varro *a* scholam frequentissimam, & domi numerosum gregem contubernalium. Philoponus non videtur delectari turba, paucioribus est contentus. PAT. Hunc malo. Ellum *b* in porticu gymnasii inambulantem. Fili, hoc est formatorium *c*, & quasi officina hominum, & hic artifex formandi. Adsit tibi

II. Puer traditur in disciplinā.

Christus, magister. Aperi caput, puer, & flecte poplitem dextrum, sicuti es edoctus, sta jam rectus. PHIL. Prosperus *d* sit nobis omnibus

* *Philoponus est ὁ φιλῶν πόνους qui laborem amat, laborifer, ut Ovidius Herculem vocat.*

a *Varronis doctrina inter Romanos celebris erat, ut qui divinarum & humanarum rerum esset peritissimus. vide August. lib 6. de civit. Dei cap. 2.*

b *id est, ecce illum.*

c *vox facta ad imitationem Græcorum, quibus est παιδοτριβεῖον.*

d *Citatur ex fragmento quodam Ciceronis lib. 6. de rep.* Deinde est hominum generi prosperus ac salutaris. *Sed usitatius est* prosper.

mnibus tuus adventus. ecquid rei est? PAT. Hunc filiolum meum ad te adduco, ut ex bellua hominem facias. PHIL. Dabo in eam rem operam sedulam. fiet: revertetur ex pecude homo, ex nequam frugi & bonus. id verò ne dubitaveris. PAT. Quanti doces? PHIL. Si puer bene proficiat, vili: sin parum, caré *e*. PAT. Acutè hoc dicis & sapienter, ut omnia. Partiamur inter nos igitur hanc curam, tu, ut sedulò instituas, ego, ut benignè compensem tuam operam. *III. Pactũ de labore & mercede.*

SENTENTIÆ.

1. *Tum demum Deus rectè agnoscitur & colitur, si nostram vilitatem et vitiositatem cum ipsius majestate et sanctitate comparemus.*
2. *Sapientiæ est & consilia à sapientibus petere & indigis convenientia dare.*
3. *Consilio maximè opus est in deligendo vitæ genere.*
4. *Formator juniorum sit Varro, & imprimis Philoponus, id est eruditus & laboris patiens.*
5. *Boni præceptoris est non tam multos expetere discipulos, quàm bonos, licet paucos, et quibus erudiendis par esse queat.*
6. *Scholarum præstantia non turba discentium,*

e *Nam si sapiens & probus evadat puer, & tempus & sumtus bene collocatur. Sin secus, pœnitenda & perdita sunt omnia.*

um, sed fide & industria magistrorum & discipulorum est æstimanda.

7. *Præclarum, etsi vulgo spretum, est scholastici præceptoris officium, belluinam hominis conditionem ad humanam aut angelicam transferre. quod fit, dum ministerio humano internum magisterium divini spiritus accedit.*

8. *Neque præceptores sint infideles, neque ingrati parentes & ignavi discipuli, si scholas florentes velimus esse.*

9. *Progressum felicem discipuli maximum sibi lucrum ducet fidelis præceptor.*

10. *Quum profectus impensas superat aut saltem æquat: non est cara institutionis merces putanda, licèt sit ea liberalis.*

DIALOGUS IV.

Euntes ad ludum literarium.

¶ *Partes colloquii sunt tres. Primò agitur de tempore eundi ad scholam; deinde de via apud prætextatum, Titivillitium & vetulam; & tandem ea ostenditur per Teresulam. inter varia & ambagiosa impedimenta nequitiæ res geritur.*

Cirratus, Prætextatus, Titivillitium, Vetula,

*Vetula, Teresula, Olusculαria *.*

I. *De tẽpore eũdi ad scholã.*

VIdetur tibi tempus eundi ad ludũ? PRÆ. Planè tempus est, ut eamus. CIR. Non satis teneo viam, credo *a* esse in illo vico ꝓximo. PR. Quoties illuc itasti? CIR. Ter aut quater. PR. Quando cœpisti eò itare? CIR. Nudius tertius, ut puto, aut quartus. PR. Quid igitur? an non id satis est ad noscendam viam? CIR. Non, etiamsi eam centies. PR. Ego verò, vel si semel, nunquam deinceps aberrarem.

II. *De via*

* *Colloquutorum nomina hic sunt miscella, ut res ipsa.* Cirratus *est, qui cirros gestat. Sunt autem cirri oblongiores & implexi crines, ut puerorum & virginum.* παρὰ τὸ κείρειν, *i.e. tondere. Comam pueri nutriebant, quam pòst Veneri consecrabant detonsam, gentili superstitione. Traducitur etiam ad alias res implexas significandas.* Prætextatus *est, qui prætexta est ornatus. Ea autem erat honestiorũ vestis, & virorum, & puerorum. Ita vocabatur, quia ora ejus prætexta erat purpurâ; unde Plutarcho est* περιπόρφυρος. Titivillitium *hic pro nomine proprio est. Est autẽ inter ea, quæ veteres vocabant effutilia.* Exponunt *titivillitium fila putrida, quæ de tela cadant. Quidam volunt dici, quasi textivilitium, q. ex textus vilitate. Est, tanquã Græcè dicas,* οὐτιδανὲ ἄνθρωπε, *Gallis* vaultneant, *q. valẽs nihil. Sed his vocibus abstineamus, ne quem contemnam⁹: sicut servator nos monet* Matth. 5. 22. *ne alii dicamus Racá, id est, vane, aut* καταπτῦσαι, *i.e. conspuẽde, aut* μωρὲ, *i.e. fatue. At hic Titivillitiũ vocatur pro moribus suis pravis.* Teresula *dici videtur, tanquam teres, rotunda: aut Torosula, ut sit diminutivum à torosa.* Olusculαria *ab olusculis denominatur.*

a i.e. opinor.

um, sed fide & industria magistrorum & discipulorum est æstimanda.

7. Præclarum, etsi vulgo spretum, est scholastici præceptoris officium, belluinam hominis conditionem ad humanam aut angelicam transferre. quod fit, dum ministerio humano internum magisterium divini spiritus accedit.

8. Neque præceptores sint infideles, neque ingrati parentes & ignavi discipuli, si scholas florentes velimus esse.

9. Progressum felicem discipuli maximum sibi lucrum ducet fidelis præceptor.

10. Quum profectus impensas superat aut saltem æquat: non est cara institutionis merces putanda, licèt sit ea liberalis.

DIALOGUS IV.

Euntes ad ludum literarium.

¶ *Partes colloquii sunt tres. Primò agitur de tempore eundi ad scholam; deinde de via apud prætextatum, Titivillitium & vetulam; & tandem ea ostenditur per Teresulam. inter varia & ambagiosa impedimenta nequitiæ res geritur.*

Cirratus, Prætextatus, Titivillitium,

Vetula,

Vetula, Teresula, Olu-sculsaria *.

VIdetur tibi tempus eundi ad ludũ? PRÆ. Planè tempus eſt, ut eamus. CIR. Non ſatis teneo viam, credo *a* eſſe in illo vico ꝓxi- mo. PR. Quoties illuc itaſti? CIR. Ter aut qua- ter. PR. Quando cœpiſti eò itare? CIR. Nu- diustertius, ut puto, aut quartus. PR. Quid igi- tur? an non id ſatis eſt ad noſcendam viam? CIR. Non, etiamſi eam centies. PR. Ego ve- rò, vel ſi ſemel, nunquam deinceps aberra- rem.

I. De tẽpore eũdi ad scholã. *II. De via*

* *Colloquutorum nomina hîc ſunt miſcella, ut res ipſa.* Cirratus *eſt, qui cirros geſtat. Sunt autem cirri oblongiores & implexi crines, ut puerorum & virginum.* παρὰ τὸ κείρειν, *i.e. tondere. Comam pueri nutriebant, quam pòſt Veneri conſecrabant detonſam, gentili ſuperſtitione. Traducitur etiam ad alias res implexas ſignificandas.* Prætextatus *eſt, qui prætexta eſt ornatus. Ea autem erat honeſtiorũ veſtis, & virorum, & puerorum. Ita vocabatur, quia ora ejus prætexta erat purpurâ; unde Plutarcho eſt* περιπόρφυρος. Titivillitium *hic pro nomine proprio eſt. Eſt autẽ inter ea, quæ veteres vocabant effutilia.* Exponunt *titivillitium fila putrida, quæ de tela cadant. Quidam volunt dici, quaſi textivilitium, q. ex textus vilitate. Eſt, tanquã Græcè dicas,* οὐτιδανὸς ἄνθρωπος, *Gallis* vaultneant, *q. valẽs nihil. Sed his vocibus abſtineamus, ne quem contemnamꝰ: ſicut ſervator nos monet* Matth. 5. 22. *ne alii dicamus Racá, id eſt, vane. aut* καταπτύσαι, *i.e. conſpuẽde, aut* μωρὲ, *i.e. fatue. At hic Titivillitiũ vocatur pro moribus ſuis pravis.* Teresula *dici videtur, tanquam teres, rotunda: aut Toroſula, ut ſit diminutivum à toroſa.* Oluſcularia *ab oluſculis denominatur.*

a *i.e. opinor.*

rem. Sed tu vadis invitus,& ambulas lusitans, nec viam asspicis, nec domos, nec ulla signa, quæ te postea admoneant, qua sit flectendũ, quæ via tenenda. Ego hæc omnia observo diligenter, quia lubens eo. CIR. Puer hic habitat in proximo scholæ. Heus, Titivilitium †, quà itur ad ædes tuas ‡ ? TI. Quid vis ? venis à matre tua ? mater mea non est domi, ac ne soror quidem : ambæ sunt profectæ ad divæ Annæ *b*. CIR. Quid illic agitur ? TI. Heri fuerunt encænia *c* : hodie invitavit eas mulier quædam casearia ad edendum lac coagulatum. CIR. Et tu cur non es unà profectus ? TIT. Relictus sum hìc, ut servem domum: frater meus puerulus abductus est ab eis illuc: sed pollicitæ sunt mihi, se de reliquiis allaturas partes in quasillo. CIR. Quin tu igitur manes domi ? TITI. Continuò revertar, nunc prodeo lusum talis cum filio hujus cerdonis. vultis & vos venire? CIR. Eamus sodes. PR. Minimè verò id quidem. CIR. Quidni? PRÆ. Ne vapulemus. CIR. Vah, non memineram. TIT. Non vapulabitis. CIR. Quî scis ? TIT. Quia magister vester perdidit heri ferulam. CIR. Hem, quomodo

† *q.d. Tu quisquis es è plebe.*

‡ *i.e. locum, ubi habitat familia, ex qua es.*

b *i.e. sanctæ Annæ, scil. ædem; quæ Anna mater mariæ fuit. Templis nomina olim à sanctis imposita sunt, quæ res ex superstitione ferè orta est, aut in eam vertit.*

c *ἐγκαίνια τὰ dicimus festivitatem templi dedicati.*

modo nosti? TIT. Hodie de domo nostra audiebamus ejus vociferationem quærentis ferulam. CIR. Amabo, ludamus parumper. PRÆ. Tu ludito, si vis: ego ibo solus. CIR. Ne me apud præceptorẽ, quęso, deferas, dic me detineri domi à patre. PR. Vis mentiri me? CIR. Quidni, propter sodalem? PR. Quia in templo audivi concionatorem affirmantem, mendaces esse filios diaboli, veraces Dei. CIR. Diaboli vero? apage. Per signum sanctæ crucis *d* ab inimicis nostris libera nos, Deus noster. PR. Non potes liberari, si ludas, quum est discendum. CIR. Eamus, tu valeto. TIT. Hui, pueri isti non audent paulisper ludere, alioqui cædendi *e*. PRÆ. Ille est puer perditus, & evadet sceleratus vir. Sed quomodo elapsus est nobis? nec *f* rogavimus, quà esset via ad ludum, revocemus. CIR. Abeat in malam rem *g*: nolo sit mihi rursum incitamento ad lusum. percontabimur ab hac vetula. Mater, nostíne, qua itur ad scholam Philoponi? VET. Juxta eã scholam habitavi ego sex annis, è regione peperi filium natu maximũ, & filias duas, trans-

ite

d *signum sanctæ crucis antiquitus fidelibus erat tessera quædam fidei in Christum crucifixum: sed superstitiosum est externo ritui illi efficacitatem tribuere ad abigenda dæmonia. Christianè autem dicemus propter crucem, i. e. crucifixum filium tuum libera nos ab inimicis.*

e *i.e. se cæsum iri metuunt.* f *i. e. & nondum.*

g *i.e. in crucem. Sed abstinebunt pii ab hujusmodi imprecationibus, charitati debitæ contrariis.*

ite plateam hanc villæ rasæ *h*. inde est angiportus, tum plateã domini Veterani, hinc flectite ad dexteram, tum ad sinistram. ibi percontamini: non procul abest schola. CIR. Vah! non poterimus omnia retinere. VET. Teresula, deduc istos ad ludum Philoponi. nam mater hujus est, quæ dabat nobis linum pectendum & nendum. TER. Quid (malum) Philoponi? Quid hominis est hic Philoponus? quasi ego norim *i*. loquerísne de illo, qui resuit calceos, juxta cauponam viridem? an de præcone in vico Gigantis, qui alit equos meritorios? VET. Sat scio: nunquam tu nosti ea, quæ sunt opus, sed ea, quæ ad rem nihil faciunt. Inertissima. Philoponus est ludimagister ille senex, procerus, lusciosus, è conspectu ædium, quas olim habitavimus. TER. Ah! jam redit in memoriam. VET. In reditu transi per macellum, & eme acetarium, & raphanum, cerasa: cape fiscellam *k*. CIRRA. Duc nos etiam per forum olitorium. TERES. Hac ibitis breviùs. CIR. Nolumus isthac ire. TERES. Quî sic? CIR. Quia momordit me illic canis ex domo pistoris. quin & volumus te comitari ad forum. TER. Revertens faciam iter per macellum (nam procul adhuc absumus) & emam, quæ sum jussa *l*, postquam reliquero vos in ludo. CIR. Nos cupimus videre,

III. Via ad scholã ostenditur.

h *nomẽ plateæ in urbe Valẽtia, quæ fuit Vivis patria.*
i *i.e. quis ille est Philoponus? non intelligo dictum.*
k *vas vimineum, corbulam.* l *sc. emere.*

dere, quanti emes cerasa. TERES. Numis senis emimus libras singulas. sed quid ad te? CIRRA. Quia soror jussit me hodie mane sciscitari, & est illic vetula quædam olusculaia, de qua si emeris, scio eam & vendituram minoris quàm alias, & daturam nobis vel cerasa aliqua, vel thyrsum *l* lactucæ. nam filia ejus ministravit aliquãdo matri & sorori meæ. TER. Ne dispendium hoc viæ constet vobis flagris aliquot *m*. CIR. Minimè verò. nam satis veniemus tempori. TER. Eamus. tantulum deambulavero, quæ misera consumor sedendo domi totos dies. PRÆ. Quid facis? an tantùm sedes ociosa? TER. Ociosa verò? minimè certè id quidem, neo, cõnglobo, glómero. texo, putas vetulam nostram passuram, ut ocier? festos dies exsecratur *n*, in quibus est cessandum. PRÆ. Festi dies num nõ sunt sacri? quomodo ergo exsecratur illa rem sacram? vult ne ipsa exsecrari, quod est sacrum constitutum? TER. Censen' me didicisse Geometriam *o*, ut hæc possim vobis edisserere? CIR. Quid rei est Geometria? TER. Ego nescio, nos habebamus vicinam, quæ vocabatur Geometra. Hæc semper vel erat ipsa

B in

l *scapum seu virgam foliosam, h. e. foliis vestitam.*

m *ne propterea cædamini, quia tantùm à via proposita declinatis.*

n *i.e. exsecratione & odio dignos putat.*

o *imperitus sermo imperitæ affingitur. Quomodo enim dies exsecrari quis dicatur, expõet philologia, nõ geometria.*

in templo cũ presbyteris, vel presbyteri domi ejus cum illa: itaq; erat, ut ferebant, sapientissima. Sed ventum est in forum olitorium. ubi est tandem vestra vetula ? CIR. Id ego circumspiciebam. Sed eme ab hac, ea lege, ut nobis det aliquid corollarii *p*. Heus amita, puella hæc emet de te cerasa, si aliquot nobis donaveris. OLUS. Nihil mihi donatur, omnia venduntur. CIR. Nec sordes istæ donantur tibi, quas habes in manibus & collo. OLUS. Nisi procul hinc abis, impudenticule *q*, has sordes sentient genę tuæ. CIR. Quomodo sentient meæ genæ, quum tu habeas in tuis manibus? OLUS. Redde cerasa, furuncule. CIR. Sumo exemplum *r*. nam volo emere. OLUS. Eme igitur. CIR. Si placuerint, quanti? OLUS. Numo libram. CIR. Ah, acerba sunt, tu anus venefica *s*, vendis hic populo cerasa strangulatoria *t*: TER. Abeamus hinc ad ludum. nam vos argutiis vestris intricaretis me, & detineretis diu. Jam, ut puto, mea vetula furit domi ob moram meam. Hoc est ostium: pulsate.

SENTENTIÆ.

1. *Obliviosus viator est, qui invitus ambulat, & in-*

p *additamenti, mantissa, προσθήκης.*
q *qui nonnihil es impudens*
r *specimen, experimentum capio, prægustando.*
s *Sordes verborum, quæ sordidis affingũtur. Non autem decet pueros istis conviciis assuescere.*
t *quæ edentes strangulent.*

& inter eundum nulla signa observat.

2. *Ad nequitiam proni feruntur pueri, nisi sanctâ disciplina in ordinem cogantur.*

3. *A teneris assuefaciendi sunt ad fugã mendaciorum & amorem veritatis.*

4. *Pueritiæ mores ferè sunt argumenta vitæ laudabilis vel sceleratæ consequuturæ.*

5. *Officiosos & comes decet esse Christianos in monstranda via errantibus aut ignaris.*

6. *Qui pauperes sunt, labore manuum se honestè studeant alere: ne è maleficiis victum quærant.*

7. *Vani homines ea solent nosse, quæ nulli sunt usui: alia ignorant.*

8. *Turpe est, familiares aliquò cum mandatis missos aliud interim agere, quam sunt jussi, & dominorum exspectationem fallere.*

9. *Impium est festis diebus occupare familiam servili opere, quod quidem qui faciunt, nihil lucrãtur; sed profestis vicissim per ministeria infidelia decipiuntur.*

10. *Levitatem morũ à teneris dediscent pueri; ut tales sint, quales videri volent.*

DIALOGUS V.

Lectio.

¶ *Partes sunt* I. *institutio de literis vocalibus & consonis.* II. *Mandatum ediscendi lectionem.*

 onem.

onem. III. *Objurgatio quædam puerorum, qui citantur ad præceptorem.*

Præceptor, Lusius, Æschines, Pueri, Cotta.*

I. Institutio de literis vocalibus & consonis.

PRÆC. Cape tabellam abecedariam *a* manu sinistra, & radium *b* hunc dextra, quo indices singula elementa, sta rectus, pileum pone sub axilla, audi attétissimè *c*, quemadmodum ego has literas nominabo: specta diligenter, quo gestu oris. Vide, ut eodem prorsum modo reddas, quum reposcam. Sis mecum. Jam audisti. Sequere nunc me, sigillatim præeuntem. Tenes probè? LUS. Videor mihi sic satis. PR. Unaquæque istarum vocatur litera: ex his quinque sunt vocales, A, E, I, O, U, quæ sunt in vocabulo Hispano oveia *d*, quæ est ovis. memineris hujus verbi. Hæc cum unaqualibet, vel pluribus aliarum, syllabam efficit: sine vocali non fit syllaba, & vocalis ipsa non rarò est syllaba. Itaque aliæ omnes consonantes nominantur: quæ per se nihil sonant, nisi

* *Lusius à ludendo, Æschines ab αἰσχύνη, i.e. pudore dictus est: Cotta à κότος, i.e. ira, vel κόττη i. e. caput. Æschinem inter Athenienses, Cottam inter Romanos oratores monumenta veterum celebrant.*

a *alphabetariam, in qua literarum characteres sunt expressi.*

b *stilum,* c *i.e. ne peregrineris animo, sed attentus sis* d *sed pro* j *in oveia.* i *intellige, quia hic in eandem figuram confundantur vocalis & consona. Ita etiam in* Jehova *sunt eadem literæ.*

nisi adhibita vocali. Habent enim sonum quẽdam imperfectũ & mancũ, b,c,d,g, quæ sine e parum sonant. Jam ex syllabis fiunt voces seu verba: ex his sermo, quo belluæ omnes carent. nec tu à bellua differes, ni probè sermonem discas. Evigila, & nava sedulam operam. Ito, sede cum tuis condiscipulis, & edisce, quę præscripsi. LU. Non ludimus hodie? ÆS. Non. nam dies est operarius *e*. Eho, tu venisse te huc arbitraris lusum? non est hic ludendi locus, sed studendi. LUS. Cur ergo ludus nominatur? ÆS. Nominatur quidem ludus, sed literarius: quia literis est hic ludẽdum, alibi pila *f*, trocho *g*, talis *h*: & Græcè audivi appellari scholam quasi ocium: quòd verum sit ocium & animi quies, ætatem in studiis agere. Sed ediscamus, quæ injunxit institutor, summisso murmure, ne alii aliis simus impedimento. LUS. Avunculus meus, qui aliquando dedit operam literis Bononiæ, docuit me, meliùs memoriæ infigi quæ velis, si altiùs pronuncies, idq; confirmari auctoritate nescio cujus Plinii. ÆS. Si quis ita velit edisçere suas formulas, in hortos secedat,

II. Mandatum edisse̅di lectionẽ.

 aut

e *ἐργαλικὸς, quo laborandum est: non autẽ feriatus.*

f *quæ multiplex est. Vide Calep.*

g *qui est globus ligneus, à currendo dictus. τρέχω enim est curro*

h *qui sunt ossicula quadrata, quibus luditur.*

aut in cœmiterium k templi: ibi clamet licet, quoad excitet mortuos. COR. Pueri, hoccine est ediscere? garrire, jurgari. Agite, convenite ad præceptorem omnes jussu ejus.

SENTENTIÆ.

1. Juxta literarum initia statim sunt ad bonos mores formandi pueri.

2. Fidelis præceptor ad omnia puerilia se demittet, si quem rectè institutum velit.

3. Ratione & oratione homo differt à brutis animantibus. Dabit autem etiam operam, ut fide & pietate à pravis hominibus discernatur.

4. Schola dicitur ludus, quia lex ejus aliqua est. ut summa cum animi voluptate discamus, quæ in ea proponuntur; utpote quorum scientiâ & usu perficimur.

5. Schola non debet esse ociosa vita, sed quies literata et sancta, in qua scilicet meditandis rebus optimis vacemus.

DIALOGUS VI.

Reditus domum & lusus puerilis.

¶ *Partes sunt 1. de literis: 2. de ludorum variis generibus.*

Tulli-

k κοιμητήριον *est Græcis. ergo dicemus cœmeterium, quod sonat, quasi dormitorium.*

Tulliolus, Corneliola, Lentulus, Scipio.

CORN. Prosperè redieris, Tulliole, libet paulisper lusitare? TUL. Nondum: statim. CORN. Quid habes negocii? TUL. Recolere, quæ magister, memoriæ ut commendarem, mandavit. COR. Quæ tandem? TUL. Aspice. CORN. Hui, quæ notæ sunt istæ? credo, esse formicas *a* depictas. mea mater, quot formicas & culices adfert Tulliolus pictos in tabella? TULL. Tace, insana, sunt literæ. CORN. Quæ vocatur hæc prima? TUL. A. COR. Cur prima est magis A, quàm hæc altera? MA. Cur tu es magis Corneliola, quàm Tulliolus? CORN. Quia sic vocor. MA. Et illæ literæ ad eundem modum *b*. Sed ito jam lusum, mi fili. TULLI. Hic pono tabellam meam & radium: si quis attigerit, vapulabit à matre. nonne, mea matercula? Mat. Etiam, mi fili. TUL. Scipio, Lentule, adeste lusuri. SCIP. Quam lusionem? TU. Nucibus ludemus ad conjectum scrobiculi *c*. LE. Non habeo nuces, nisi paucas, & eas quassas ac putres. SCI. Ludamus putaminibus nucum. TU. Quid mihi ea proderunt, etiam si lucrer viginti? nullus est

I. De literis.

II. De ludorum variis generibus.

I. Lusus nucum.

a *Sic imperiti ignotis rebus nomina imponimus à notis. Ita inelegantiùs pictas literas nos vocamus cornicum pedes.* b *quia arbitrio factum est, ut certis sonis signandis certi characteres sint destinati.*

c *ut ad scrobiculum collineemus, nucum conjectu.*

est intus nucleus, quem edam. SCI. Ego verò, dum ludo, non comedo: si quid volo comedere, matrem adeo. Ista nucum putamina sunt apta ad exstruendas formicis ædiculas. LEN.

II. Par impar. Ludamus par impar *d* aciculis. TUL. Affer potiùs talos. SC. Affer, Lentule. LE. Ecce vobis tali.

III. Lusus talorũ. TUL. Quàm sunt pulverulenti & immundi, nec satis purgati à carne †, & politi: jacias. SCIP. Pro primatu ludendi *e*. TUL. Ego sum primus, quid ludimus? SCIP. Asstrigmenta. LEN. Ego nolo mea perdere. nam domi cæderer à pædagogo. TUL. Quid vis ergo perdere, si vinceris? LENT. Talitra. MA. Quæ est ista humi *f* abjectio? (deteritis vestes omnes & calceos,) tum loco immũdissimo. quin verritis priús pavimentum, & sedetis? affer scopas. TUL. Quæ erit igitur spõsio? SCIP. Aciculæ in singula puncta *g*. TUL. Imò binæ. LENT. Ego non habeo aciculas, deponam, si vultis, pedunculos cerasorum pro aciculis. TUL. Apage, ludamus ego & tu, Scipio. SCIP. Ego ausim sorti meas aciculas credere. TUL. Da mihi talos in manum, ut jaciam primus. en vici sponsionem *h*. SCIP. Minime verò. nam non ludebas seriò. TUL. Quis unquam ludit seriò? ceu dicas album nigrum.

d *ut quis de occultatis divinet, sintné pares numero an impares, quas tenemus.* † *quæ ossib. adhærescit.*

e *ut constituamus, quis lusum ordiatur.*

f *in terram.* g *quoties aliquis vincetur.*

h *id feci, unde victor judicatur ex pacto.*

grum. SCIP. Cavillare *i*, quantum voles, non auferes modò aciculas. TUL. Age, remitto tibi hanc manum *k*. Ludamus jam pro præmio. adsit dextera sors *l*. SCIP. Victus es. TUL. Auferto. LEN. Cedo talos. TUL. In hunc jactum omnia. † LEN. Non recuso. PU. Ad cœnam pueri nunquámne facturi estis ludendi finem? TUL. Nunc incipimus: ista jam de fine loquitur. COR. Ludi hujus jam tædet: ludamus calculis discoloribus. TUL. Pinge tu nobis urbes in hoc latere, carbone aut gypso. SCIP. Ego malo cœnare, quàm ludere; & discedo, aciculis meis omnibus exutus fraude vestra. TUL. Memineris, te heri Cethegum spoliasse. Nullus ubique potest felici ludere dextra. COR. Adfer, quæso, folia lusoria, quæ invenies sub abaco ad sinistram. SCIP. Aliàs id quidem, nunc non vacat. nam, si diutius morer, timeo, ne pædagogus meus iratus incœnem *m* me mittat cubitum. Tu, Corneliola, habe nobis parata folia isthæc in crastinum sub horam vesperam. ‡ COR. Si licebit nobis per matrem; satius est nunc ludere, dum sinimur. SCIP. Satius est nunc cœnare, dum accersimur. PUER. Et mihi

Calculi discolores.

V. Folia lusoria.

i *fraude utere ad factum pro victoria tua interpretandum.* k *Manum remittere in aliquo ludo, est collusori condonare infeliciorem jactum, quem manu sua fecit.* Sueton. in Aug. cap. 71.

l *i e. felix jactus: prosperè cadat alea. Si fortuna intelligatur, sensus est ethnicus* † *sc. depono.* m *cœnâ privatum.* ‡ *adjectivè.*

mihi nihil datis, quæ vos spectavi? COR. Daremus, si judicasses. da tu nobis potiùs, quæ nostris lusionibus te delectasti. PU. Heus pueri, quando estis venturi? cœna est semicomesa *n*: prope est *o*, ut, sublatis carnibus, apponamus caseum & poma.

SENTENTIÆ.

1. Seria studia jocularibus lusibus etiam pueruli anteponent.

2. Sonus distinctis diversæ figuræ literarum sunt assignata, variarum gentium consensu & arbitrio.

3. Lusus honesti esse debent, & aut animo aut corpori aliquid emolumenti afferre.

4. Intempestivè & immodicè non est ludendum.

DIALOGUS VII.
Refectio scholastica.

¶ *Hujus dialogi argumentum est de refectione alimentaria. Partes hæ sunt. I. agitur de victu in genere. II. de quinque refectionum ordinariarum modis aliquid recitatur, quæ sunt jentaculum, prandium, merenda, cœna, comessatio. III. cœna quædam singularis describitur, ut peracta, ubi habetur de invitatione, tractatione, colloquiis convivalibus, & consecratione mensæ, ante & post cœnam, & ut mensa sublata.*

Nepo-

n *semesa*, ἡμίβρωτος, *absumta ex dimidia parte.*
o *jamjam tempus erit.*

*Nepotulus, Piso, Magister, Hypodidascalus, Architriclinus, Lamia, Florus, Anthrax *.*

VIvitísne hic lautè *a* ? PIS. Quid isthuc verbi est ? lavamus quotidie manus ac faciem, & quidem crebrò. Mundities enim corporis & sanitati & ingenio confert. NEPOT. Non id quæro; sed, an edatis & bibatis ex animi vestri sententia *b* ? PIS. Nos non edimus

I. De victu in genere.

* *Certo consilio illa nomina sunt delecta.* Nepotulus *introducitur, ut luxuriosus. nempe aliquando nepotes vocant Latini luxuriosæ vitæ homines, quia, qui post patrū obitum in avorum tutelam veniunt, ferè corrumpuntur indulgentia & licentia.* Piso *nomen est ex Romana historia, nobilis adolescentis. Hoc quidam è Calphurnia gente habebant, à noto legumine pisis, ut Fabii à fabis, Cicerones à cicere.* Hypodidascalus *est inferior præceptor, sub magistro.* Architriclinus, ἀρχιτρίκλινος *est, qui tricliniis præest, ad apparandas epulas, dapifer & modiperator convivii,* speisemeister. *Triclinium autem Latini vocant cœnationem, cœnaculum, etiam, sumta à Græcis alia voce, diætam: à tribus* κλίναις, *id est, lectis discubitoriis: ut mos veterum ferebat.* Lamia *& virile nomen & fœminea appellatio, sed ea probri loco, in hoc dialogo legitur. Nobilis autē fuit Romæ familia Lamiarum, à Lamo Læstrygonum rege; unde Ælius Lamia senator, ad quem scribit Horatius Carm. 3. ode 17. Est etiam lamia nomen piscis voracis, quem dici volunt à* λαιμὸς *id est gutture: & hinc spectrum quoddam ac terriculamentum; unde* Terriculas lamias & Faunos *conjungit Lucillius.* Florus *à floribus.* Anthrax *à carbonibus nomenclaturam habet. Nam* ἄνθραξ *est carbo.*

a *i. e. splendide. Sed Piso id propriè accipit pro loto.*

b *ut placet vobis.*

mus ex animi sententia, sed ex palati sententia *c*. NEP. Dico, an, ut vultis? PIS. Maximè, nempe cum fame: & qui vult, edit; qui non vult, abstinet. NE. Surgitis à mensa famelici? PIS. Non omnino saturi: nec expedit. Belluarum enim est expleri, non hominum. Regem quendam *d* sapientissimum narrant nunquam sine appetitu accubuisse, nunquam surrexisse saturum. NEP. Quid editis? PIS. Quæ habemus. NEP. Putabam, vos esse *e*, quæ non habeatis *f*. Sed quæ sunt ista tandem, quæ habetis? PIS. Molestum percontatorem! *g* quæ dantur. NEP. At quæ dantur? PIS. Jentamus de mane *h*, sesquihora *i*, posteaquam surreximus. NEP. Quando surgitis? PI. Ferè cum sole, qui est dux Musarum *k* & aurora gratissima Musis. Silatum *l* nostrum

II. De 5. refectionibus, 1. Jentaculo.

c *ut palato sapit.*

d *Cyrum majorem* Xenoph. lib 2.

e *edere.* f *verba sunt arguentis insolentes responsiones, dum ea ambiguè accipiuntur, quæ satis clara erant ad intelligendum.*

g *i.e. ô te molestum percontatorem.*

h *i.e matutino tempore.* i *hora una & dimidia.* k *i.e. studiorum quidam gubernator: quatenus corpus fovet luce, aërem rarum faciens, atq; ita juvat spiritus animales. Sol* μουσαγέτης *Orpheo dicitur, quòd orbium cœlestium* μοῦσαν, *i.e. cantum seu harmoniam temperet, quæ Pythagoreorum opinio erat.* l *Silatum est jentaculum, dictum ab herba, quæ* sile, *Græcis* σέσελι *vocatur, cujus radice vel semine veteres vinum condiebant, quod jejuni bibebant.*

est

est frustum panis autopyri *l* : & paululum butyri, aut fructuum aliquid, quales anni tempus suppeditat. Prandium, olus coctivum *m*, vel pultes in pultariis *n*, aliquid pulmentarii *o* carnium. Rapæ modò, modò brassicæ, amylum, similago, oryza † : tum diebus pisculentis *p* lac serosum in gabatis, è quo sit butyrum expressum, injectis aliquot turundis panis: piscis recens aliquis, si sit in foro piscario precii tolerabilis : sin secus, salsamentum probè maceratum, hinc pisa, aut cicera*, aut lentes, aut fabæ, aut lupini. NE. Quantum cuique ex his? PIS. Panis, quantum avemus; obsoniorum, quantum est satis, non ad explendum, sed ad alendum. Amplissimas epulas alibi quærito, non in schola, ubi ad virtutem formantur animi. NEP. Quid bibitis? PIS. Alii frigidam & liquidam, alii cervisiam tenuem, pauci & rarò vinum, & bene dilutum. Merenda est, seu (si id mavis) antecœnium, aliquid panis & amygdalarum, seu avellanarum,

2. Prandio.

3. Merenda.

l *αὐτόπυρος panis est cibarius, factus ex αὐτῷ πυρῷ ipso frumento, ut natum est, furfuribus non secretis.*

m *olus coctum, non crudū. aliquib.* potagium *ex Gallico* potage. n *pultarius est vas, in quo puls coquitur.*

o *pulmentarium carnium est caro concisa in modum pultis.* p *quibus mos est vesci piscibus. Est enim laudabilis ordo politicus, forum rerū venalium sic constitui, ut aliàs maximè pisces, aliàs carnes venundentur, at sine superstitione.* * *Ita medici cicera plur. num. Matthiol. in Diosc. l. 2. c. 97. alioquin cicer sing. tantùm. Est etiam cicera fœmin.*

† *Amylum, similago, oryza hîc ponuntur pro pultibus, ex illa materia factis.*

lanarum, ficorum aridorum *q*, uvarum passarum *r*: aut, si sit æstas, pirorum aut malorum, cerasorum, aut prunorum. Quum verò animi gratiâ rus proficiscimur, tum edimus lac, vel liquidum vel coactum, caseum recentem, cremorem *s*, lupinos lixivio maceratos, pampinos & alia, quæ villa suggerit. **4. Cœna.** Cœnæ caput est acetarium concisum, sale aspersum *t*, irroratum *u* oleo olivarum *x* ex gutto *y*, aceto etiam infuso. NEP. Quid? oleo nucum, aut raparum? PI. Apage rem insuavem, & insalubrem. tum in lata paropside *z*

q *Possit etiam dici ficorum aridarum, & ficuum aridarum. interim rectè loquitur auctor. Nam ficus secundo declinatu est & arbor & fructus, muliebri & virili genere: at pro morbo, ejusdem quidem est declinationis, sed generis tantùm masculini. Jocus autem, non exacta institutio de re grammatica, est in illo Martialis:*

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci.
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

r *quæ solem passæ sunt, in sole siccatæ. Suspenduntur autem uvæ, ut passæ fiant: ut Horat. 2. Sat. 2. ait:*

——— tum pensilis uva secundas
Et nux ornabat mensas.

Ita Lucil. passos senes *dicit exsuccos, quos Persius* apricos.

s *florem lactis.*

t *non tantùm ut mollescant, sed amarorem exuant.*

u *aspersum guttatim.*

x *non oleo nucum, aut raparum; ut mox exponitur.*

y *Vase angusti orificii, in quo oleum asservatur.*

z *Paropsis, παροψὶς, ἀγγεῖον παροψοφόρον, vas, in quo παροψήματα, id est, obsonia apponuntur.*

aulico-

aulicoctia *a* vervecina, jurulenta *b* cum prunis pasſis aut radiculis, aut herbulis, quæ ſint pro intrito: interdum tucetum *c* ſaporis ſcitisſimi. NEP. Quo condimento? PI. Fame, omnium optimo & ſapidisſimo. hinc certis diebus hebdomadis aliquid asſi, potisſimùm vitulinæ, hœdinæ, interdum in vere pro ſecunda menſa raphani perpuſillum, & caſei non putris, nec veteris, ſed recentis, qui eſt, quàm vetus, alibilior *d*: pira, mala perſica, cydonia. Diebus, quêis carne fas non eſt veſci *e*, habemus pro carnibus ova aſſa, aut frixa, aut elixa, ſingula per ſe, aut in libum commiſta in ſartagine,

a *aulicoctia, hîc ſubſtantivè, cibi qui in aulis, id eſt, ollis cocti ſunt. Aulas enim veteres (qui non duplicabant literas) pro ollis efferebant. Saxones* hitzepott *vocant, quia in olla effervefactum eſt.* Hitzen *eſt æſtu domare, effervefacere. Adjectivè etiam aulicoctium vel aulicoquum dicitur; ut exta aulicoqua, quæ in aulis ſeu ollis ſunt cocta, hoc eſt elixa.*

b *aliter dicitur, ſed infrequentiùs, juſulenta. Eſt autem jurulentum, quod in jure (ἐν ζωμῷ) coctum eſt.*

c *Tucetum eſt caro minutim conciſa. Vetus quoddam lexicon habet:* Tucetum dicitur cibus ex carnium contuſione: *quaſi velit eſſe, tanquam tuſetum. Fortè meliùs à ſingulari paratura, tanquam τυκτὸν quod eſt paratum.*

d *Alibile eſt hîc* θρεπτικὸν, εὔτροφον, *bene alens. ſicut Varro ait,* lac, omniũ rerum, quas cibi cauſâ capimus, liquentium eſſe maximè alibile.

e *Carnibus veſci quidem ſemper licet, quatenus religione Chriſtiana non prohibemur id facere. Quod verò in papatu certis diebus carnium eſu abſtinetur, id eſt ſuperſtitionis. Alibi tamen civilis eſt conſtitutio, eaq; non improbãda; quia abeſt opinio cultus divini & meriti.*

gine, aceto, aut omphacio *f*, non tam infuso, quàm instillato: paululum interdum piscium. & caseo succedunt nuces. NEP. Quantum cuique? PIS. Bina ova singulis, & binæ nuces. NEP. Quid? à cœna nunquámne comessamini? PISO. Sæpius. NEP. Quid quæso? nam id est suavissimum. PI. Convivium Syri apud Terentium *g*, aut aliquod aliud ex illis lautissimis Athenæi *h* aut similium, quorum meminerunt historiæ. Utrùm censes, nos porcos esse an homines? qui ventriculi *i*, quæ valetudo sufficeret, post quaternas refectiones comessari? Heus tu, schola hæc est, non saginarium. Dicunt etiam, nihil esse perniciosius valetudini, quàm bibere, quum statim sis iturus cubitũ *k*. NEPO. Licebitne

5. Comessatione.

f *ὀμφάκιον est succus ex immaturis uvis, quæ ὄμφακες dicuntur, est pro embammate.*

g *vide in Adelph.* act 5. sc. 1 & 2. *intelligit, se Syri servi exemplo discere, quàm indecorum sit heluari & comessari.*

h *Scriptor Græcus est, qui dipnosophistarum libros reliquit* XV, *sanè quàm doctissimos. quæ quidem eorum laus jam clarior est, postquam Isaacus Casaubonus philologus incomparabilis eos commentario illustravit.*

i *sc. sufficerent, satis essent. Nosse enim debemus stomachi nostri mensuram; ut servemus mediocritatem, quæ est, quantum ad nos; quid scilicet sine detrimento valetudinis & cum decoro ferre possimus.*

k *Ratio ea affertur, quòd calor per somnum ad interiores corporis partes revocatus effusum recentem liquorem, præsertim fortiorem, in vapores vertat, qui cerebrum tentãt. vel etiam, quòd potus frigidus superfusus inchoatam cibi coctionem impediat.*

bitne cœnæ vestræ interesse? PIS. Facilè; modò veniâ petitâ à præceptore: quam scio illum daturum non gravatè. nam solet *l*, alioqui *m* pravæ esset educationis, ingerere te convivio, magistro inscio: &, qui te adduceret, nihil aliud quàm probrum & pudorem contraheret apud condiscipulos. Mane paulisper. Magister, licebitne cum bona tua venia, puerũ quendam, mihi notum, adhibere nostræ cœnæ? PR. Maximè, non erit molestus. PIS. Habeo gratiam. Hìc, quem vides gestantem mantile pro focali *n*, est architriclinus *o* hujus hebdomadæ. nam hebdomadarios *p* habemus hìc architriclinos, ut reges. AR. Lamia, quota est hora? LA. Horas non audivi à tertia, intentus compositioni epistolæ *q*. Florus meliùs id nôrit, qui toto hoc pomeridiano tempore librum non vidit, neque chartam. FLO. Amicum testimonium, & apud magistrum iratum valdè utile *r*. Sed quì potuisti

III. De cœna singulari.

l *i. e. non est id ei insolens.*

m *i. e. alio modo si ageretur, si à præceptore non peteretur venia.*

n *i. e. mantile quo collum obvolvat. à faucibus dictũ est. Focale autem hic servit ad munditiem ministerii, ut purgare possit architriclinus, si quid opus sit.*

o *inspector mensarum.*

p *quarum ministerium duret per hebdomadem, & deinde in alios transferatur.*

q *Lamia loquitur, ut qui domi fuerit, & res suas egerit, intentior rebus in tempore agendis, quàm numerandis horis.* r *i. e. inimicum & noxium. Ironia est.*

tu id animadvertere, immersus (ut ais) compositioni epistolari ? planè malevolentia te coëgit mentiri. Gaudeo profectò, inimicum meum pro mendaci haberi. Si quid me posthac voluerit calumniari, carebit fide. AR. Non potero alicunde cognoscere de hora ? Anthrax, trãscurre ad divi Petri, & inspice horas. ANT. Index signat jam sextam. ARC. Sextam verò ? Eja pueri agite, eja consurgite, abjicite libros vel quò cervi cornua *s*, parate mensas, insternite, apponite sedilia, mantilia, orbes, quadras, panem, dicto citiùs volate, ne tarditati nostræ institutor succenseat. Prome tu cerevisiam, tu hauri aquã de cisterna, appone scyphos. quid isthuc rei est ? tam obnubilatos *t* affers ? refer in culinam, ut famula eos fricet & extergat probè, quò sint nitidi & fulgentes. PI. Nunquam tu hoc perfeceris, quàm diu

s *id est, in loca remota ex oculis. Loquuntur, ut pueri fastidiosi studiorum & saturi sessionis. Cervi autem cornua suapposituri (id quod faciunt omnibus annis statuto veris tempore) maximè invia loca petunt. Dextrum verò imprimis cornu negant inveniri. Ita proverbio aliquid abjicere dicimur, quò cervi cornua, si quid à nobis longè removeamus & occultemus, ut nusquam inveniatur. vide* Plin. nat. hist. l. 8. c. 32. Arist. lib. 9. de natur. anim. c. 5.

t *velut nube quadam vaporum obductos, obscuratos adharescentibus ex udo aëre sordibus: seu illapso humore, ut fit, inquinatos. Nos dicimus*, auswendig beschlagen. *Vitrea & metallica vasa sunt frigida admodũ, præsertim gelidis aquis eluta, ut calido aëri, si in eum inferantur, frigus obsistens, illum condenset, & hinc vasa ipsa quasi obnubilata videantur.*

diu ſimiam *u* hanc habebimus miniſtram culinariam. nunquam audet fortiter confricare, quæ mundat, ita timet ſuis digitis, nec abluit, niſi ſemel, & tepida *x*. ARC. Quin admones de eo præceptorem? PI. Satius eſt queri apud famulam atrienſem *y*. nam in ejus manu eſt, mutare famulas culinarias. Sed eccum præceptorem. Tu ipſe perluito hos calices, frica folio fici, vel urticis, arena, aqua, ne quid hodie habeat magiſter jure reprehendendũ. MAG. Sunt parata omnia? eſt aliquid, quod nos remoretur? ARC. Nihil omnino. MA. Ne poſtea facturi ſimus intervalla magna *z* inter miſſus. AR. Miſſus verò? miſſum potiùs dixeris *a*, & eum exiguum. MAG. Quid tu muſſitas *b*? ARC. Dico, ut aſſideas, eſſe tempus, & propemodum corrumpi cœnam. MA. Pueri, abluite omnes manus & os. Vah, quod mantile? qui hìc ſe extergunt, ubi mundantur †? curre, affer aliud purius. Sedeamus mo-

u *ancilla hic dicitur ſimia, ob fœdos mores, ſicut ait Ennius* Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis.

x *ſc. aquâ. in hoc genere frequens eſt ellipſis.*

y *Atrienſis eſt, qui & quæ in atrio ſervit, princeps ſervus vel famula, διαιτάρχης. Ex eo dicebatur, quia veteres in atrio habebant ſupellectilem eſcariam, cui præerat. Vide* Cujac. obſ. l. 10. c. 34. z *ne mora interponatur inter ferculi unius appoſitionem poſt alterum.*

a *architriclinus ſic loquitur, tanquam non multi miſſus ſint exſpectandi; ſed cœna tenuis.*

b *Submiſſè murmurantem præ metu reprehendit.*

† *Sic loquitur, quoniam, qui ſe extergebant immundo mantili, eo ſe ampliùs polluebant.*

re solito. Est is puer conviva noster? Pis. Est, here. Ma. Cujas est? Pis. Flander. Ma. Ex qua urbe illius provinciæ? Pi. Brugis ✝. Ma. Recipe illum supra te. Expediat quisque cultellum suum, & purget quisque suum panem, si quid hæret vel cineris vel carbonum in crusta. Sacret * mensam, cujus est munus hac hebdomade. Fl. Pasce animos nostros,

Conse-cratio. Christe, charitate tua, qui benignitate tua alis vitas omnium animantium: sancta sint Domine, hæc tua munera nobis sumentibus, ut tu, qui ea largiri, sanctus *c* es. Amen. Mag. Sedete, quantum licet, laxè *d*, ne comprimatis mutuò: quandoquidem est satis loci. Et tu habes cultellum Brugensis? Pi. Prodigium *e*. Flander sine cultello: & quidē Brugensis, ubi cuduntur optimi. Nep. Mihi verò cultello nihil est opus, dentibus frangam mordendo, vel digitis buccellatim *f* comminuam. Hy. Ferunt illud de morsibus tum gingivis, tum candori dentium esse perutile *g*. Ma. Ubi fecisti Latinæ linguæ tirocinium? nam non videris mihi pravè institutus. Ne. Brugis, sub Johāne Theodoro Nervio. Ma. Viro diligenti, do-

✝ *Bruga ampla est urbs Flandriæ.*

* *i.e. benedicat mensa, sanctificet eam precibus, id est, alimentorum usum sanctè licitum reddat.*

c *ut Deus est sanctus, id est justus, osor peccati: ita faciat, ut sanctè, hoc est sine peccato utamur donis ejus.*

d *non angustè, non pressè.* e *i.e. res mira.*

f *unam buccellam post aliam.*

g *i.e. minimè utile. Ironia.*

ti, docto, probo. Brugæ elegantissimæ, nisi quòd pereunt indies vitio plebis profusissimæ *h*: quod dolendum est. Quàm pridem *i* illinc venisti? NE. Nudius sextus *k*. MA. Quàm nuper cœpisti studere? NEP. Ab hinc annos tres. MAG. Non potest te profectus pœnitere. NEP. Meritò. nam & habui magistrum non pœnitendum. MAG. Sed quid agit Vives noster? NEP. Dicunt, eum agere athletam *l*, non tamen athleticè *m*. MAG. Quid isthuc rei est? NEP. Quia luctatur semper, sed parum fortiter. MA. Cum quo? NEP. Cum suo morbo articulari *n*. MAG. O luctatorem dolosum, qui primùm omnium invadit pedes *o*? HYP. Imò lictorem sævum, qui totum corpus constringit. Sed tu quid agis? quid cessas? videris huc spectatum venisse, non cœnatum. Nemo vestrũ attingat pileum inter cœnandum, ne quis capillus involet in patinas *p*, cur non tractatis hospitem comiter? HYPO. Nepotule, præbibo tibi. NEP. Præceptor, excipio animo libentissimo. HYP. Exinanias calicem tuum, quandoquidem exiguus haustus restat. NEP.

 Hoc

h *luxui admodum deditæ, prodigæ.*

i *i.e. ante quantum tempus.*

k *i.e. ante sex dies, nunc est dies sextus.*

l *id est, pugnare, scil. contra morbum.*

m *non athletarum more, sed ut ægroti solent.*

n *arthritide.* o *quibus scilicet necesse habet se firmare, ut stet pugnaturus.*

p *& nauseam creet convictoribus.*

Hoc esset mihi novum *q*. Mag. Quid? non exinanire? Sed tu, hypodidascale, quid dicis? quid affers novi super cœna? Hypo. *Quæstiones grammaticæ.* Ego verò nihil dico, sed hisce duabus horis multa cogitavi de arte grammatica. Mag. Quæ tandem? Hyp. Recondita sanè, & ex penetralibus disciplinæ. Primùm, cur grammatici posuerunt tria genera in arte, quum *I. De generib⁹.* sint tantùm duo in natura *r*? aut cur natura non producit res neutrius generis, sicut masculini & fœminini *s*? non possum causam exsculpere tanti mysterii. *II. De temporib⁹.* Deinde philosophi dicunt, esse tantùm tria tempora. ars nostra ponit quinque *t*. ergo ars nostra est extra rerum natu-

q *immodestus luxuriosuli sermo.*

r *sunt duo tantùm sexus, masculeus & fœmineus. Sexus autem tantùm invenitur in animalibus. Plurimæ verò aliæ res sunt, quæ non sint animalia; quæ ut aliquo genere efferantur, sexus eis affingitur, sine certa regula; quæ nec mares nec fœminæ sunt. Physicus igitur naturalem sexum & genus spectat ob res: grammaticus etiam fictum ob voces, quæ rerum sunt notæ.*

s *& certè per se sunt quædam, & natura producit multa, quæ sunt sensus expertia: ut, quæ nequeunt dici animalia, facultate sui propagandi prædita.*

t *nempe præsens, præteritum imperfectum, perfectum, plusquam perfectum, & futurum. sunt autem tantùm tres differentiæ temporis, præteritum, præsens & futurum. sed eæ considerantur aliquando cum tractu & continuatione quadam, tanquam durantia; unde præteritum imperfectum: aliquando sub remotiore termino; unde plus quàm perfectū: aliquando cum anticipatione quadam in animo facta, seu cogitata, unde futurum perfectum dicitur.*

naturam. MA. Imò tu ipſe es extra rerum naturam. nam ars in rerum natura eſt*. HYP. Si ego ſum extra rerum naturam, quomodo poſſum comedere hunc panem & has carnes, quæ ſunt in rerum natura? MA. Tantò tu deterior, qui venis ab altera rerum natura *u*, ut comedas, quæ ſunt in hac noſtra. HYPOD. παρέφθεγμα ἀπροσδιόνυσον *x*. aliam ego vellem ſolutionem mearum quæſtionum. Utinam haberemus nunc Palæmonem aliquem, aut Varronem, qui has quæſtiones poſſet profligare! MAG. Quin potiùs Ariſtotelem, aut Platonem *y*? Habes aliquid aliud? HY. Heri vidi ſcelus capitale *z* admitti. Ludimagiſter vici recti, capro olidior, qui in phron- *III. De pronunciatione.*

* *Qui hæc non conſiderat, eſt extra rerum naturam; hoc eſt voces reſpicit, neglectis rebus, ob quas ſunt inventæ.*

u *q.d. imperitia aut incogitantia uteris: interim peritè & cogitatè edis.*

x *incongruum reſponſum & ad rem non pertinens.* παραφθέγγεσθαι *eſt perperam loqui.* ἀπροσδιόνυσον *dicitur, quaſi quod ad Dionyſum, id eſt Bacchum non facit; id eſt ejus dignitati parum convenit. Non eſt igitur proverbium hoc dignum, quod tam crebrum ſit in uſu Chriſtianorum: quum nos ad impuri idoli commendationem nihil neq; directe neq; obliquè dicere deceat. etſi ſint, qui fabulas de Baccho ex hiſtoria ſacra ortas dicant, adeoq; ipſum Bacchum gentilium verum Moſen eſſe aſſerant.* Vide ſis Hugonem Sanfordum lib. 1. de deſcenſu Chriſti ad inferos.

y *Nam ex philoſophia phyſica & metaphyſica ejus rei expoſitio pendet.*

z *id eſt magnum. Ita inſaniunt quidam, ut contra du-*

tisterio *a* suo in pedore & fœtore docet auditores diobolarios *b*, ter aut quater pronunciavit volucres accentu in penultima. ego verò miratus sum terram illi non dehiscere *c*. MA. Quid aliud decebat talem ludimagistrum dicere? & est alioqui in formulis grammaticis valdè detritus *d*. Sed tu in re levi nimiùm tumultuaris, & facis tragœdiam ex comœdia, seu mimo *e*, veriùs. HYPO. Equidem absolvi pensum meum †: nunc tuæ sunt partes, dic tu vicissim aliquid inter cœnam. MAG. Nolo, ne tu mihi vicissim [illegible] *f*. Jussulenta hæc jam conglaciant *g*. affer foculum mensarium *h*, excalfacite aliquantum priusquam

as grammaticæ partes etymologiam & syntaxin errata turpiora habeant, quàm contra duas legis divinæ tabulas.

a *schola; loco* τ̃ φροντίζειν, *h. e. ubi student sapientiæ.*

b *i e. viles, vox ex Græco facta. Nam* διώβολον *sunt duo oboli, tenue nomisma.*

c *quasi scelus sit in pronunciatione non servare justũ modulum. Sunt quidem etiam eruditionis sed magis pietatis leges discendæ. Et volúcres poëta sine vitio dicit propter syllabam ancipitem ex liquida cum muta.*

d *exercitatus, ut vestis quæ usu est trita.*

e *mimus minus aliquid est quàm comœdia: comœdia autem ludicra præ tragœdia. Est autem hic mimus dramaticum carmen seu fabula ridicula.*

† *i e. feci, quod meum erat. Translatio est à nentibus de colu.* f *perperam loquaris.*

g *i. e. refrigescunt & ex liquidis redduntur consistentia,* πήγνυνται.

h *quo prunæ in mensas feruntur, ut patinis super illas positis ciborum calor servetur integer,* tohlpfanne.

quam panem intingatis. Raphanus hic non est esui, adeò est lentus, nec minùs lentæ sunt radiculæ jussulentæ *i*. HYP. Lentorem profectò non à macello attulerunt, sed hîc contraxerunt in nostro penore, qua cella nihil est penui incommodius. Nescio quid isthuc rei est, semper afferuntur huc ossa emedullata *k*. MA. Parum habent ossa medullarum sub lunam silentem *l*. HYP. Quid quum est plenam *m*? MA. Plurimum. HYP. Tum verò ossa nostra habent minimũ, seu nihil veriùs †. MA. Non exsorbet nobis medullas luna, sed nostra lamia *n*. nimis hîc indidit piperis & zingiberis: & in jure hoc, & toto acetario, nimium mentæ, petroselini, salviæ, erucæ *, nasturtii, hyssopi. Nihil puerorum & adolescentum corporibus æquè damnosum ac cibi, qui interiora fervefaciunt. AR. Quibus igitur ex herbis velles confici? MA. Lactucis, buglossa hortensi, & portulaca, & petroselini aliquid

i *in jure coctæ.* k *medullis orbata.*

l *quum est interlunium, seu novilunium. tunc luna silet, id est, non apparet, sed latet, conjuncta soli. Luna autẽ humores in corporibus regit, ut pro eo, atq; illa lumine augetur aut minuitur illi crescant aut decrescant.*

† *Sensus est: quum pleniluniũ est, ossa, quæ nobis cum carnibus apponuntur, minimum medullæ habẽt, seu potiùs nihil.* m *plenilunium.*

n *sic per convicium vocat famulam. q. dicas monstrosam, impuram & voracem: ut finguntur lamiæ apud gentiles poëtas*

* *hic est herba εὔζωμος*, weisser senf.

Mores in mẽsa. liquid admisceri. Heus tu, Gangolfe *n*, ne extergas labra manu aut manica, sed simul ipsa, simul manum mantili. nam ideò tibi datur. Carnes ne attingas, nisi ab ea parte, quam tibi es sumturus. Tu, Dromo *o*, non animadvertis, te manicas tuas inficere pingui carnium: reduc eas, si sunt apertæ, ad humeros: si non sunt, corrúga, vel complica ad cubitum, quæ, si relabuntur, affige acicula, seu, quod magis te decet, spina. Tu, dominaster *p* delicatule, in mensam incumbis: ubi id didicisti? in hara quapiam. heus, subjicite ejus cubito pulvillũ. *Quo ordine mensa tollẽda.* Architricline, vide, ne analecta hæc pereant, reconde in promtuarium, tolle primùm omnium salinum, hinc panem, tum lances, discos, mantilia, postremò mappã. mundet quisque suum cultellum, & reponat in vaginam. Heus tu, Cinciole *q*, ne scalpas dentes scalpello. nam est noxium. conficito tibi dentiscalpium pennula, vel bacillo tenui acuminato: & scalpe modicè, ne gingivas scarifices *r* & sangui-

n *Gangolfus nomen Germanicum est. q.* Ganghülf / *q. procedens auxilium, cui feliciter cedit opitulatio.*

o *nomen è comœdiis Terentii petitum, quod in malè moratos & tardos dicitur, tanquam per antiphrasin, à cursu, qui Græcis δρόμος. Est verò etiam δρόμων cancri parvi, & navigii celerrimi genus.*

p *dominaster est parvus dominus, domicellus, q. d.* Juncker / *in reprehensionibus.*

q *diminutivum est à Cincius, qui erat Romanus senator admodum luxui infensus. vide Macrob.* l. 3. c. 13.

r *i. e. incidas, χάζῃς, cruentes.*

ſanguinem elicias. Conſurgite, & abluite manus, priusquam recitetur gratiarum actio. Amove menſam, voca miniſtram, ut pavimentum hoc ſcopis verrat. Agamus Chriſto gratias, præeat verba, qui ſacravit menſam. Fl. Pro cibo temporali *s* gratias agimus, Chriſte Domine, temporarias. Fac ut pro immortalitate agamus æternas: Amen. Mag. Ite luſum, & confabulatum, & deambulatum, quò libuerit, dum licet per lucem *t*. *Gratiarum actio.*

Sententiæ.

1. Mundities literarum ſectatores decet, ut imprimis cerebri conſtitutio pura ſervetur.

2. Ambiguitates in ſermone venari vanum eſt & ab eo candore alienum, qui decet homines, niſi ſi quid honeſtæ recreationis aut exercitationis gratia tale fiat.

3. Hominum eſt, ut omnia ſua cum ratione recta agere, ita & edere; ut vires reficiant non deſtruant aut ſaburra aliqua gravent. imprimis autem ſapientiæ ſtudioſis neceſſaria eſt hæc moderatio, ut lucidum habeant judicium, non vaporibus obnubilatum cerebrum, qui ad dormiendum potius, quam ad meditandum invitent. Hinc ſenarius, παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον. i. e. Denſus *ſeu* plenus venter tenuem non gignit ſenſum.

4. Matutinum tempus ſtudiis eſt aptiſſimum. quod ne amittamus, & nocturnæ lucubrationes poſt

s al. lectio temporario. *t dum dies eſt.*

post cœnam, & imprimis intemperantia cœnarum fugienda est; ne surrecturos somnus gravet, ubi natura non est factum satis. Quare autem aurora tempus tam est pro studiis commendabile? ob corporis statum, quod non est tunc torpidum vaporibus, quippe post coctionem cibi discussis: & ob quietem externam, quæ diurno strepitu sæpe turbatur, præcipuè autem tunc ad laborandum recentes sumus, spiritibus animalibus denuo instauratis, qui diurnorum laborum intentione fuerant dissipati & exhausti.

5. *Cibus sumendus, est non ad explendum, sed alendum.*

6. *In literaria peregrinatione & commoratione in iis locis, ubi officinæ studiorum sunt florentes non sunt deliciæ mensarum quærendæ; sed sapientia & virtus. ad quas res comparandas frugalis & salubris victus cum munditie est præoptandus.*

7. *Oeconomica regula est; si cibaria in foro graviori ære indicentur, interim è domestica penu nos sustentemus, qui non admodum abundamus.*

8. *Raro vina bibent pueri & adolescentes, neque ea fortiora, & temperantissimè.*

9. *Qui cum voluptate edet, famescat. Est enim fames pro condimento lautissimo.*

10. *Ex heluonum & ebrionum moribus discamus, quàm homine indigna sic ebrietas, præsertim in publicis tabernis in turba; sicut Demea ad Syrum*

rum ait : In ipsa turba atque in peccato maximo, Quod vix sedatum est, potasti scelus, Quasi re bene gesta.

11. Ex gentilium scriptorum libris ne discamus vitia, quæ puritatem Christianæ religionis defœdent, neque mundi exempla, sed Dei leges sint nobis vitæ regula.

12. Modestia imprimis commendat juniorum ætatem, si licentia non utantur apud præceptores & hospites, in iis præsertim rebus, quæ ad illorum jura pertinent.

13. In rebus licitis aliquando discipulis gratificari præceptores humanum est et ad amorem retinendum stabile. Immoderatio tamen cavenda est.

14. Condiscipulos minimè decet invidia inter se & malevolentia, sed honestorum exemplorum imitatio, ut optimorum similes esse contendant.

15. Nullis neque nostris neque alienis peccatis gaudebimus. interim lætandum est, si subdola & ad nocendum parata ingenia se prodant, ut ea caveamus.

16. Mendacium pœna est carere fide, etiamsi verum dicant.

17. Munditics in escariis & potoriis vasis laudatur.

18. Solertes & impigros ministros esse oportet.

19. Qui aliena disciplina subsunt, solicitis eis esse convenit, ne quid uspiam ab iis, qui præsunt, meritò reprehendatur.

20. Tur-

20. Turpe est mussare & murmurare contra eos, quib. apertè obloqui non debeas vel nō audeas.

21. Familiare perversis ingeniis est, si obloquendo vel obtrectando peccaverint, tergiversari & aliud dictum fingere.

22. Fatuum est sordibus se purgatum ire.

23. Scitè interdum instituitur objurgatio per orationem, quæ sensum verbis poscit contrarium, quum directa non possis uti commodè.

24. Præceptor scholasticus sit, ut Theodorus Nervius, vir diligens, doctus, probus.

25. Multas elegantissimas urbes perdit luxus & bonis ac fama exuit.

26. Hospites paulò honoratiores nobis anteponere modestia jubet.

27. Cibi sacrantur precibus, sed religiosè factis, hoc est attentè & debita cum humilitate ac fiducia erga Deum.

28. Externa morum civilitas posthabenda est valetudini, non autem pietas.

29. Stolidum & impium est, si quem barbarismi & solœcismi plus pudeat, quàm peccati contra Deum.

30. Collegas præceptores inter se rixari & se mordaciùs vexare, præsertim audientibus discipulis, indecorum est.

31. Juniores a: & imperitiores magistri ne sint nasuti & αὐθάδεις, sed dociles & modesti.

32. Valetudinis notabile præceptum est, ut juniores homines calidiores cibos & potiones fugiant:

ant: ne ſanguinem inflamment, & caſtitatẽ, ornamentum ſummum vitæ humanæ, in diſcrimen adducat.

DIALOGUS VIII.
Garrientes.

¶ *In hoc dialogo ſunt* I. *Confabulationes variæ, tum acceptæ á reb. præſentibus, loco conſeſſus & tempore eiúſque indice tintinabulo & horologio; deinde à perſonis variis & rebus.* II. *Narratio de ſuperventu obſervatoris: indéque* III. *Alia de reditu ad ſeria negocia.*

Nugo, Graculus, Turdus, Bambalio. *

* *Nomina congruunt perſonis, quæ hoc colloquio introducuntur.* Nugo *theoremata nugalia hîc orditur. à nugis nuncupatus.* Graculus & turdus *alibi ſunt avium appellationes, quæ quidem non canoræ ſunt, ſed loquaces & odioſè obſtreperæ. unde graculus inter Muſas dicitur homo inſulsè garrulus inter doctos: & turdo ſurdior, qui multum loquitatur, nec aliis curat auſcultare.* Bambalio *eſt homo impeditæ linguæ: à* βαμβαίνειν, *quod exponit Suidas* τρέμειν τοῖς ποσὶ καὶ ἀσήμως φθέγγεσθαι, *id eſt, tremere pedibus & parum ſignaté ſeu expreſsè loqui. Affertur etiam* βαμβαλίζειν *pro eo, quod eſt frigore tremere. Qui balbutiunt, lingua tremere videntur. Et in hoc Bambalione pauciloquium, in reliquiis congerronibus multiloquium obſervare liquet. Quare auctor nomen huc tranſtulit ab illo Bambalione, quem Tullius Philipp. 3. orat. traducit, qui* propter hæſitantiam linguæ ſtuporemq; cordis *id* cognomen ex contumelia traxerit. *Quòd verò Bombylius homo pro loquaci dicitur, aliud nomen eſt, à* βομβυλίω *obſtrepera ape. In hoc autem dialogo eſt inſtar quoddam earum confabulationum,*

bulationum, quæ inter leves, imperitos aut inanem animi laxationem quærentes homines instituitur; ubi in nullo argumento mora est, sed volaticus & erraticus transitus ab aliis ad alia, unius sæpe tantùm verbuli occasione.

I. Confabulatio de trunco. NUGO. Assideamus in hac trabe: tu, Gracule, è conspectu, in saxo illo. modò ne impedimento sis, quò minùs cernamus prætereuntes: apricemur nos ad hunc parietem, egregiè soli ostentum *a*. Quàm grandis truncus *b*, & cui usui? TUR. Ut nos hîc sedeamus. NUG. Oportet fuisse procerissimam & latam arborem, unde est sumtus. TURD. Quales sunt in India *c*. GRA. Quî scis? fuisti tu in India cum Hispanis? TUR. Quasi scire aliquid de regione quapiam non possis, nisi in ea fueris. Sed dabo *d* tibi auctorem meum *e*. Plinius *f* scribit, in India crescere ad eam altitudinem, quæ non possint jaculo superari *g* & gens illa quidem

a *expositum*, ahn der sonnen gelegen / *phrasis frequens rei rusticæ scriptoribus.*

b *unde trabs facta, de qua antecessit.*

c *i.e. paris molis, quantæ sunt in India.*

d *i.e. edam, nominabo.*

e *eum, ex quo habeo, quod dico.*

f *lib. 7. natur hist. cap. 2. scribit: Maxima in India gignuntur animalia, indicio sunt canes grandiores cæteris. arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Hæc facit ubertas soli, temperies cœli, aquarum abundantia (si libeat credere) ut sub una ficu turmæ condantur equitum arundines verò tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.*

g *Nos dicimus*, daß man nicht mit einem bogen drüber schiessen kan.

quidem sumtis non tarda pharetris, ut ait Vergilius *h*. NU. Scribit etiam Plinius, turmam equitum condi sub ramis *i*. TU. Nemo id miretur, qui scirpos *k* illius regionis consideret, quibus infirmi fulciunt gradum, divites duntaxat *l*. GRA. Heus, quota est hora? NUG. Nulla,

h *i.e. velox sagittis, jaculatrix, promta jaculis.*

i *scribit hoc de ficu quadam, ut constat ex verbis aliis.* Ut *Strabo a. lib. 15. testatur*, Onesicrotus refert, in Musicana terra, Indiæ australissima, arbores quasdā ingētes esse, quarum rami quum ad duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum (αὔξησιν κατωφερῆ) faciant, deflexi, quousque terrā contingant; deinde terram subeant ac radices agant veluti traduces: mox rursus in truncum exeant, à quo postquam aucti fuerint, eodem modo flectantur & aliam propaginem efficiant, rursusque aliam, & sic deinceps, ut ab una arbore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti simile. Refert adhæc miras arborum magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant, &c. *De ficu Indica vide Andr. Matthiolum in Dioscoridis lib. 1. c. 145. Theophr. l. 4. cap. 5. Diodorus Sicul. l. 17. Indicarum arborum meminit, quæ alta sint* LXX *cubitos & umbram triū jugerū efficiāt. Nearchus refert Indorum sophistas æstate versari solitos in pratis & palustribus locis tanta magnitudinis, ut unius umbra ad quinque jugera in circuitu extendatur: posse etiam mille sophistas unius arboris umbra contegi: ut ex Arriano Casaubonus ad Strabonem notat.*

k *juncos, qui in India etiam crassescunt, ut scipionum usum præstent.*

l *ergo in precio sunt; ob levitatem cum justa firmitate junctam.*

11. Nulla. nam horarum tintinabulum *m* nunc funditur. adfuisti? GRA. Non sum ausus. nam ajunt rem esse periculosam *n*. NUG. Ego interfui, & vidi innumeras mulieres prægnantes transsilire canalem fusionis *o*, qui est sub terram conditus. TU. Audivi, hoc illis esse salutare *p*. GRA. Ea est colûs philosophia *q*, ut dicunt. sed de hora quærebam. NUG. Quid tibi opus est hora? si quid vis agere, dum est oppor-

De tintinabulo.

m *nempe à verbo* tintinare; *ut apud Catullum*

Tintinant aures, gemina teguntur
Lumina nocte.

n *ne as offendiculo aliquo irritatum dissiliat & circumstantes lædat.*

o *qui est proplastice seu forma tintinabuli, quam æs fusum imitetur, ubi induruerit.*

p *Ratio hujus opinionis nulla apparet. ideóq; ad superstitionum farragines, quæ multæ sunt, pertinebit. Quæ autem uterum ferunt mulieres, in eis vis imaginationis admodum efficax est in utrumq; eventum, tum ut juventur tum ut lædantur. Quare & religiosiùs & circumspectiùs in vita negociis versari eis convenit. Videtur autem ista opinio ex eo nata, quòd velocis illius formationis metallicæ recogitatio proniorem suo tempore appetentem uteri partitudinem faciat. Sic enim etiam superstitiosæ observationes aliqua naturalis causæ specie prætexi solent.*

q *colus philosophia*, τῆς ἠλακάτης, *sapientia, quæ ad colum pertinet. est enim genitivus objecti. Sic autem opinionem de prægnantibus tactam ridet, tanquam muliebrem vanitatem.*

r *opportunitas:* καιρὸς, εὐκαιρία, *quum commoda est occasio, quum tempestivum est. Translatio est à nautis, quibus locus ob portum commendabilis dicitur opportunus,* εὔορμος, ἀφορμὴν ἔχων εἰς τὸ ἀφορμεῖν καὶ προσορμίζειν.

opportunitas *r*, est hora *s*. Sed ubi est horologium tuum viatorium? GRA. Excidit mihi nuper, quum fugerem canem holitoris post decerpta pruna. TUR. Ego te currentem vidi de fenestra: sed, quò te recepisses, spectare non potui, quia impedimento mihi erat hortus pensilis *t*, quem ibi mater affixit patre invito, & multum reclamante: mater verò, in proposito constans, obtinuit, ne tolleretur. NUG. Quid tu? tacebas? TU. Flebam tacitus. quid enim aliud agerem, dissentientibus mihi charissimis capitibus *u*? tametsi *III. De horologio.*

D 2 mater

s *i. e. Quum bene agendi occasio est, tempus est, seu sponte in usum patet. Quod Sophocles ait:* καιρὸς ἀνδράσι μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης· *Opportunitas hominibus ad quodlibet negocium optimus est præfectus. Hinc inter VII. sapientum apophthegmata celebratur:* Γνῶθι καιρόν· Nosce tempus. *Injucundum enim in omni re est, quicquid intempestivum. Contrà* ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθὲν, *i. e.* ut parva magna sunt, si tempori data!

t *qui pendet, alicubi suspensus est, non autem in solo, ordinario loco, situs est. Sicut in modica terra ante fenestras hortuli foventur in fictilibus, vel in sustinentes asseres ingesta & subinde rigata. Similiter Græcis dicitur* κρεμαστὸς κῆπος. *vide* Diod. Sicul. l. 2. biblioth.

u *Caput pro homine in sacris & profanis literis usitatè dicitur. vide* Exod. 16. 16. *ubi manna chómer* in singula capita *colligendus dicitur. Lev.* 19. *v.* 32. Coram cano capite consurges. *LXX.* ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ, *i. e* coram persona cana surges. *In Hebræo tamen contextu est simpliciter* coram canitie, mippené chebáh. *Act.* 18. 6 Sanguis vester super caput vestrum.

Ita

mater jubebat me ab se ſtare, & clamare ſtrenuè: ſed mihi non erat cordi quicquam adverſus patrem mutire. Ergo miſſus ſum ad ſcholam quatuor continuis diebus injentatus *x* à matre irata, & dejerante *y*, me non eſſe ex ſe natum, ſed commutatum à nutrice *z* de quo ait dicturam ſe nutrici diem † apud prætorem capitalem. NUG. Quid rei eſt prætor capitalis? an non prætor omnis habet caput *a*? NUG. Quid ego ſcio? ſic illa dixit.

Ita JCti capita pro perſonis dicunt: ut in his, tributum in capita imperare, ſuccedere in capita, dividere in capita. *Ita Æn. 4. Aſcanius carum caput, ut Græcis* φίλη κεφαλή. *Senecæ in Agamemnone audax caput. Propertio*

Et ſumta & poſita pace fidele caput.

x *expertem jentaculi,* μηδὲν ἀκρατιζόμενον, *impaſtū,* ἄπαστον, ἄσιτον, νῆστιν, *jejuniū, quem Horatius l. 2. ſat. 4.* immorſum *vocat. In gloſſ. Iſid.* imorſus jejunius: *ut nōnnit* ahngebiſſen *vide p ſeq. dial. Eſt autem vox injentatus ad analogiam facta, ut incœnatus,* ἄδειπνος. *Quod ſi minùs Latinè putemus dici injentatum, aliud eorū, quæ ex uſu allegavimus, ſubſtituere licet.*

y *i.e. ſanctè & valde jurante.* hoch und thewr ſchweren διομνύναι. *aliquando autem dejerare eſt ſimpliciter jurare; unde Gellio lib. 7. cap. 18. dejurium eſt jusjurandum.*

z *impotentis & mollis mulieris verba, quæ, dum in filio aliquid improbat, eum alienum fingit, à nutrice pro germano ſuppoſitum.*

* *auctoritate prætoris judicii diem conſtituere, qua rea facta ad accuſationem reſpondeat.*

a Capitatum *eſt quod habet caput: ſed* capitale *aliud. ut* crimen capitale, *quod meretur capitis, id eſt, vitæ amiſſionem, ſeu quod capite luendum eſt:* res capital.

GRAC. Hem! qui sunt isti penulati *b* & ocreati *c*? NUG. Galli sunt. GRAC. Quid? est ne pax? TUR. Bellum narrabant futurum, & quidem atrox. GRAC. Quid afferunt? TURD. Vinum. NUG. Exhilarabunt multos. GRAC. Scilicet, non solum vinum exhilarat, sed vini mentio & recordatio. NU. Vinosos utique. mea nihil refert, qui aquam bibo. GRAC. Nunquam facies bonum carmen *d*. TUR. Nosti illam mulie-

IV. *De Gallis quibusd.*

V. *De muliere surda.*

quæ caput attingit capitalis prætor, *qui de capitali noxa judicat*, blutrichter: capitalis morbus, *gravissimus*. *Dicitur etiam* capitale & capital *nude pro facinore, quod capitis pœna luitur.*

b *penula induti. Est autem penula vestimentũ crassius, tum contra pluviam tum contra frigus. Quæ ex pellibus erat, scortea, contra illapsum aquarum: alia gausapina & villosa fuit, adversus hiberni cœli injurias.*

c *Ocreis induti. Sunt autem ocreæ calcei, qui non tantùm imum pedem, calcem scilicet, tegunt, sed etiam suras, aliquando genua & partem femorũ. Dicta est Ocrea, quia celsa & inæqualiter tuberata, ut ocris, auctore Festo. Est autem* ὄκρις, *idem quod* ἄκρις, *eminentia oblonga: unde oppida* interocrea, *quæ inter ocres sita sunt. Nobis* stifel. *Italis quoq;* stivale, *quòd eo pes stipetur, & rigidus fiat.* steifen *est cogere, spissare, rigidum facere,* στύφειν.

d *Alludit ad illud Horatii lib.* 1. *epist.* 19.

Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Unde qui volunt, ut cum Ennio loquar, poëtari, potare amant. Sed pia poësis aquè atq; alia studia temperantiam poscit. Hæc ferè est hominum improbitas, in certis quibusdã studiis & professionibus, ut ex suis moribus leges sibi faciãt, ut scilicet non tantùm per veniam & licentiam, sed cum auctoritate peccent. quæ via est ad exitium cum auctoritate, & ut loquuntur in opiniosissimo hoc mũdo, cũ reputatione,

mulierem *e*? GR. Non. quænam est? TU. Aures habet gossipio obturatas *f*. GRA. Quid ita? TU. Ne quid audiat, quia male audit *g* NUG. Quàm multæ pessimè audiunt auribus patentibus, & bene perforatis. TU. Credo huc pertinere, quod est apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus: Surdaster erat M. Crassus: sed illud peius, quòd male audiebat. NUG. Non dubium est, quin hoc ad infamiam sit referendum. Sed heus tu, Bambalio, invenisti tuas Tusculanas quæstiones? BA. Etiam, apud propolam: adeò interpolatas *h*, ut non agnoscerem. NU. Quis surripuerat? BA. Vatinius *i*: quod illi male sit. GR. Vah homi-

VI. De libro amisso.

e *tanquam præsentem quandam Turdus commonstrat.*

f *Xylina lana occlusas, quæ auribus indita caput quidem fovet, ut à frigidioribus & acrioribus ventorum flabris minùs lædatur: sed ita obtunditur auditus.*

g *Malè audire hic non ad sensum, sed ad famam pertinet. Eadem ambiguitas est in Græcis κακῶς ἀκούειν vel κλύειν.*

h *immutatas, nova specie obductas; sicut interpolatores vetera arte & lenocinio fucant, ut pro novis indicent ita & furta aliquando teguntur, dum expilatores alienas res novo habitu induunt, ut suas esse mentiantur.*

i *infame nomen est in historia. Ciceronis tempore erat Vatinius quidam Romanus civis, contaminata vita & profligati pudoris; cujus vitia ita ille detexit, ut in omnium odia incurreret: unde Vatinianum odium proverbio dicitur. Fortè tamen auctor potiùs ad alium Vatinium, hominem è sutrina, Neroniæ aulæ monstrum respexit: de quo Tacitus lib. 15.*

nem

nem manibus aduncis k & picatissimis l: ne admittas eas unquã ad tuas capsas, nec ad scrinia, si vis omnia esse salva. Nescis, illum crumenisecam m existimari ab hominibus, & de crumenisecio † accusatum apud gymnasiarcham? NU. Soror puellæ illius n enixa est heri gemel- *VII. De Gemellis.*

D 4

k *id est, furacibus, aptis ad harpagandum, quibus facile est aliquid tagere. Id olim erat furari, ut Plaut. in Mil.* Tetigit calicem clanculum. *Hinc Lucill.* tagaces, *furaces.*

l Picatæ *manus* πιϑωταὶ, *sunt pice illitæ: hinc per metaphoram & metonymiã destinati sunt eruditæ ad furandum. Martial. lib. 8. epigr. 59. piceatas dixit, tanquam à picea.*

Ne contemne caput, nihil est furacius illo
Nec fuit Autolyci tam piceata manus.

m *ad analogiam facta vox, ut fœniseca. Usurpatur etiam crumenisex. Græcis usitatum nomen est* βαλαντιοτόμος. *Latinis dicetur* saccularius *ab Asconio, ut observat Cælius lib. 10. c. 6. Et certè ea vox legitur apud* Ulpianum *D. de extraord. crim. quem locum explicat Cujacius observ. lib. 10. c. 27* Saccularii, *inquiens,* sunt qui vetitas in sacculos artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt. Sensus est. Qui magicis artibus ex alienis sacculis aut subducunt pecuniam, aut subtrahũt. Subducere est elicere ad se pecuniam carminibus, vel qua alia ratione illicita: subtrahere est manu auferre. *Hi igitur similes sunt manticulariis seu crumenisecis. Plauto crumenisica in Trinumm. est* sector zonarius, *quòd zonas secare ei studium sit. Cum zonis autem æs intelligit, quod olim in zonis gerebant seu in loculis, quos de zonis suspendebant.* Matth. 0. 9.

† *crumenisecium, ipsum crimen crumenisecæ, quod dici sic posse Budæus in pandect. asserit.*

n *quæ sub conspectum tunc fortè venisse fingitur.*

gemellos. GRA. Quid mirum? Mulier quædam via salariâ *o*, ad leonem galeatum *p*, peperit nudiusſextus tergeminos. NU. Plinius dicit, ad ſeptimum poſſe procedi *q*. TU. Quis veſtrûm audivit de uxore comitis Bataviæ *r*? quam ferunt uno partu tot edidiſſe, quot ſunt in anno dies, ex imprecatione mendicæ cujusdam. GR. Quid iſthuc fuit de mendica? TUR. Mendica hæc, liberis onuſta, petiit ab hac comite ſtipem: illa, ubi conſpexit tot pueros, convicio illam abegit, ſcortum vocitans. negabat enim poſſe fieri, ut ex uno viro tantam ſobolem *s* ſuſcepiſſet. Innocens mendica preca-

o *Romæ via quædam ſalaria erat, de qua Feſtus*; Salariam viam incipere ait à porta, quæ nunc collina à colle Quirinali dicitur. Salaria autem propterea appellabatur, quòd impetratum fuerit, ut eâ liceret in Sabinos ſalem portari.

p *nomen ſigni, quo domus certa noſcitur. Eſt autem leo galeatus qui galea ornatus eſt per picturam.*

q *Plin. l. 7. c. 3. Id in Ægypto frequens eſſe Paulus Juriſconſultus ait* l. 3. D. Si pars hæreditatis petatur. *vide etiam* l. 3. Dig de ſolutionib. & liberationib. *Ariſt. l. 7. hiſtor. anim. c. 4. & lib. 4. de generat. c. 4. Strabon. l. 15.*

r *Comes ille Bataviæ erat Florentius, cujus mater fuit Mathildis filia Henrici ducis Brabantiæ. Uxor erat Margareta. Res accidit anno Chriſti 1276. ipſo die paraſceues, hora nona ante meridiem. Infantes fuere 364. per Guidonem ſuffraganeum baptizati. & maſculis nomen Johannis, feminis Eliſabethæ impoſitum eſt. Ita Guicciardinus in deſcript. Belg.*

s *i. e. tam numeroſam. Tantam hic de quantitate diſcreta dicitur.*

precata est divos *t*, ut, si se castam & puram scirent, darent comiti ex marito suo tot fœtus uno conceptu, quot sunt in anno dies, & ita contigit: ostenditúrque propago numerosa illa in opido *u* quodam illius insulæ *x*. GR. Malo credere, quàm exquirere *y*. NU. Omnia sunt DEO possibilia, GR. Imò verò facillima. NUGO. Non nosti illum *z* onustum retibus, comitatum canibus, cum causia *a* & peronibus *b*, vehentem

D 5 *c* can-

t *Christiano more dicendum erat* Deum *pro* Divos.

u *pagus est Lausdunum, distans Haga comitis milliare, ubi pelves, in quibus baptismus administratus est & locus sepultura.*

x *insulam vocat Bataviam, quia est aquosa fossatis.*

y *Res vulgò nota est in Belgio. Vide etiam variorum in Europa itinerum delicias Nathanis Chytrai.*

z *Transitur ad novum garriendi institutum, tanquã Mannius quispiam præteriens conspiciatur.*

a *pilei virilis genus est* καυσία, *cui inter muliebria capitis tegmenta similis est umbella.* Valerius Max. l. 5. c. 1. *Macedonibus tribuit etiam regibus, ut idem sit cum tiara* Plautus in milit. glor. a. 4. sc. 4 *causiam ferrugineam censet in ornatu nauclerico. usum indicat etymon, quòd sit ad prohibendam* καῦσιν *i. e. ustionem solis, ideq; latis oris & marginibus erat.*

b *pero est calceamenti alti genus, quo utebantur contra nives, glaciem, imbres, ex crudo corio**. Sidonius epist. l. 4. c. 20. *in Sigismeris pompa scribit* : Regulorum sociorúmq; comitantium forma & in pace terribilis: quorum pedes primi perone setoso talos adusque vinciebantur. *Erant etiã civib. Romanis in usu: unde* M. Cato Orig. l. 7. Qui magistratũ curulem cepissent, calceos mulleos alii uncinatos, cæteri perones. *Scal. ad Fest.*

* ὠμοβύρσοις.

VIII. De Manio venante. *c* cantherio *d* strigosissimo *e*? TUR. Estne Manius *f* versificator? NU. Est planè. TUR. Quænam tanta metamorphosis *g*? NU. Ex Minerva transiit ad Dianam *h*, id est, ab honestissima occupatione ad inanem & stultũ laborem. Pater ejus mercimoniis faciundis auxerat rem *i*. hic paternam artem *k* dedecori sibi esse ducit, vertit se ad alendos equos, & venationem, non aliter ratus posse nobilitatem generis venari †. Nam, si quid ageret utile, non

Persius peronatum aratorem *dicit sat. 7. Non igitur simpliciter recipiendum est, quod Isiderus orig. 19. extremo ait:* Perones rustica calceamenta sunt.

c *i. e. vectum*, ὀχούμενον. *Fit sæpe, ut eadem vox & activè & neutraliter capiatur. Sic etiam Græcis* ὀχῶν *aliquando est equitans.*

d cantherius, *ut ait Festus, hoc distat ab equo, quod majalis à verre, capus à gallo, vervex ab ariete est* τομίας *equus castratus. Ideo Germani* münch *i. e. monachum vocant, quia* ἄγονος *i. e. improlis. Origo est Græca* κανθήλιος *i. e. asinus grandis: quòd scilicet castratio mansuetum reddat, asini instar. Nec enim placet Varronis etymon, quòd semine careat.*

e *i. e. admodum macilento, gracili, tenui, non habitu corporis opimo, sed stricto.*

f *nomen à manno i. e. pumilo equo flexum videtur.*

g *transformatio.*

h *phrases hæ ethnicis relinquẽdæ, qui Minervã liberalium studiorum, Dianam autem venationis præsidem faciebant.*

i *auxerat rem familiarem, divitias. Res est, ut* χρῆμα *Græcis.*

k *id est, mercaturam.*

† erjagen/*consequi, adipisci.*

IX. De Curio aleatore & ejus socio bibone.

le,non haberetur pro nobili. Sequitur eum venantem talis *l* Curius *, pereruditus *m* homo, aleator famosissimus *n*, & qui probè novit taxillos mittere compositos *o*: domi habet sodalem Tricongium *p*. Tu.Imò amphoram *q*. Gr. Imò spongiam *r*. Nu. Imò harenam Africæ aridissimam *s*. Bam. Ajunt

l *i.e. tesseris, taxillis, ut mox dicetur. Venari talis est ἀςραγαλίζειν, taxillis lucrum venari id est, quærere.*

* *Tali nomine fuit laudatissimus civis Romanus, de quo* Juven.*sat.11, cui planè dissimilis hic aleator.*

m *in suo genere, in aleatorio.*

n *notissimus cum infamia.*

o *i.e. conjunctos & digitis comprehensos. Ita* Horat. l.2.sat.7. *tollere & mittere talos in phimum. φιμὸς, teste Suida, est κυβδλικὸν ὄργανον, i e aleatorium instrumentũ, ut Latinis fritillus. φιμῷ, i.e. capistro taxilli. q. retinentur, ne dilabantur.*

p *est cognomen immanis potatoris Novelli Torquati, qui tres congios epotabat. Simili ratione ob bibacitatem Ciceronis filius Bicongius dictus est, quòd binos congios simul haurire solitus esset. Plin l.14.c.22.*

q *amphora vas capax pro magno potore hîc ponitur; tanquam qui amphoralem ventrem habeat. Amphora autem est octo congiorum. Ita de Bonoso, quum laqueo vitam finisset, dictum est amphoram pendere non hominem. Ita Græci hominem, qui se cibo vinoq; ingurgat, merum ἀσκὸν aut θύλακον, utrem aut saccum vocant.*

r *instar spongiæ hauriens & deplens potum. Tales homines sunt, qui, ut Clemens Alexandrinus ait lib 2 pædag.,* eam, quæ in compotationibus versatur, intemperantiam, vitam esse beatam existimant. quorum vita quidẽ nihil est aliud, quam comessatio, crapula, balnea, temetum, matulæ, ocium, potus. *(tibibus.*

s *quæ ut multum humoris imbibit, ita est Curius mul-*

junt illum ſemper ſitire. Nugo. An ſitiat, neſcio: ſemper certè paratus eſt potare. BAM. Auſculta luſciniolam illam. GR. Ubinam eſt? BAM. Non vides eam in ramo illo ſedentem? vide, ut canit ardenter *t*, nec intermittit. Nu. Flet Philomela nefas *u*. GR. Quid mirum dulciter eam garrire, quæ ſit Attica *x*, ubi etiam fluctus maris non ſine numero *y* alliduntur littori? Nug. Plinius *z* ſcribit, eam præſentibus hominibus diutius & accuratiùs cantare. Tu. Quid cauſæ eſt? Nu. Ego tibi cauſam aperiam. Cucúlus *a* & Philomela eodem cantant tempore, verno ſcilicet, ab Aprili medio ad Majum *b* exactum, aut eo circiter. Hæ duæ aves in contentionem

X. *De Luſcinia & cuculo.*

t *vehementer, ſtudioſè, ſeriò admodum.*

u *initium diſtichi Martialis, ex lib.* 14.
Flet philomela nefas inceſti Tereos, &, quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.
Fingitur philomelam Tereus compreſſiſſe, poſtea linguã ei præcidiſſe: quæ philomela tandem in avem ſui nominis converſa ſit & indignitatem malorum ſuorum defleat. vide Ovid. 6. metamorph. Ariſt. 3. rhetor.

x *Philomela Pandionis Athenienſis regis filia fuit. unde ei Attica eloquentia tribuitur.*

y *q. cum numero & modo oratorio, cum modulatione.*

z *Plinius lib.* 10. *cap.* 29. *elegantibus verbis cantum ejus deſcribit. Interq; alia ait*; Viſum jam ſæpe, juſſas canere cœpiſſe & cum ſymphonia alternaſſe.

a Horat. 1. ſat. 7. *cuculum dicit media producta; at auctor philomelæ carminis corripit.*

b *Plinius l.* 10. *c.* 29. *habet*: Luſciniis diebus ac noctis continuis xv. garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine.

nem venerunt de suavitate concentus, quæsitus est judex : &, quia de sono erat certamen, aptissimus visus est ad eam cognitionem asinus, qui præter cæteras animantes grandes haberet auriculas. Asinus, repudiata luscinia, cujus se harmoniam negaret intelligere, victoriam cuculo adjudicavit. Philomela ad hominem appellavit, quem ubi videt, agit statim causam suam, canit diligenter, ut se illi approbet ad vindicandam injuriam, ab asino acceptam. GRA. Habeo causam poëta dignam. NU. Quid ergo? exspectabas philosophio dignam? posce id à novis † illis magistris Parisiensibus. GR. Plerique illorum vestibus sunt philosophi, non cerebro. NU. Quid ita vestibus? nam coquos potiùs dixeris, aut muliones. GRAC. Quia gestant eas crassas, detritas, laceras, lutulentas, immundas, pediculosas. NU. Erunt ergo philosophi Cynici *c*. GRAC. Imò cimici *d*: non, quod videri affectant *, Peripatetici : quippe Aristoteles, sectæ princeps, cultissimus *e* fuit. Ego verò longum valedico jam nunc philosophiæ, si aliter non possum esse philosophus. Quid enim pulchrius, & homine dignius, quàm munditie, & civi-

XI. De magistris nostris.

c *Cynici sunt quasi canini. erat philosophorum secta, cui exordium dedit Diogenes. A canis vel mordacitate vel impudentia & immunditia nomen traxerunt.*

† *nostri magistri dicuntur in Parisiensi Sorbona.*

d *ficta vox est à cimice. quasi sordidos dicas ad instar cimicum.* * *cum affectu, studiosè cupiunt.*

e φιλόκαλος *munditiæ studiosus.*

& civilis quidam cultus in victu & vestitu ? ea in re antestant mea sententia Lovanienses Parisiensibus. TURD. Quid tu, non putas esse impedimento studiis nimiam curam munditiæ atque elegantiarum ? GRA. Ego quidem munditiem probo, anxiam * & morosam f illius curam improbo. NUG. Damnas tu elegantias ? de quibus scripsit Valla tam diffusè, quásque adeò diligenter commendant nobis nostri præceptores ? GR. Alia est verborum in loquendo elegantia, alia rerum in vestiendo. TURD. Scitis, quid est mihi narratum à tabellario Lovaniensi ? NUG. Quid tandem? TUR. Clodium g ardere perditè h in puellam quandam i, & Lusconem transtulisse se ad mercaturam à literis: hoc est, ab equis ad asinos. NU. Quid audio ? TU. Clodium noratis omnes, succi plenum, rubicundum, bene habitum, hilarem, vultu renidenti k, comem,

XII. De Glodio amatore.

* *curiosam.* f *fastidiosam.*

g *Clodius in Romana historia fuit nobilis juvenis, familiâ quidem, sed vita infamis ob libidines.*

h *amare admodum, eò usq; ut pereat*, gleichsam zu tode. *Ita deperire est impatienter & immodeste amare, tanquam periturus, ni habeas. Ita efflictim quoq; usurpatur, i.e eò usq;, ut quis effligatur.*

i *potest simpliciter dici ardet puellam, i. e. ardenter amat. ardere in aliquem, est amore in aliquem flagrare, ardore alicujus teneri. Est etiam apud Ovidium, ardere in aliquo, ut 8 metam.*

Qualis es, ipse fuit: meritò Deus arsit in illa.
Sed poëtica illa sunt.

k *splendido, tanquam ad risum disposito.*

mem, festivum confabulatorem? nunc refert ille, esse exsuccum, exsanguem, pallido colore atque adeò lurido, imbecillum, horridum, trucem, taciturnum, fugitantem lucis & humani consortii: nemo, qui illum vidisset priùs, jam agnosceret. Nu. O miserum adolescentem! unde id mali? Tur. Ex amore. Nu. At unde amor? Tur. Quantum ex oratione tabellarii potui colligere, reliquerat seria & solida studia, dediderat sese cunctum poëtis lascivis, Latinis, & linguæ vulgaris: inde prima animi præparatio: ut, si qua ignis scintilla in illum incideret fomitem, quantumlibet exigua, subitò inflammaretur velut stuppa: tradiderat se somno & ocio. Nug. Quid necesse habes plures aut majores causas amandi commemorare? Tur. Nunc insanit, ambulat plerumque solus: semper autem vel tacitus, vel cantillans aliquid, & modulans, scribit versus sermone vernaculo. Nu. Scilicet, quos legat ipsa Lycoris *l*. Gra. O Christe, averte ab animis nostris tam perniciosum morbum *m*. Tu. Nisi me ingenium Clodii fallit, recipiet se aliquando ille ad frugem meliorem. peregrinatur *n* animus ejus in nequitia, non habitat *o*. Gr. Et ille alter quas mer- *XIII. De Luscone mercatore.*

l *amica. petitur hemistichium ex eccl. 10. Virgil.*
m *impuri & vani amoris.*
n *exspatiatur, tanquam reversurus ab errore.*
o *non immoratur defixus. Sic de Polemone Atheniensi perdita*

mercaturas exercet? TUR. Misit ad patrem epistolam, flebiliter conscriptam de misera conditione studiorum, quam, quòd esset apertilis *p*, legit ipse tabellarius. Pater, homo crassæ Minervæ *q*, transdidit *r* eum à chartis ad lanas, pannos, glastum *s*, piper, gingiber, cinnamomum. Nunc ille succinctus braca *, mirè diligens & sedulus in aromataria taberna vocat adventores *t*, excipit blandus, scandit, descendit per scalas infestissimas,

perdita luxuria adolescente loquitur Valerius Maximus lib.9.cap.1. Unius, *inquit*, orationis saluberrima medicina sanatus ex infami ganeone maximus philosophus evasit. peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

p *non clausa sigillo, ut à quovis aperiri facilè & legi posset.* Latus adapertile *dixit Ovidius.*

q *Phrasis ethnica: ubi Minerva pro eruditione & scientia ponitur; quia literarum præses ea dea fingitur. Homo crassa Minerva vel pinguis, est indoctus, plebejus.*

r *Ter. prol. in Phorm.* Retrahere à studio & transdere hominem in ocium. *ubi Donatus,* Veteres, *inquit,* dixerunt transdere tonantiùs, quod nos leniùs tradere nunc dicimus.

s *Glastum est, quod Græcis ἰσάτις. vide Plin. l.22. c.1. Cæsar l.5. bell. Gall. Diosc. l.2. c.180. Ex ea herba fit cæruleus ille color, pictoribus expetitus, quem Indicum vocant.*

* *Hic braca est subligaculum, ut habent mercatores, quo se præcingunt, ut inter negocia vestes mundas & integras servent. βράκος Æolicè pro ῥάκος est vestis lacera, à ῥηγνύω. A braca est nostrum* bruch, *& affinius Saxonicum* broк.

t *qui emundarum mercium causa externè adveniant. Apud Plautum & Apulejum ita dicuntur hospites in cauponis & diversoriis.*

mas *u*, profert ſuas merces, vertit, invertit: mentitur, pejerat. omnia ſunt illi leviora, quàm ſtudere. Nᴜɢ. A puero novi illum attentum ad rem, & delectari numulis. Itaque potiorem habuit numationem *x*, quàm literaturam *y*, & vile lucrum antepoſuit excellentiæ eruditionis. aliquando pœnitebit eum. Tᴜʀ. Sed ſerò. Nᴜ. Indubiè: provideat, ne accidat ſibi, quod ſuo conſobrino. Tᴜʀ. Cui? Nᴜ. Antonio in angiportu * pomorum, ad tres graculos†. Non audiſti, illum ſuperiore anno decoxiſſe *z*? Gʀᴀᴄ. Quid decoxit, quæſo; éſt ne hoc tantum malum? an non quotidie id fit in culinis omnibus? Tᴜʀ. Decoxit rem. Gʀᴀ. Quam rem? Tᴜʀ. Alienam *a*, & conturbavit *b*. Gʀᴀᴄ. Nihílne

XIV. De Antonio decoctore.

E reddi-

u *i.e. ſcanſu difficiles, moleſtas, graves, utpote acclives,* δυσανόδους.

x *Cicero 2 Phil. numationem dicit* πολυχρηματίαν, *abundantiam numorum. Eam orationem ad hunc dialogum leges: ex qua multæ loquendi formulæ ſunt ſumtæ. Ceterùm numo origo Græca eſt ex* νόμος, *quod Æolicè* νοῦμος. *Geminata litera etiam nummus vulgò ſcribitur.*

y *literarum ſcientiam, doctrinam liberalem. Sic Cic. eadem orat.* * *Vico anguſto clauſo, ubi poma venalia.*

z *Decoquere rem, patrimonium eſt abſumere per luxuriam, coquendo perdere. Dicitur etiam abſolutè decoquere, ut caſus objecti intelligatur. Ideóq; mox elliptica oratio explicatur.* † *ſignum prætenſum domui.*

a *alienam rem id eſt, aliena bona. Ita decoquere rem creditoribus eſt facultates conſumere cum creditorum damno, ut fidem fallant vel ſaltem per inopiam non liberent.*

b *concoquere rem & conturbare Cicero junxit. Conturba-*

mercaturas exercet? TUR. Misit ad patrem epistolam, flebiliter conscriptam de misera conditione studiorum, quam, quòd esset apertilis *p*, legit ipse tabellarius. Pater, homo crassæ Minervæ *q*, transdidit *r* eum à chartis ad lanas, pannos, glastum *s*, piper, gingiber, cinnamomum. Nunc ille succinctus braca *, mirè diligens & sedulus in aromataria taberna vocat adventores *t*, excipit blandus, scandit, descendit per scalas infestissimas,

perdita luxuria adolescente loquitur Valerius Maximus lib.9.cap.1. Unius, *inquit*, orationis saluberrima medicina sanatus ex infami ganeone maximus philosophus evasit. peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

p *non clausa sigillo, ut à quovis aperiri facile & legi posset.* Latus adapertile *dixit Ovidius.*

q *Phrasis ethnica: ubi Minerva pro eruditione & scientia ponitur; quia literarum præses ea dea fingitur. Homo crassa Minerva vel pinguis, est indoctus, plebejus.*

r *Ter. prol. in Phorm.* Retrahere à studio & transdere hominem in ocium. *ubi Donatus,* Veteres, *inquit,* dixerunt transdere tonantiùs, quod nos leniùs tradere nunc dicimus.

s *Glastum est, quod Græcis ἰσάτις. vide Plin. l. 22. c. 1. Cæsar l. 5. bell. Gall. Diosc. l. 2. c. 180. Ex ea herba fit cœruleus ille color, pictoribus expetitus, quem Indicum vocant.*

* *Hic braca est subligaculum, ut habent mercatores, quo se præcingunt, ut inter negocia vestes mundas & integras servent. βράκος Æolicè pro ῥάκος est vestis lacera, à ῥηγνύω. A braca est nostrum* bruch, *& affinius Saxonicum* brók.

t *qui emundarum mercium causa externè adveniant. Apud Plautum & Apulejum ita dicuntur hospites in cauponis & diverforiis.*

mas *u*, profert ſuas merces, vertit, invertit: mentitur, pejerat. omnia ſunt illi leviora, quàm ſtudere. NUG. A puero novi illum attentum ad rem, & delectari numulis. Itaque potiorem habuit numationem *x*, quàm literaturam *y*, & vile lucrum antepoſuit excellentiæ eruditionis. aliquando pœnitebit eum. TUR. Sed ſerò. NU. Indubiè: provideat, ne accidat ſibi, quod ſuo conſobrino. TUR. Cui? NU. Antonio in angiportu* pomorum, ad tres graculos†. Non audiſti, illum ſuperiore anno decoxiſſe *z*? GRAC. Quid decoxit, quæſo; éſt ne hoc tantum malum? an non quotidie id fit in culinis omnibus? TUR. Decoxit rem. GRA. Quam rem? TUR. Alienam *a*, & conturbavit *b*. GRAC. Nihílne reddi-

XIV. De Antonio decoctore.

E

u *i.e. ſcanſu difficiles, moleſtas, graves, utpote acclives,* δυσπόδας.

x *Cicero 2 Phil. numationem dicit* πολυχρηματίαν, *abundantiam numorum. Eam orationem ad hunc dialogum leges: ex qua multæ loquendi formulæ ſunt ſumtæ. Ceterùm numo origo Græca eſt ex* νόμος, *quod Æolicè* νῦμος. *Geminata litera etiam nummus vulgò ſcribitur.*

y *literarum ſcientiam, doctrinam liberalem. Sic Cic. eadem orat.* * *Vico anguſto clauſo, ubi poma venalia.*

z *Decoquere rem, patrimonium eſt abſumere per luxuriam, coquendo perdere. Dicitur etiam abſolutè decoquere, ut caſus objecti intelligatur. Ideóq; mox elliptica oratio explicatur.* † *ſignum prætenſum domui.*

a *alienam rem id eſt, aliena bona. Ita decoquere rem creditoribus eſt facultates conſumere cum creditorum damno, ut fidem fallant vel ſaltem per inopiam non liberent.*

b *concoquere rem & conturbare Cicero junxit. Con-*

turba-

reddidit creditoribus? TUR. Ex compactione *c* (nam receperat se in asylum *d*) uncias ternas

turbare rem, est confundere, ut non congruant, & paria faciant rationes debitoris & creditoris, & ille sit solvendo huic.

c *ex transactione, ut debitores singuli parte soluta acquiescerent: ut fit argentariâ dissolutâ, quam Gallico vocabulo, ad nos tralatitio,* banckerot *vocamus. Est autem banquerotte, q. mensa rupta. intellige mensam numulariã, qua argentarii utuntur:* daß der wechsel nit mehr folget/ *quum debitoribus fraudatis collybus cessat, quem cambium vocant à cambiendis, i. e permutandis pecuniis. vel de compacto, ὡς συνθήκας. Dicitur etiam compacto simpliciter à compacisci, vel compecisci (ut defecisci) unde & compectũ legitur: ut olim solenne erat scribere. istæ formulæ apud Plautum, Livium, Suetonium inveniuntur. Est autem compactum, pactum inter plures factum. Compactio quidem etiam ex analogia dici potest ab eodem verbo. Sed, quam Cicero 5. de finib. dicit* compactionem membrorum, *ea est conjunctio, coagmentatio à compingendo.*

d *asylum est locus, ad quem confugiunt, qui in aliquo discrimine sunt positi, ut tuti sint & inviolabiles. Ita dictus, quòd eum συλᾶν, id est, diripere & per vim extrahere perfugas non licet. nobis* freistätte/ *quasi locus libertatis dicitur. Et in sacris & profanis literis crebra est asylorum mentio. Num. 35. quæ Moses dixit* עָרֵי מִקְלָט*, i.e. urbes collectionis, quòd illic colligerentur & eò contraherentur fugitivi. Chaldæus reddidit* קִרְוֵי שֵׁיזָבוּתָא *urbes liberationis: LXX. φυγαδευτήρια, i.e. fugitivorum receptus, perfugia. vulgatus Latinus* opida in fugitivorum auxilia separata, urbes in præsidia fugitivorum, quæ ad fugitivorum subsidia separantur. *Vives noster in lib 1. Aug. de. civit. Dei cap. 34. ait:* Asylum locus est sacer, unde fas non erat

ternas ex libris singulis *e*. GRAC. Hoc vocas tu decoquere; quum nihil sit crudius *f*? sed quo modo amisit? TUR. Audivi equidem nuper de patre, non satis tamen intellexi. Narrabat pater, eum fecisse versuras *g* damnosissimas, quæ degluberunt *h* eum, & devorarunt usque ad ossa. GRAC. Quid rei est versura? quid deglubere? TUR. Ne ego quidem novi: credo esse aliquid de furib⁹ *i*. NUG.

erat quenquam rapere. nam inde nomen habet. συράω namque est rapio & ἄλφα στερητικὸν, id est, privativum. Hinc per lambdacismum factum est asylum pro asyrum. Servius l. 8. Æn. Tametsi συλᾶν est etiam ἀφαιρεῖσθαι. In Græcia & Asia multa fuerunt asyla. Tiberius Cæsar pertæsus nimiam illorum licentiam jura omnibus illis ferè ademit: ut Suetonius & Tacitus perhibent. *Sic ille. At συράω Græcus non est, sed σύρω. Et analogia Servium refutat. Sic enim dicitur ἱερόσυλος, νικροσυλία. & promta est derivationis ratio, ut non opus sit literæ commutatione. proxima scilicet origo est σύλη præda, spolium. ἄσυλος à præda immunis.*

e *hoc est tres numos pro duodecim. Libra enim duodecim uncias habet.*

f *Jocus est ex ambiguo. Crudum enim propriè est non coctum, ὠμὸν, ἄπεπτον at hîc est crudele, immite, indecorum; profusione scilicet sua aliis debita vitæ subsidia intercipere. Est enim hoc prodigentiâ suâ alios occidere.*

g *versuram facere est æs alienum ære alieno exsolvere. ex eo dicta, quòd sit vertere seu commutare creditorem, ut aliis solvas. Alioqui* versura *in genere est conversio.*

h *i. e. ad egestatem extremam redegerunt.*

i *i. e. quod de decoctoribus, conturbatoribus & versuris dictum est, ad crimen furti pertinet. Deglubi autem est versurarum effectus. etsi autè honestioribus titulis illa mercatorum fraudes tegantur: revera sunt furta coram Deo.*

XV. De petaurista. Vides illum obesum? quem putes vix se posse cõmovere. petaurista *k* est, & funambulus *l*. GRAC. Ah, tace, rem narras incredibilem. TUR. Non ipse quidem suo corpore, sed calcibus *m*. GAR. Afferebat aliquid aliud novi tabellarius de nostris sodalibus? TUR. Etiam de Hermogene *n*; qui in omni nostro certa-

XVI. De Hermogene.

k *Petaurista est tanquam à πέτευρίζειν. In usu autẽ est nomen petaurum, πέτευρον, quæ est tabella parieti affixa, ad quam vespere gallinæ se volatu recipiunt, ut pernoctent. Postea ponitur pro machina, unde prodeunt funambuli, unde Lucill.*

Sicuti mechanici, quum alto exsiluere petauro.

Utebantur autem rota, quæ in sublimi posita à duobus versabatur, altero supernè altero infernè nitente. quo fiebat, ut alternis deiecti nunc penderent, nunc erecti sederent. Similis ludus est scaperda, ubi in fune per arrectarium tignum trajecto idem fiebat, quod illis in rota. Hujus generis sunt & petaminarii tanquam πέταυροι dicti. Videatur pluribus Scalig. ad Fest & Manil. & Conr. Rittersh. ad Salvian.

l *Funambulus Terentio dicitur, ut Græcis σχοινοβάτης (unde & Juvenali schœnobates, & ipsa ars Ciceroni schœnobatica) Firmico est neurobates, Apulejo funirepus.*

m *calcibus enim incedens per funem,*

Pendula librato figit vestigia saltu, *ut Claudian. ait. Intelligo, eum non corpore toto manibus et pedibus adhærere funi, q facilius esset, quã solis calcib. insistere funi.*

n *Nomen est ex historia petitum. Hermogenes Tarsensis quidam sophista fuit de quo Suidas inter alia narrat, eũ anno ætatis decimoquinto jam in studiis clarum nomen habere cœpisse, et anno 18. eam Rhetoricã scripsisse, quæ adhuc hodie teritur: & 24. anno eruditionis habitu & laude excidisse: vixisse tamen diu, inter vulgares numeratum. Mortui autem corpore resecto, cor inventũ esse pilosum & multò majus, quàm hominis natura ferat. Hinc dictum est,* Hermogenes inter pueros senex, inter senes puer.

certamine semper ferebat primas, is admirabili mutatione ex ingeniosissimo, & (ut ætas illius ferebat) doctissimo, repentè factus est tardissimus, & rudissimus. Nug. Tale quiddam sæpe vidi accidere in quibusdam acutulis. Bam. Ajunt id fieri, quũ ingenii acumen non est solidum: ut in scalpellis, quorum acies facile retunditur, præsertim, si quid secent paulò durius. Grac. Quid? éstne acies in ingenio, sicut in ferro *o*? Bam. Nescio, ferrum sæpe vidi, ingenium nunquam vidi *p*. Nug. Quid factum est adolescentulo illi pagano, qui superiore mense exhibuit nobis prandium adventorium *q*, refertum deliciis rusticis, ad quem è fuga retrahendum præceptor miserat quatuor fugitivarios *r*: & erat formosulus. Tur. Venustus asinus.

XVII. De adolescente pagano.

E 3

o *acies in ingenio est ea mentis facultas qua celeriter transit in rerum cognitionem: sicut acuta dicimus, quæ facile penetrant angulos.*

p *Loquitur ut rudes. Res incorporeæ oculis non cernuntur, opera tamen earum sensibus cognosci queunt. Ita sermo est animi index.*

q *quo ostenditur, volentibus & cupientibus iis, qui nos excipiunt, nos advenisse. cœna viatica, adventitia & adventoria dicebatur, qua olim amicos peregre redeuntes, aut invisentes honorabant.*

r fugitivarii, *ut Cujacius ait obs. lib. 5. c. 9*, dici videntur, qui fugitivos servos prosequuntur. Ex *Annei Flori lib. 3, qui dum, bello servili uti capta fuerint prætorum castra fugatiq; cives, narrat*, Ita, *inquit*, qui per fugitivarios detrahi debuissent prætorios duces profugos prælio ipsi sequebantur.

asinus. Puella amanuensis * amitæ meæ, quæ puella est illi soror patruelis, convenit illum nuper in pago suo, nudo capite, impexum, horridum, sentum, cum gallicis *s* & tunica villosa levidensa *t*, vendentem in trivio quodam chartaceas imagines, & tabellas elementarias, cantantem cantiones novas in circulis. Grac. oportet illum esse ortum claro sanguine. Tur. Qui isthuc? Grac. Quoniam pater ejus est de genere Coclitum *u*. Nug. Non tam id arguit nobilem virum, quàm bonum jaculatorem: collimabit facilè *x*. Tur. Aut fabrum tignarium, qui

Oculo rubricam dirigit uno *y*.

Nu. Nunquam placuit mihi ille puer, nec dederat mihi significationem aliquam virtutis.

* *h. e. quæ ei est ad manũ:* die jhr zur hand gehet.

s *Gallicæ sunt calcei, seu soleæ ligneæ, quibus imprimis rustici pluvioso tempore apud Gallos utebantur. Ita adhuc ipsi* galloches *vocant calopodas, crepidas ligneas. Cicero usurpat Phil.2.* Non *diu ante Ciceronis ætatem usurpari cœptam eam vocem opinatur Gellius lib.13. c.20.*

t *Levidensem & levidensam vestem Isidorus dici vult, quod raro filo sit, levitérq; densata. Huic opponitur pavitensis, quæ paviendo tensa est, hoc est, graviter calcata. ergo etiam levitensis dici possit. vide Isidorum l.19. orig. c.22.*

u *Pagani illius pater introducitur ut cocles, id est unoculus, sicut Plautus loquitur Curcul. act.3. Coclites vocabantur, qui altero lumine orbi nascerentur. Erat a. apud Romanos Coclitum nobilis familia. Ex hac ambiguitate jocus est hoc loco. Aliter autem Cyclopes dicuntur coclites.*

x *sicut exactè collineaturi oculo altero vident, alterum claudentes, ut radios opticos colligant, ad cernendi intentionem.* y *ut Persius ait Sat.1.*

tis GRAC. Quid ita? NUG. Quia nec amabat studia, nec præceptorem reverebatur; quod est perditi animi argumentum evidentissimum: & senes irridebat, & calamitosos subsannabat. Sed quis est iste sericatus *z*, torquatus, bracteatus auro *a*? GRAC. Ex genere clarissimo, matrem habet nobilissimam & fœcundissimam. NUG. Quam? GRAC. Terram *b*: & vix credas, quas semper faciat delicias *c*. dicas, puerulum in cunis adhuc & crepundiis vagientem. NUG. Atqui lanugo illi incipit jam per malas serpere. BAM. Hem, observator venit. expedite libros, explicate, incipite evolvere. GRAC. Nec fuit his multis hebdomatibus observator magis curiosus, & qui tam gauderet deferendis ad magistrum criminibus. BAMB. Utinam saltem nos veræ culpæ reos ageret! sed calumniatur *d* plerumque.

XIIX. De Torquato.

II. De observatoris superventu.

***

NUG. Hìc murus aheneus esto:

Nil conscire sibi †, nulla pallescere culpa *e*.

E 4 Sed

z *serico indutus.*

a *aureis lamellis & quasi foliis ornatus in vestitu. analogicè à bractea.*

b *quæ omnium mater est, quatenus ex ea conditi sumus.* c *nugas pueriles, quibus delectare tamen vult alios, ritus ludicros exercens.*

d *falsa delatione nos gravans.* * *sc malè.*

† *ob nullum crimen expallescere, & metuere.*

e *Bona conscientia ex rectè factis commendatur Horatianis versibus ex epist. l.3. epist. Murus autem aheneus hic dicitur pro fortissimo tutamento & munimento.*

Sed quiescite, ego illum statim fugabo. OBSERV. Quid tu dicis, Vatia *f*? NUG. Quid tu Vatrax *g*? OBSERV. Quid tu Vatrachomyomachia *h*? sed, joco amoto, quid hic agitur? NUG. Quid ageretur? quod inter bonos scholasticos & studiosos: legitur, ediscitur, disputatur. Dic sodes, capitulum *i* lepidissimum, quid est apud Virgilium Transversa tuentibus hirquis *k*? OBSERV. Bene facitis, pergite, studere, ut bonæ indolis adolescentes decet, mihi aliud nunc est negocii: vos valebitis. NUG. Satis nugatum est *l*, revertamur ad ludum; sed prius relegamus, quæ præceptor explicavit, tum ut discamus, tum ut

III. Reditus ad seria.

f Vatia *in glossis Isidori exponitur*, *qui est diversis plātis. Origo est Vatius, qui crura habeat extrorsus obtorta. Nomen hic trahitur ad puerile convicium.*

g *Nonius Marcell. cap. 1. Vatrax & vatricosus pedibus vitiosis. ex Lucil. lib. 28. ubi ait:*

Ut si progeniem antiquam, quæ est Maximus
Quintus vatrax, qua vatricosus vatrax.

aliter legitur vacax & varicosus. Quibusdam placet, quód vatrax sit βάτραχος rana. At βάτραξ non dicitur.

h *Vatrachomyomachia, βατραχομυομαχία est inter Homerica scripta poëmatiū de ranarum et murium pugna. Vox hîc ab observatore arripitur, ut contumeliam regerat. Si id verbum non temere, sed consilio delectum est, indicat, Nugonem se opponere ipsi, ut ranam & murem. Arreptum autem est, quod nomini* vatrax *assonaret.*

i *i.e. homule. Caput pro persona dicitur. Ergo capitulū est persolla, προσωπίδιον.* k *i.e. oculis in hirquos contortis, ut solent hirci ob libidinis ardorē capras transversè intueri. Est a. hirquus angulus oculi: aut potiùs hircis (τράγοις) transversè, i.e. obliquè intuētibus.* l *passivè q. λελήρηται, nugæ actæ sunt, deliratū est. μεμύθευται, ut Lucian. ait,*

ut illi placeamus, & nos approbemus: quod cuique nostrûm debet esse in votis, non minus, quàm patri *m*.

m *scil. placere.*

SENTENTIÆ.

1. Scire, non est tantùm ea tenere, quæ vidimus, sed etiam, quæ auditu, lectione, meditatione & usu atq; exercitatione didicimus. Stultum enim est ex peregrinationibus, nonnisi locorum exterorum contemplationes domum referre, sapientiam aut & prudentiam foris relinquere. Et longè est satius paterna domi virtutem, quàm in peregrinis theatris vanitatem discere.

2. Meritò prædicamus, quæ stupenda & & mira in natura se nostris sensibus ingerunt. Sed tum demum id utiliter fecerimus, si omnia opera ad opificis sui agnitionem & gloriam referamus.

3. Superstitionis, quam humana vanitas & fraus diabolica genuit, fines latissimè patent. Quare solicitè caveamus, ne nostra fatuitate & temeritate alienas & falsas vires rebus naturalib⁹ affingamus, & beneficas Dei operationes nostris commentis, tanquam sacramentis quibusdam, alligemus.

4. Dum opportunitas est, agendi tempus est, quæ prætermittenda non est per securitatem & socordiam, ne nullo tempore postea inveniatur.

5. Tempus nunquam quiescit; etsi ea instrumenta consistant, quibus nos temporum spatia metimur.

6. *Magna ſæpe perdimus, & juſtè; quum parva injuſte quærimus.*

7. *Vanis rebus pax domeſtica non eſt turbanda.*

8. *Pertinacia eſt paci inimica.*

9. *Piorum liberorum eſt omnibus modis cavere, ne ſcindant parentum concordiam; potiùs ſuis commodis aliquid decedere patiantur.*

10. *Improbitas deteſtabilis eſt natos contra patres irritare.*

11. *Matrisfamilias eſt vanas & noxias amœnitates mariti placitis poſthabere.*

12. *Impotens ira et iuramentum leve ſunt turpia crimina.*

13. *Qui non vult malè audire, bene vivat.*

14. *Satius eſt ſenſu aliquo captum eſſe, quàm virtute orbum.*

15. *Fœda labes eſt in pueris, aliena tollere. Itaque laudandi Perſæ, qui à prima ſtatim ætate pueros docebant* ἀληθεύειν *i.e. vera loqui. quam ad rem, ut & alia exercitia, magiſtris utebantur continentisſimis.*

16. *Quæ honeſta ſunt & naturæ convenientia, nemini ſunt exprobranda.*

17. *Miſerabiles perſonæ non ſunt gravandæ conviciis: ſed metuendus vindex injuriarum Deus.*

18. *Deus non tantùm omnia facere poteſt, ſed facillimè.*

19. *Turpe eſt homini ad ſeria nato, à melioribus*

bus studiis ad sequiora converti.

20. *Liberorum est paternas artes, licèt tenues, modò honestæ sint, non aspernari & sibi dedecori ducere.*

21. *Nobilitas præclaris factis primùm comparata præclarioribus, ut pote, est tuenda.*

22. *Stolidum est equitii curâ & canum nobilitatem venari.*

23. *Alea & ebrietas, ut pestes, fugiendæ sunt, quæ etiam potentes familias brevi evertunt. Sunt aliæ honestæ recreationes, & non damnosæ.*

24. *Vitia infames reddunt tandem sectatores suos.*

25. *Libidines & alia crimina mutant homines in feras: quod poëtæ miris suis transformationibus docere voluerunt.*

26. *Ut luscinia & aliæ aves suo cantu nos recreant: ita nos Deum harmonia sanctæ vitæ exhilaremus.*

27. *Amor sui discordiæ pater est.*

28. *Imperitis judicibus perperam committuntur disceptandæ lites, quæ prudentia sunt discernendæ.*

29. *Judicii forma sit justa; ut se rectè habeant litigator & judex: & res, tum ipsa contentio, tum actus judicii in cognitione & sententia.*

30. *Mundi impostura multiplex est in nominibus, dum falsis, inanibus aut immodicis titulis se superbi ostentant.*

31. *Munditiès hominem decet, quæ* φιλοκα-

λία

λία dicitur, non autem καλλωπισμός; quæ scil. fit odiosa & exquisita nimis, & ad ostentationem cõparata. Illud enim est honestatis, hoc lenocinii.

32. Libido est perniciosissimus morbus.

33. Ut castus esse queas, fugies lectionem lascivorum poëtarum, ocium & pigritiam. Magnæ enim fatuitatis est, vulgaris Latinitatis percipiendæ causa periculo exponere adeóq; perdere morum sanctitatem.

34. Ut casti esse queamus, non tantùm occasiones illices ad impuros amores sunt vitandæ, sed imprimis quoq; Christus orandus est, ut Spiritu suo purificet animos nostros & ab omnibus inquinamentis custodiat.

35. Vile lucrum non decet anteponere sapientiæ studiis.

36. Luxuriosi, etsi etiam opulenti, tandem fiunt decoctores & conturbatores.

37. Versuræ, conturbationes & similes imposturæ jure inter furta numerantur, si quidem incuria, socordia & luxus culpa alióve voluntario crimine accidant. Benigniùs enim de iis est judicandum, qui casu aliquo, quem humana ratio nec prævidere nec cavere potuit, bonis evertuntur, ut foro cedere & creditorum fiduciam destituere cogantur, puta, si ipsi ab aliis frustrentur, naufragia & bonorum direptiones patiantur. Tales enim commiseratione digni sunt: & privata horum calamitas pro publica quadam clade est censenda.

38. Humana vita plena est vanarum artium, quas à teneris vitare, est hominis Christi nomen professi.

39. Ne fidamus aut insolescamus felicitate ingeniorum, quæ ex acutissimis facilè vertuntur in stupidissima.

40. Qui honestas vitæ conditiones, cum aliquo labore conjunctas, aversantur: in inhonestas & molestissimas se præcipitant.

41. Mala in pueris signa sunt, non capi studiis, non revereri præceptores, senes ridere, miseros ludere.

42. A rectâ conscientia transversum unguem non oportet quenquam in omni vita sua discedere.

43. Sua cuiq; animus ex conscientia spem præbet.

44. Contumeliam qui dicit, audet. Itaq; ut non lædaris, ne læde; ut injustè læsus Deo vindice & patrono gaudeas.

45. Frugi discipulus id curæ habet maximè, ut pariter parentibus & præceptoribus sit complacitus.

DIALOGUS IX.

Iter & equus.

¶ *Dividitur in partes has I. Agitur de itinere Bononiensi, quare & quibus rationibus instructum, & cœptum sit. II. Narratur, quid in eo*

in eo acciderit, ubi de factis obviam, rhedarii mora: de flumine, avibus, campis: carminibus: de errore & in viam rectam reductione: molestiâ equitandi : calceatione equi.

*Misippus, Philippus, Misospûdus *, Planetes.*

I. *De itinere Bononiensi.*

PHIL. Vultísne proficiscamur animi gratia *a* Bononiam, quæ est ad Sequanam *b*?

MISIP.

* Μίσιππος *est qui* μισεῖ ἵππους *odit equos:* Φίλιππος, *qui* φιλεῖ ἵππους *amat equos.* Μισόσπουδος, *qui* μισεῖ σπουδὴν, *odit studium seu diligentiam,* πλανήτης *est erro* παρὰ τὸ πλανᾶσθαι, *quod est errare. Cæterùm scriptor dialogi hic* σπουδὴν *tam latè videtur accepisse, ut* studia *Latinis dicuntur: ut scilicet etiam* τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ διδαχαὶ *comprehendantur.* [*Nam literæ & equi meliùs opponuntur, quàm equi & diligentia.*] *Verùm tamen* σπουδὴ *Græcis est studium in notione diligentiæ, & promtæ voluntatis, item est labor serius: unde* τὰ σπουδαῖα *res serias* τοῖς γελοίοις καὶ μυθώδεσι, *ridiculis & fabulosis oppositas dicunt : ut* τοὺς σπουδαίους *homines bonos, non* φαύλους. *Quæ autem cum voce* σπουδὴ *componuntur, priore parte objectum, posteriore studium significant: ut* κενόσπουδος, ματαιόσπουδος, *qui inanibus rebus studet. Ita* μισόσπουδος *esset. qui studet odio. At vives subjicit nobis hominem fugitantē literarum, qui est Græcis* μισόλογος, *&* ἄμουσος, *quos Plato alicubi conjungit, aut* μισόσοφος *osor sapientiæ.*

a *ut animo morem geramus. animus hîc voluntatem, aliquando libidinem significat, ut* θυμὸς *Græcis* ἐπιθυμίαν *interdum: aut in phrasi* animi gratiâ *subauditur* reficiendi, relaxandi.

b *Bononia ad Sequanam intelligitur illa in Gallia.* Bolonie/ *Boone* oder *Beune* gelegen ahn der Senne; *aliter*

MISIP. & MISOSP. Nihil malumus, die præsertim sereno, & à ventis silenti *c*: tum etiam in nostro pædagogio feriato *d*. PHIL. Cur non est nobis operarius *e*? MISO. Quia Pandulphus * madefacturus *f* est hodie ingenti

aliter Bolonia, etiam Gessoriacum, Morinorum navale. Additur autem illa descriptio, ut distinguatur à Bononia Æmiliæ, in Italia, quæ Gallis Bologne la grasse *i.e. pinguis dicitur ob fertilitatẽ, olim Felsina: academiâ celebris.*

c *i.e. quieto,* ἀνηνέμῳ *tranquillo. Sic Columel. l. 4. c. 20. Sic & nos diem inturbidum vocamus* einen stillen tag.

d *ad cavendum ambiguitatem casum ultimum regentem & rectum mollius disjunxeris,* tum etiam feriato in nostro pædagogeo.

e *in quo laborandum sit,* werckeltag.

* *nomen Langobardicum seu Germanum, quasi* bandhülfe. Bande *est sodalitium, cohors, turma, & vexillum: unde etiam bandophorus, qui ducis gerit signum. Banda autem vox est præter Germanos, Gallis, Italis, Hispanis nota.*

f *i.e. inebriabit. Ita Ammian. Marcell. l. 15.* Poculis amplioribus madefacti quidam, arbitrum adesse nullum existimantes, licenter imperium præsens ut molestissimum incusabant. *Ita Lucian. in deor. dial.* ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, *i.e.* In convivio affatim madefacti. *Ita Chrysost. homil. 24. in epist. ad Rom.* τοὺς τὸν ὑγρὸν καὶ διαρρέοντα ζῶντας βίον *vocat, qui madidam & luxuria diffluentem vitam degunt. nempe ut Crobylus apud Athenæum lib. 6. ait*

——— τὴν ἀσωτίαν

ὑγρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσί τινες.

i.e. luxuriam seu prodigentiam. madorem enim nunc appellant quidam. Contrà ξηρὸς *est sobrius. Ita* madidus *Latinis poëtis Plauto,* Juvenali, *Martiali, pro ebrio est, ut siccus pro sobrio. Madere est ebrium esse. Madulsam servus Pseudolus ebrius se vocat in Plaut. Pseud. a. 5. s. 1.*

genti prandio magiſtros omnes, in honorem laureæ ſuæ magiſtralis *g*. PLA. Vah, quantum potabitur? MIS. Multò plùs ſitietur *h*. MISI. Ego habeo aſturconem *i*. PHIL. Et ego

g *quà dignitas magiſtri, pro teſtimonio philoſophicæ & philologicæ doctrinæ, ei eſt tributa. Hoc convivium alicubi vocant una voce illuminare; quòd in eo illuminetur ſeu honoretur doctrina ejus, qui lauream conſequutus eſt.*

h *majorem ſcilicet ſitim pranſuri afferent vel auferent, quàm potandi facultatem: quia heluones ſe ad bibendum largiùs ſiti prœcedanea exercent, & ſitim quoque bibendo accendunt.*

i *genus equi, cujus deſcriptio cum ratione nominis exponitur à Plinio lib.* 8. *c.*42. In Hiſpania Callaïca gens eſt & Aſturica. Equini generis hîc ſunt, quos thieldones vocamus. Minori fama (*aliter* forma) appellatos aſturcones gignunt, [illegible]ibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *Martialis vocat Aſturem equum in diſt.* 199.

Hic brevis, ad numerũ rapidos qui colligit ungues,
Venit ab armiferis gentibus Aſtur equus.

Aliter tolutarem *vocant, qui tolutim ingreditur, tollendo ſc. pedes æqualiter, ut inconcuſſo glomeret veſtigia dorſo. dici id volũt quaſi volutim. Belgæ vocant* hackeneye: *quam vocem etiam agnoſcunt Galli & Itali & Angli. Et Hiſpanis eſt haca. Si autem Geſnero credimus, vox eſt Germanica. Ait enim:* hackenei dictus eſt, quòd alternatim pedibus elevatis ſonitum cieat ſimilem illi, qui auditur, quum olera aut aliud quippiam geminis cultris minutatim ſuper abaco ligneo inciditur, quod nos hackẽ dicimus. *Alii tamen à ſono incedentis putant* ὠνοματοποιηθῆναι. Gradarius *Lucillio dicitur; Polluci, ut volunt,* ἀδρομος *vel* ἀδρομίας. *Saxon.* telder / *aliis Germanis* zeltner. *Belgis etiam* telle / telde / telleuer. *quod à numero duci videtur,* zehlen *enim &* tellen *eſt numerare. Et tolutim*

ego equum meritorium *k*, conductum de lusco impostore *l*. Miso. Ego & Planetes vehemur rheda: reliqui, si videtur, vel pedestres sequentur nos, vel vi brachiorum agent cymbam contra cursum amnis. Pla. Imó equis trahetur. Miso. Ut erit cordi. nam nobis pedestre iter magis placet. Phil. Eja puer, frena equum meum, & insterne. Quid, malùm *, manno *m* indis lupatum *n*? orna potiùs frenulo *o* illo levi cum bullis. Puer. Hui, nec oream *p* habet, nec aureas *q*.

F

lutim incedere est ad numerum colligere ungulas. Igitur tolutim *à Germanis ad alios populos manasse videtur*

k *i.e. conductum, mercede locatum, quo locato dominus aliquid meretur*, ein miedroß/ein heurpferd. heuren *est conducere ad horam, ad tempus.*

l *sic per convicium (plurimùm tamen in eo genere veridicum) vocat equorum mangonem stabularium, hippocomum* (roßtaũ) *qui & hippóplanus*, ἵππος *est equus*, πλάνος *planus, impostor. quod hominum genus Erasmus Hippoplano dialogo traducit.* * *q.d. malè fit.*

m *Mannus est exiguus tolutaris, quem Acron dictum vult, quòd manum sequatur mansuetudine.* Μάννος *Græcis aliud est, nempe ornamentum colli.*

n *Lupatum frenum, & substantivè lupatus & lupatum quòd lupos habet, i.e. asperitatem seu inæqualitatem, tanquã lupinos dentes. unde* duri *epitheto afficitur. Ovid. 4. trist. el 4. etiam lupos vocat.*

o *diminutivè, ad analogiam; quia manno accommodari debebat.*

p *Fest.* oreæ freni, quòd ori inseruntur, *ut coërceantur equi. Cato* oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *Næv.* DeprandI leonis obdas oreas.

De re

reas *q*. PH. Si scirē quis fregisset, ego illi frangerem *r*. MISIP. Quid tu nunc dicis concitatus? PHIL. Panē in cœna *s*. Accipe, unde poteris, accommodatò. PUE. Scilicet in mediis pædagogiis *t* quæris tu vel equos, vel equorum ornamenta. PHIL. Supple igitur, quæ desunt, ex hoc fune *u*. PUER. Erit deforme. PHIL. Abi, insane, quis videbit extra urbem? PUER. Antilena *x* est dissuta. PHIL. Sarcias ligulâ adstrictoriâ aliquâ. PUER. Non habet postilenam. PHIL. Nec opus est. PLA. Magnum equitem & exercitatum! delabetur ephip-

De re valde periculosa. Deprandius autem leo dicitur impransus, ἀκεράτιστος, q. αἰακράτιστος. ut Theocr. id. 1.

——πρὶν ἢ ἀκεράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίζοι.

i.e. priusquam *puerulum deprandium in sicco constituit, h e. prandii inanem reddat, efficiat. orea autem ibi est labia, ut & Græci χαλινὰς crebrò labias vocant.*

q Aurea est frenum, *quod ad aurem equorum religabatur. unde auriga, qui aurea agit equum.*

r *aposiopesis usitata iratis in commotione. intelligitur frangerem dentes, vel simile quid. ut Plaut. in capt.* frangere aulas in caput alterius.

s *sc. frangerem. Hoc jam fingit; quia pudet indignationis. quare pro comminato (ut cum Apulejo loquar) malefacto jam substituit officium.*

t *παιδαγωγείοις pædagogéis vel pædagogiis. Ita Demosth. in ea pro cor. ludos literarios vocat, in quibus est παίδων ἀγωγὴ puerorum educatio & informatio. παιδαγωγία autem est ipsa puerorum institutio.* u *ut sit pro freno.*

x *Antilena est lignum vel lorum crassius incurvum, sub pectore jumenti, προστερνίδιον vel προστηθίδιον Polluci,* brustrieme/ *q. lorum pectorale: ut postilena, quæ sub cauda, cui onus imponitur. Ducunt ab* ante & post stādo.

ephippium *y* ad collum, & effundet te equus supra caput. PH. Quid ad me? lutosa est magis via, quàm lapidosa: inficiar cœno, non cruentabor. Sed, si hæc omnia apparanda, non hinc discedemus ante vesperum: adduc equũ qualicunque ornatu. PU. Paratus est, conscende: ah quid agis, pedem dextrum ponis priorem in stapeda *z*? PHILIP. Utrum ergo? PU. Sinistrum, & habenas sinistra manu rege: dextra cape hanc virgulam *a*, quæ erit pro calcaribus. PHI. Non indigeo, calcanei erunt mihi vice calcarium. PU. Jubellium Tauream *b* videtis, aut, qui cum hoc est congressus, Asellum. PHIL. Apage historias in procinctu. ubi reliqui? PUER. Ite, ego comitabor vos pedester *c*. MIS. O equum

 mole-

y *sella equi, quæ ἐπὶ ἵππῳ: stratum equi.*

z *stapeda, æ, ubi stare potest pes. Dicitur etiam stapes, & stapia. Re & nomine antiqui carebant sunt autem voces illæ factæ, ut videtur, non multò ante Hieronymi tempora. Is in epistolis bistapiam dicit. Et in lapide Romæ est,* Pes hæsit stapiæ, tractus interii. *Hieron Mag. miscell. l. 2. c. 14. Dicitur etiam subex vel sub ex ephippiarius, vel pedaneus,* steigreif *quasi orbis ascensionis, vulgò scansile. Græcis ἀναβολεὺς est strator, qui in equum attollit; minister. Suidæ ἀναβολεὺς quoque scala. ergo etiam cœpit vox usurpari pro eo, quod è cremasteribus ephippii pendens adminiculatur equum ascensuris: quod fulcrum pedis equestre dicit Budæus.*

a *viminale bacillum.*

b *is fuit Campanorum eques, memorabili robore.* Livius l. 3. dec. 1. Silius lib. 11.

c *i. e. pedibus incedens, pedes,* zu fusse.

molestissimum succussatorem *d*, ossa mihi omnia contuderit, priusquam perveniamus in opidulum. PHIL. Quid (malùm) est stratum † istud tuum? clitella *e* est, ut puto. MIS. Paulò minùs. PHIL. Quanti, quanti? MISI. Numis Turonensibus *f* quatuordecim. PHIL. Equum ipsum cum suo victu & vestitu tanti non emerim: nec videtur mihi equus vector *g*, nec ephippiarius *h*, sed jumentum clitellarium *i* & jugale *k*, aut dossuale *l*. animadverte, quæso, ut passim cæspitat *m*! vel in chartam aut latum culmum impingeret *n*. MISI. Quid tu de eo dicis? pullus est adhuc. Sed garrias, quæ voles. Vides tu hunc equum? is, qualis

d *idem succussor & succussarius, qui gradiendo succutit sessorem* hart trabend *opponitur tolutari.*

† *sedile, quod equo insternitur.* e *clitellæ sunt quibus sarcinæ colligatæ, à veterinis portantur. ab acclivitate, quæ κλιτὺς Græcis. ideo in clitellis malè sedetur.*

f *Turonensis numus vilis precii æreus. Duodecim faciunt assem Francicum, quorum assium sexaginta cōplent coronatum. Dictus est à Turonibus populis Galliæ ad Ligerim.*

g *vector equus, quo utimur ad vehendum.*

h *ephippiarius, qui sedetur, ut cum Solino loquar. ideóq; ephippium gestat.*

i *quod clitellas fert,* saumroß.

k *quod sub jugo trahit.*

l *q. dorsuale, quod in dorso gerit onera.* mühlenthier.

m *i.e. impingit, tanquam ad cæspitem offendit.* Si pontinus. *In onomast. Græco Latino* cęspito *exponitur simpliciter* βαδίζω. n *adeò incerto pede ambulat.*

qualis qualis est, me vehet, aut ego illum. PUER. Ungulam habet tenerrimam miser. PHIL. Quid admonuit te tam accuratè unoculus *o*, quum tibi eum insterneret? MISIP. Rogavit verbis amantissimis, ne duo insideremus equo, alter in strato *p*, alter super clunes, & ut in equili diligenter ei substernerem*. PU. Nimirum eget misellus, qui latera habet nudata carne. PHIL. Quid agitis vos? non asscenditis in rhedam *q*? PLANET. Probe mones: rhedarius petit nunc altero tanto plus *r*, quàm quanti eramus pacti. PHIL. Cum rhedariis est vobis res, & cum naviculatoribus: facilè conficietis omnia, & ex animi sententia. Genus hominum est mite, mansuetum, come, urbanum, pium *s*. Rhedarii sunt fæx *t* terræ, navicu-

o *intelligit stabularium.* p *ephippio, quo insternitur.*

* *sc. substramen.*

q *Rheda est leviculi currus genus, quo vehi solent lautiores. Gallicum vocabulum esse ait Quintil l. .cap 5. Germanicum* reiten (*Anglis ride*) *ei originem dedisse potest. quanquam etiam ex eo duci queat, quod ῥαιδίως, i.e. facile moveatur.*

r *geminat precium, post primam pactionem. Observa, quomodo Latini efferant nostrum idiotismum*, noch einst so viel. *Ita Livius lib.*10. Binos asses & alterum tantum centurionibus atque equitibus divisit. *Cic. in orat.* partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto aut sesqui esse majorem. *Ita dicitur* altero tanto ampliùs.

s *tales sc. esse conveniebat. Sed, quales sint, sequitur.*

t *quasi sentina & pestis.*

naviculatores fæx maris,date illi dimidium e-
jus, quod plus poſcit. PUER. Quotam eſſe
jam horam cenſetis? PHIL. Ex ſole conjicio,
eſſe ultra decimam. PUER. Appetit *u* jam me-
11. *Quid in itinere acciderit.* ridies. PHIL. Itáne? Heus, Miſippe, eamus:
ſequatur, qui poterit. Invenient nos ad gale-
rum purpureum. ea eſt taberna diverſoria, ſita
contra *x* regiam pyramidem, non procul à
domo Curionis *y*. MISIP. Quà egredimur?
PHIL. Per portam Marcellinam, ad dextram
ſimplici via & directa. MISIP. Imò tenea-
mus hanc ſemitam, via jucunda & placida.
PHIL. Minimè verò: nihil commodiùs ac tu-
tius, quàm via regia. Nam transverſis in itine-
ribus amittemus comites, præſertim, quòd
trames ille, niſi me fallit memoria, eſt valde
[redacted] MISI. Qui ſunt iſti
haſtati? videntur milites ex iſtis mercenariis.
PHILIP. Quid agendum? MIS. Reverta-
mur, ne nos ſpolient? PHIL. Progrediamur:
nam facilè evademus eos curſu equorum per
campos. MISI. Quid ſi geſtent tormenta
manuaria *z*? PHIL. Nihil tale cerno, ſed ſo-
las ſariſſas *a*. MISIP. Accede propiùs, puer.
Pu.

u *appropinquat.*
x *è regione pyramidis.*
y *Curiones, pater orator, & filius tribunus plebis, ob vitia infames ſunt in Romana hiſtoria. Appellativè curio eſt ſacerdos curiæ, præco, paſtor eccleſiæ.*
z *parva, quæ facilè manu regunt* handrohr / fäuſtling.
a *oblongas haſtas Macedonicas.*

Pu. Quid rei eſt? Mis. Non tu vides illos Germanos? Puer. Quos? Mis. Illos huc venientes adverſum nos. Puer. Planè ſunt germani *b*, ſed Pariſienſes ruſtici duo cum ſuis baculis. Misi. Profectò ita eſt, bene ſit tibi, animam mihi & vitam reddidiſti *c*. Sed ubi Miſoſpudus & Planetes? Puer. Rhedarius iratus, quòd non, quantum poſtulaverit, accipiat, duxit eos via ſalebroſa *d*: equi, dum magna enituntur vi rotas, in alto cœno hærentes, extrahere, temónem *e* & helcia *f* confregerunt, tum canthi *g* revulſi ſunt cum clavis, & ipſe rotam ſufflaminaverat *h* imprudens, bili excæcatus: nunc ea reficit ſtomachabundus, & convicians divis *i* omnib. vectores

F 4 quoq;

b *germani id eſt fratres, vel ſimiles habitu: niſi putes intelligi Alemannos inquilinos Pariſiorum.*

c *qui quaſi exanimatus & mortuus eram præ metu.*

d *ſalebris interrupta, ut inoffenſo curſu cõfici nõ poſſet.*

e *lignum intermedium, quod tenet jugum in curru.*

f *lora, quibus equi* ἕλκουσι, *i.e., trahunt. unde equi helciarii, quib: helcia accommodantur, trahendi causâ.*

g κανθός, *quo orbile cingitur, nempe* σῶτρον, *illud orbiculare lignum, quod radios in ſe continet. Ferrum, quo* σῶτρα *muniuntur, vocatur* ἐπίσωτρον, *ne lignum deteratur continua agitatione.*

h *ſufflamine retinuerat. Sufflamen, quo quaſi ſufflatur currus, lignum, quo rotarum impetum in locis declivibus auriga cohibent. Gloſſ.* τροχῶν ἀγκυρεῖον. *Herod.* τροχοπέδη.

i *i.e. ſanctis, quos fingunt certis actionibus moderandis divina diſpoſitione præſidere. Divi tamen proprie dii ſunt. ex quo intelligitur, non loqui nos convenienter religioni noſtræ.*

quoque diris *k* devovens atrocissimis. PHI. Quæ capiti illius sint. PU. Puto, eos, rhedâ relictâ, transituros in sarracum *l*, quod sine onere habet iter Bononiam. Glaucus & Diomedes *m* ingressi erant in scapham *n* quandam: sed nautæ negant, se hoc vento posse remis *o* aut contis *p* agere navigium: equos helciarios, narrant, omnes esse occupatos, nescio qua materia vehenda. ita nondum religarant

ni nostra, quum homines divos vocamus, nisi eo sensu intelligimus, quo dii dicuntur judices & magistratus, tanquã vicarii ministri Dei. idquod parcè, & consideratè faciendum est, omninóq; prout negocium poscit, in certis rebus curandis.

k *i.e. diræ illæ in ipsum recidant, & eventum sortiantur.*

l *Quidam scribi malunt* soracum, *quòd sit vox Græca* σωρακος. *Hic significat plaustrum, quo onera solent vehi.* σωρὸς *est cumulus, acervus. Festus habet:* Soracum dicitur, quo ornamenta portantur scenicorum. *Plaut. in Pers. a. 3. s. 1.* Librorum eccillum habeo plenum soracum. *Gloss.* sarraca ἅμαξαι.

m *His nominibus celebrantur duo apud Homerum, Iliad. ζ. de quibus natum est proverbium* Glauci & Diomedis permutatio; *quo utimur indicaturi rerum permutatarum admodum dispar precium:* ein roß umb ein pfeiffe/ *i.e. quum equus fistula pensatur. Gell l 2 c. 23.*

n σκάφη *navigiolum à cavitate dictum: ut monoxyla linter &c.* σκάπτειν *enim est excavare. aliter* ἐφόλκιον, *quod post magnas naves soleat* ἐφέλκεσθαι, *i.e. trahi.*

o *qui in palmulam protenduntur, qua ruitur aqua. unde nobis* ruder.

p *pertica, qua navis hærens alicubi solvitur & protruditur, terram pungendo, τοῦ κεντεῖν.*

ligarant prymnesium q. Phil. De naulo r nihil novi. Plan. Nihil prorsus? Phil. Mirum est.sed conjicio,quid futurum sit: non pervenient illi Bononiam ante serum diei. Misi. Quid tum? sumemus diem crastinum totum ad reficiendum animum. Aspice, ut fluviolus ille leniter labitur! aquæ planè crystallinæ inter scrupos s aureos, quàm jucundum murmur! Audis lusciniolam & carduelem? profectò territorium * hoc Parisiense amœnissimum est. Phil. Quod spectaculum potest esse huic par? quàm placido agmine fluit Sequana! ut fertur navicula illa plenis sinibus t & secundo vento! mirificè his omnibus redintegrantur u animi. O pratum miro artificio vestitum! Misip. Nempe ab admira-

q *πρυμνήσιον χοινίον & absolutè πρυμνήσιον Homero est funis, qua navis ad terram à πρύμνη i.e. puppi religatur. Suid. ὑπόγειον χοινίον. Apud Festum malè Frimnesius, per* i. *Prymnesius autem subaudi funis. Alii, ut idem docet, tonsillam vocant. Aliter Græcis πεῖσμα.*

r *ναῦλον & Atticè ναῦλος merces pro navigatione, à νάω navigo. Latiùs etiam significat τὸ ἐνοίκιον καὶ σταθμόνιον, quod pro hospitio aut stabulo penditur.*

s *scrupi sunt lapilli; item, Festo monente, aspera saxa, unde scrupulosa res dicitur, quæ in se habet aliquid asperi.*

* *i e terra seu agri intra fines civitatis,* gebiete oder ländereien einer stadt. *Jurisconsulti tamen à jure terrendi seu submovendi derivant.*

t *ut velum sinus faciat, curvatum vento* [ἐμπλησίον], *i.e. velum implentem.*

u *fracti laboribus reficiantur.*

admirabili artifice *b*. Phil. Quàm suavem odorem eructat *c*! Misi. Hac, hac ad sinistram flectito, ut vites cœnum tenacissimum, in quo gradarius tuus statim unguem *d* amitteret. Quàm contrarius hic campus suo vicino, obsitus situ, squallidus, cariosus *e*, horrens, petris & spinis armatus! Pu. Non vides esse agrum ruderatum *f* ex villæ ruinis: & alioqui frumentarius *g* est. Hiberno pulvere, verno luto, magna farra, Camille, metes *h*.

Phil.

b *Deo natura parente.*

c *exhalat, exspirat, afflat. Hæc molliora forent isto loco. Pestilens enim odor potius eructari (δυσώδης ἐρεύγεσθαι) dicitur. Eructare autem est frequenter erugere; unde Gellius vinum eructum dixit lib.* 11. *c.* 7.

d *unguis hic est pro ungula, id est calceo corneo pedis in animalibus, quæ digitos in eis non habent. Ita & Græcis aliquando* ὄνυξ *pro* ὁπλή.

e *Quæ cariosa terra dicatur, docet Colum. lib.* 2. *ca.* 4. Observabim⁹, ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosámq; appellant. *De terrarum generibus disserit Plinius lib.* 17. *c.* 5: Terram cariosam cave néve plaustro neque pecore impellas. *Catonis verba illa intelligit de* arida, fistulosa, scabra, canescente, exesa & pumicosa terra: quæ non ætate, sed sua natura *sit* anus terra, & ideo infœcunda atq; imbecilla.

f *qui sit ruderum plenus, scateat materia veterum ædificiorum; qualem rosa amat Plin l.* 21. *c.* 5. *Huic opponitur eruderatus ager apud Varronem.*

g *ferax frumenti.*

h *Macrob. l. . Saturn cap* 20. *scribit*: In libro vetustissimorum carminum, qui ante omnia, quæ a Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, invenitur hoc rusticum

PHIL. Quæso, cantilla versus aliquot, ut soles *i*. MISI. Placet.

Felix ille animi, divisq; k simillimus ipsis,
Quem non mendaci resplendens gloria fuco l
Sollicitat m, *non fastosi mala gaudia luxus:*
Sed n *tacitos sinit ire dies, & paupere cultu*
Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.

PHIL. Versus facetissimos, & gravissimos! cujus quæso sunt? MISI. Non agnosti? PHIL. Non. MIS. Angeli Politiani *o*. PHI. Vetustiores putavi, & habent gratiam antiquitatis. Susspicor nos deerrasse. MISI. Heus, bone vir, quá itur Bononiam? RUSTICUS. Aberrastis: obvertite cantherios vestros ad bivium illud, & tenete viam, quam radit *p* flumen: ea

rusticum vetus canticum, Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra, camille, metes. *Inde ait Virgilium hoc dixisse, nempe Georg.* 1.

——— hiberno lætisfima pulvere farra.

Vult, æstate pluviam, hieme siccitatem optandam esse. ita enim uberrimas messes fore. pulvis siccitatem, siccitas serenitatem arguit. Camillus aliàs est proprium nomen, aliàs impuber sacrorum minister. Gloss. camilla ἱέρεια, i.e. sacerdos, fortè à labore ministerii κάμνω enim est laboro.

i *occasione rustici carminis invitatur Misippus ad canendum.*

k *diis. Deo ipsi.* l *specie falsa.*

m *occupat & exercet.* n *subaudi* qui

o *celebris est scriptor inter recentiores. claruit, anno Domini* 1494. *Sunt autem versus isti desumti ex Silva, cui titulus* Rusticus, *à materia. in enarratione Hesiodi & Georgicorum Virgilii.*

p *i e. alluit, attingit, atq; de ea aliquid, ut solet, abradit: sicut aliquando alluvione adjicit.*

ea vos non finit falli: recta est & simplex, usq; ad vetustam quercum, inde ad manum hanc *q* vos præcipitate *r*. MISIP. Habemus gratiam. RUST. Ducat vos Deus. MISI. Mallem currere, quàm sic ab equo isto concuti. PHIL. Tantò cœnabis avidiùs. MIS. Imò non potero cœnare delassatus, & confractus toto corpore: citiùs quæram de lecto, quàm de mensa. PHIL. Sede conjunctis cruribus, non divaricatis *s*: minùs senties laborem. MIS. Hoc est fœminarum. & facerem, nisi metuerem derisus & sannas prætereuntium. PU. Siste *t* parumper, Philippe, dum hic faber ferrarius calcearit *u* asturconem tuum, cui excussa est solea dextri pedis. MISI. Quin potiùs moremur hìc, ut, clauso diversorio, sub dio

q *gestu ostenditur flexus itineris.*

r schlagt euch hinunder, *deorsum vos flectite: deorsum vergite. Dixit autem præcipitate, quia festinantiùs itur per τὸ κρίζαντες i.e. declive*

s *distentis varicando, in diversas scilicet partes. Varicus est, qui incedendo pedes distendit varus, i.e. curvus opponitur rectè composito.* grietlingas sitzen/ *à* greiten (*quod usitatius* schreitten/ *i.e. gradi ampliter, varicari. Ita* grallator *à magno gradu dicitur.*

t *i.e consiste neutral. cum casu diceretur sistere, id est, stare fac equum.*

u *calciare vel potiùs calceare equũ est solea ferrea munire eius pedes contra saxorum asperitatem omnimque soli injuriam,* beschlagen/ein hufeisen ahuthun. *i e. ferrum ungulæ. Nam* huf *vel* huff/ hufklawe/ hufhorn *est ungula, cornu pedis: à cavo, ut videtur.*

dio x dormiamus. PHIL. Quid tum? in aperto mundo: an non id præstabilius, quàm in clauso? Gravius esset, quòd incœnes y.

x *Dium & clivum aër est, quem & Græci δία vocāt, ut aliter Latini Jovem. Horat. od. 1.*

y *i. e. incœnati, sc. dormiremus, ἄδειπνοι.*

SENTENTIÆ.

1. *Animi relaxatio non debet esse intempestiva nec immodica: neq; jucunditati nos dabimus contra honestatem & utilitatem.*

2. *Solennia gaudiorum non officient solennibus pietatis.*

3. *Dolenda res est, quòd rarò admodum terrigenæ lætari solent, nisi cœlicolas contristent.*

4. *Quòd honorata munia cum aliqua solennitate hominibus commendari solent, id ad rerum commendationem facit & alios ad virtutū & rectè factorum imitationem excitabit.*

5. *Quàm dissimili conditione vivunt homines! alii lauta, alii tenui, alii vilissima. Quæ res ad gratam humilitatem & ad communium molestiarum tolerantiam nos instituet.*

6. *Prudentia utendum est in omnibus vitæ negociis, magnis, mediocribus, exiguis.*

7. *Ira compescenda est, ne in convicia & diras minas exeat.*

8. *In scholis non est quærenda militia, sed sapientia & virtus: alia alibi, suo tempore.*

9. *In communi vita laudatorum hominum mores intuendi sunt ad profectum usque imitationis.*

10. Quod

10. *Quod deest naturæ, studio & arte est supplendum.*

11. *Sæpe fit, ut vitia falsò vicina virtutis nomine prætexantur, ut scilicet superstitio, pietas & intempestiva audacia fortitudo dicatur. Ita Jubellius eo fortis videri voluit, quòd, captâ patriâ propinquis amicísq; amissis, quum ipse manu sua conjugem liberósq; interfecisset, ne quid indigni paterentur, ad Flaccum dixit:* Me quoq; jube occidi, ut gloriari possis, multò fortiorē, quàm ipse es, virum abs te occisum esse. *Livius decad.3.lib.6.*

12. *Certamina singularia, quæ duella vocamus, ubi de vita hominis temere ferro decernitur, sunt detestabilia flagitia; verè diabolica spectacula, etsi inter homines equestres & nobiles (quales quoq; erant Taurea Campanus & Claudius Asellus Romanus) sint nimis, heu, crebra & reputationis prætextu glorioso obnubilata. Vide* Livium lib.3. dec.3. *Digna ea de re, cæteris paribus, est sentētia in* concil. Triden. sess.25. c.19. *his verbis:* Detestabilis a duellorum usus, fabricante Diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine, Domini temporales, qui locum ad b monomachiam

machiam

a *c. 1. de torneamen.*
b *de ca. & Nicolaus* 1. *decret. suorum tit.* 12.

machiam in terris suis inter Christianos concesserint; eo ipso sint excommunicati: ac jurisdictione, & dominio civitatis, castri aut loci; in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab ecclesia obtinent, privati intelligantur: et, si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui verò pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant; & ut homicidæ c juxta sacros Canones, puniri debeant, etsi in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quàm facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili. *Et imperator testatur, in ocio, civili & domestica quiete cruenta spectacula sibi non placere,* l. unic. C. de glad. *Illi tamen Jubellius & Asellus, ut ex bello publico hostes, faciliùs in causa quidem monomachia suscepta excusentur. at nostrorum sanguinaria protervitati frustra erit patrocinium quærere. Nec enim ex gentili consuetudine & insolitis moribus Deus nos judicabit, sed ex lege sua, qua nos omnes, quotquot homines audimus, a-*

qua

c *c de cler. pug. nan. in duel. de torneam per totum, & toto titu. de hom.*

qua necessitate obstringit: cujus qui fuerit observator, ejus ipse erit defensor & violatoris ultor, opportuno tempore.

13. *Jumenta etiam modestè & clementer sunt tractanda, tanquam non in abusus nostros, sed rectos usus concessa divinitus.*

14. *In pactis ineundis æquitas & in servandis constantia requiritur.*

15. *Etsi nullum vitæ genus vacet crimine: certa tamen quædam | exemplorũ crebritate sunt infamia: ut fæx terræ rhedarii, fæx maris naviculatores, fæx urbium aliquando sunt caupones.*

16. *Ut non est viatoribus eligenda via jucunda et placida, sed quæ ad metam ducit, ut ut aspera & injucunda: ita non est vitæ genus illud ambiendum, quod carni convenientissimum videtur, sed quod animæ est salutare.*

17. *Ut metus, ita etiam spes sæpe in vita est inanis, sed inanior voluptas.*

18. *Absurdum est & impium, si quid | rationis expers | nos uspiam remoretur, in id maledicta & convicia congerere.*

19. *Iniquæ maledictiones in maledicentes ipsos redeunt.*

20. *Oblectatio, quam ex intuitu amœnitatis cœli & soli capimus, in Dei auctoris prædicationem nos manuducet.*

21. *Vita optima est simplex, non ambitiosa, nõ luxuriosa, sed in qua quis cum pietate conquiescit & sua agit: ut monet aurea illa sententia apostoli:*

Magnus

Magnus est quæstus pietas cum animo, qui contentus sit sorte sua. *1 Tim 6 6. Et alia*: Annitimini quieti esse & res vestras agere. *Suavissimè Græcè* φιλοτιμεῖσθε ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια.

22. *Salutare benignè, comiter appellare unumquemq; & in viam errantes revocare, humanitatis esto.*

23. *In iis quoq; rebus, quæ sunt indifferentes, id est, neq; bonæ neq; malæ, tamen decorum est servandum, ne in modo & fine legitimo delinquamus.*

DIALOGUS X.

Scriptio.

¶ *Partes sunt 1. de utilitatibus scribendi. 2. de magisterio ejus studii; ubi de præceptore calligrapho, scriptionis neglectoribus, vario scribendi more, pennis, atramentario, charta, exemplari, &c.*

Manricus & Mendoza, Magister.

MANR. Adfuistin' hodie, quũ ille *a* haberet orationem de utilitatibus scribendi? MEN. Ubinam? MAN. In auditorio Antonii Nebrissensis *b*. MEN. Minimè verò: sed tu recense, si qua hæserunt memoriæ. MANR. Quid *1. De utilitatib. scribẽdi*

a *certum discipulum indigitat.*

b *laudabilis in Hispania juventutis informator fuit Compluti, libris quibusdam editis clarus, anno 1530.*

qua necessitate obstringit: cujus qui fuerit observator, ejus ipse erit defensor & violatoris ultor, opportuno tempore.

13. *Jumenta etiam modestè & clementer sunt tractanda, tanquam non in abusus nostros, sed rectos usus concessa divinitus.*

14. *In pactis ineundis æquitas & in servandis constantia requiritur.*

15. *Etsi nullum vitæ genus vacet crimine: certa tamen quædam exemplorũ crebritate sunt infamia: ut fæx terræ rhedarii, fæx maris naviculatores, fæx urbium aliquando sunt caupones.*

16. Ut *non est viatoribus eligenda via jucunda et placida, sed quæ ad metam ducit, ut ut aspera & injucunda: ita non est vitæ genus illud ambiendum, quod carni convenientissimum videtur, sed quod animæ est salutare.*

17. Ut *metus, ita etiam spes sæpe in vita est inanis, sed inanior voluptas.*

18. *Absurdum est & impium, si quid rationis expers nos uspiam remoretur, in id maledicta & convicia congerere.*

19. *Iniquæ maledictiones in maledicentes ipsos redeunt.*

20. *Oblectatio, quam ex intuitu amœnitatis cœli & soli capimus, in Dei auctoris prædicationem nos manuducet.*

21. *Vita optima est simplex, non ambitiosa, nõ luxuriosa, sed in qua quis cum pietate conquiescit & sua agit: ut monet aurea illa sententia apostoli:*

Magnus

Magnus est quæstus pietas cum animo, qui contentus sit sorte sua. *1 Tim 6 6. Et alia*: Annitimini quieti esse & res vestras agere. *Suavissime Græcè* φιλοτιμεῖσθε ἡσυχάζειν καὶ τὰ ἴδια πράσσειν.

22. *Salutare benignè, comiter appellare unumquemque, & in viam errantes revocare, humanitatis esto.*

23. *In iis quoque rebus, quæ sunt indifferentes, id est, neque bona neque mala, tamen decorum est servandum, ne in modo & fine legitimo delinquamus.*

DIALOGUS X.

Scriptio.

¶ *Partes sunt 1. de utilitatibus scribendi. 2. de magisterio ejus studii; ubi de præceptore calligrapho. scriptionis neglectoribus, vario scribendi more, pennis, atramentario, charta, exemplari, &c.*

Manricus & Mendoza, Magister.

MANR. Adfuistin' hodie, quũ ille *a* haberet orationem de utilitatibus scribendi? 1. De utilitatib. scribēdi
MEN. Ubi nam? MAN. In auditorio Antonii Nebrissensis *b*. MEN. Minimè verò: sed tu recense, si qua hæserunt memoriæ. MANR.

G Quid

a *certum discipulum indigitat.*

b *laudabilis in Hispania juventutis informator fuit Compluti, libris quibusdam editis clarus, anno 1530.*

Quid ergo recenseam? dixit tam multa, ut omnia propè exciderint. MEN. Ergo contigit tibi quod de vasis angusti orificii Quintilianus *c* dicit, quæ supetfusam humoris copiam respuunt: sensim si instilles, recipiunt. Sed nihil retinuisti penitus? MA. Propemoduum nihil. ME. Aliquid igitur? MA. Perpusillum. ME. Isthuc ipsum perpusillum fac mihi etiam commune. MA. Primum omnium ajebat esse perquam admirabile, tantam varietatem humanarum vocum paucis potuisse literis comprehendi: deinde amicos absentes posse inter se beneficio literarū colloqui. Addebat, nihil esse visum mirabilius apud insulas istas *d*, à regibus nostris *e* recens inventas, unde aurum affertur, quàm posse inter se homines aperire, quæ sentiant, tanto intervallo regionum missa chartula aliqua, maculis nigris *f* distincta. Rogabant enim, an papyrus sciret loqui *g*. hæc ille: & alia permulta, quæ sum oblitus. MEN. Quàm diu dixit? MAN. Horas duas. MEN. Ex tam longa oratione tam paucula mandasti memoriæ?

MANR.

c *lib.1. cap.2.*

d *novi orbis, qui vocatur.*

e *Hispanis Ferdinando & Isabella per Christophorum Columbum, anno* 1492.

f *sic ignotas sibi literas vocabant.*

g *quod Indi opinabantur, quum viderent novos hospites Hispanos inter se literas missitare, quibus absentes absentium sensa cognoscerent.*

MANR. Mandavi quidem memoriæ, sed ea noluit retinere. MEN. Planè dolium habes filiarum Danai *h*. MAN. Imò excepi cribro †, non dolio. MEN. Accersamus aliquem, qui tibi ea, quę ille dixit, redigat in memoriam MAN. Mane tamen. nam aliud quiddam cogitatione quæro *i*. teneo *k*. MEN. Eloquere tandem: cur non excipiebas penna? MAN. Non erat ad manum. MEND. Ne pugillares *l* quidem? MAN. Ne pugillares quidem. MEN. Exprime hoc tandem *m*. MANR. Aufugit

G 2

h *cujus frater erat Ægyptus, unde regioni nota nomē. Dicuntur autem illæ filiæ à patre Danao Danáides, à Belo avo Belides, quæ quinquaginta totidem Ægypti filiis nuptæ eos una nocte interemerunt, solo Lino per Hypermnestram servato. Illius autem flagitii luendi causâ finguntur apud inferos dolium pertusum, eventu laborem perpetuo frustrâ te, aquis replere: unde Ovidius l. 4. metam.*

Moliriq; suis letum patruelibus ausæ
Assiduè repetunt, quas perdant Belides, undas.

In pœnâ dolosâ dolosum peccatum arguitur. Hic autē transfertur ea fabula ad significandam memoriam labilem, quæ scilicet nihil contineat.

† *quod quia foramina mera pro fundo habet, omnem liquorem, simulac infusus est, transmittit. Proverbio, cribro aquam haurire, inanis opera in rem aliquam insumta significatur.*

i Ich dencke etwas nach, *recogitādo colligere studeo.*

k *verbum ostendit; rem cogitatione quæsitā incidisse.*

l *pugillaris, e, adjectivè est, quod pugillum, δράκα, implere potest. Hic pugillaris sc. liber, vel hoc pugillare seu pugillar, est tabella cerea vel lignea, in qua stilo scribatur, pungendo: unde & dici volunt. varii erant. Vide Martial. initiò epigramm.* m *quod sc. te dixisti tenere.*

fugit jam. tu excussisti menti n, tam odiosè interpellando. MENDOZA. Hui tam citò? MANR. Rediit in memoriam. Ex auctoritate, nescio cujus, scriptoris affirmabat, nihil esse ad magnam eruditionem compendiosius, quàm probè ac celeriter pingere. MEN. Quis est auctor? MAN. Nomen sæpe audivi, sed memoria effluxit. MEN. Ut alia. Sed huic præcepto non paret vulgus nostræ nobilitatis, quę pulchrum & decorum sibi esse ducit, nescire literas formare: dicas scarificationem o esse gallinarum, &, nisi præmonitus sis, cujus sit manus, nunquam divinaris p MANR. Et ea de causa vides, quàm crassi sunt homines, quàm amentes & opinionibus corruptissimis. MEND. Quomodo sunt vulgus, si nobiles? an non hæc multum inter se distãt? MAN. Quia vulgus non vestibus & possessionibus distinguitur, sed vita & judicio de rebus integro.

n *obturbatione tua fecisti, ut denuo è memoria fugerit.*

o daß es die hüner gekratzet haben. *Scarificare est minutis incisionibus aperire. unde nobis* schräpffen / *per superficiem scindere, σκαριφᾶσθαι, σκαριφεύειν: aliquid σκαριφᾶν, id est, stilo radere, fodere aut scribere. Vox duci videtur à κάρφος. nam & festuca exponitur. Διασκαριφῶσι aves dicuntur, quum unguibus terram σκαλεύωσι, i.e scalpunt. Hic igitur scarificare est chartam ita implere notis confusis & indiscretis, ut quum humum gallinæ pedibus scalpunt & diversas in ea signaturas, sed nihil significantes, relinquunt, sicut quum scalpello scarificata cutis punctis (στιγμαῖς καὶ νύγμασι) maculatur.*

p würdestu es nimmer rahten. *Divinare est instar divini (μάντεως) conjicere.*

integro. MEN. Vin' ergo ut nos à vulgari ista inſcientia vindicemus? tradamus nos huic exercitamento: MANR. Neſcio, quo pacto naturale eſt mihi, diſtortè, inęqualiter, perturbatè exarare literas: MEND. Hoc habes nobilitatis *q*, exerceas te. nam aſſuefactio mutabit, quod naturale eſſe ducis. MAN. Sed ubi is habet *r*? MEN. Ex me tu id quæris? qui nec audivi hominem, nec vidi, quum ipſe eum audieris tu. quantum intelligo, velles omnia ingeri tibi præmanſa in os *s*. MANR. Nunc commemini: ajebat ſibi domum con- *II. De Magiſtro.*

G 3 ductam

q das iſt dann adeliches an dir. *i.e. hoc cum nobilibus adoleſcentibus commune habes; ut qui malè ſcribunt, & hoc in ſe prædicari volunt. ſicut etiam fatui quidam, qui eruditioni fidem facere alio ſigno neſciunt, prava ſcriptione doctrinæ opinionem quærunt.*

r *i.e. habitat is ſcriptor, de quo dixiſti. ut apud Terentium & Saluſtium. Ita dii apud Homerum* ὄλυμπον ἔχειν *dicuntur. Aliud tamen exemplar hic in dialogo legit* habitat.

s Wiltu/ man ſolle es dir alles vorkawen und in mund ſtreichen? *Ita fert etiam noſter idiotiſmus. Gell. l. 4. c. 1.* Sed ſi item me tibi præmandere poſtulas, faciam ſanè id quoque. *Cic. in orat l. 2.* Omnes tenuisſimas particulas atque omnia minima manſa, ut ajunt, nutrices infantibus pueris in os inſerunt. *Eſt autem in docendo omnia enucleare, ut nihil ferè diſcentis induſtriæ relinquatur.*

t *i.e. divinorum hominum, ſanctorum. phraſis eſt ex paganiſmo traducta. qui quos in deorum numerorum referebant, divos vocabant, θεῖους, i.e. divinos. Sic autem Servius deos & divos diſtinguit, quòd illi ſint æterni, hi ex hominibus facti.*

ductam juxta ædem divorum *t* Justi & Pastoris *u*. MEND. Est ergo vicinus vester: eamus. MANR. Heus puer, ubi est magister? PUER. In illo conclavi. MAN. Quid agit? PUER. Docet quosdam. MAN. Significa illi, asstare hîc pro foribus, qui huc etiam veniunt, ut ab eo doceantur. MAG. Qui pueri sunt isti? quid petunt? PUER. Te cupiunt conventum *x*. MAG. Admitte eos ad me rectà. MANR. & MEN. Optamus tibi salutem & omnia prospera, magister. MAG. Et ego vicissim vobis felicem huc ingressum: sospitet *y* vos Christus, quid est? quid vultis? MAN. Doceri abs te artem istam, quam profitêre, si modò vacat, & si vis. MAG. Profectò oportet vos esse pueros honestissimè educatos, qui & sic loquamini, & tam modesto sitis ore. Nũc verò magis, quum tota facie suffudit se vobis rubor. confidite filii. nam iste

color

u *Justus & Pastor Christiani pueri, Compluti in Hispania, sub Impp. Diocletiano & Maximino à præside Daciano sunt occisi gladio, quum, relictis in schola tabellis, magna cum alacritate se martyrio obtulissent. Factum id scribitur a. 303. 8. idus Augusti, basilica structa super tumulo. Sic catal. sanct. l. 7. c. 32.*

x begeren dich ahnzusprechen, *te conveniri à se petunt. Ita Plaut. in Corcul. act. 1. s. 3. Conventum cupere aliquem per metonymiam destinati est, familiariter loqui cupere. ἐντυγχάνειν τινί.*

y *i.e. sospitem servet, salvum. unde Apul. l. 19. metam.* De cœlo missus mihi sospitator. *Et* 11. Humani generis sospitatrix perpetua.

color virtutis z est. quî vocamini? M A N. Manricus & Mendoza. M A G. Nomina ipsa testantur ingenuam educationem a, &

G 4 gene-

z *Senec. ep. 11.* Verecundia bonum in adolescente signum, *nempe, velle ita se gerere, ut non arguaris. Igitur definitur rubor, quòd sit timor justæ reprehensionis. Scitè Diogenes Cynicus olim, cernens adolescentem erubescentem, confide, inquit, Talis est virtutis color,* Τοιοῦτον ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα. *Sensus est, Pudor est virtutis index. Est enim verecundorum, peccare nolentium. Pallor autem est malè consciorum. etsi nonnulli sint artifices fingendi vultus licet animo pessimi.*

a *Nomina liberis imposita arguunt aliquando parentum vanitatem; quum aliquid utile monere debeant, ut sint hortamenta animi ad virtutem.* Mahnreich *sonat monitorem divitum; qui se & alios divites de recto divitiarum usu moneat; illo nempe quem exponit apostolus* 1 *Tim.* 6, 17, 18, 19. Iis, qui divites sunt in hoc seculo, denuncia, ne efferantur animo (μὴ ὑψηλοφρονεῖν) neque spem ponant in divitiis incertis, sed in illo Deo vivo, qui præbet nobis omnia copiosè ad fruendum, ut sint benefici, ut divites sint bonis operibus, faciles ad impertiendum, facilis convictus εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς, congerentes sibi pro thesauro, fundamentum bonum in posterum, ut apprehendant æternam vitam. *A* man *i. e. viro, &* mahnen *i. e. monere, &* reich/ *i. e. dives, multa sunt Germanis nomina, quæ ab eis per Langobardos migrarunt in Hispanos. Ita Goropio Becano* herman *est publicus monitor, sicut* heerbahne/ heerstrasse / *est publica via,* herold *publicus senator,* old *pro alt / more Saxonico. Ita* herberge / *publica statio, publicum diversorium. Nam* bergen *est occultare, condere, custodire. Ita hospitium est,* da man sich und sein gut berget / *ubi quis se & sua tutò condit. Sic* berg *vetus est portus & statio navium. Mendoza videtur factum est*

mund-

generosos animos. Ita demum eritis verè nobiles, si iis artibus excolatis animos, quæ maximè sunt dignissimæ claris natalibus *b*. Quantò magis sapitis vos, quàm multitudo ista nobilitatis *c*, qui eò se habitum iri generosiores * sperant, quo imperitiùs pingant literas. Sed minimè est hoc mirandum, quandoquidem persuasio hæc dementiam nobilitatis jam pridem invasit, nihil esse abjectius aut vilius, quàm aliquid scire. Ergo videre est *d* illos episto-

mundzucht/ *quod etiam est inter nomina propria Germanorum, apud Johannem Stumphium. Est autem, qui oris est modesti. Certè à* mund, *id est, ore & sermone, multa sunt Germanis, ut* waremund/ *verum os,* gutmund/, *bonum os. aut mendoza erit, qui mendacii osor.*

b stehen denen auß der massen woll ahn/ die von adelichem stamme gebohren sind. *Natale est, ut γενέθλιον, quod ad nativitatem pertinet. Natales numero multitudinis, substantivè, significant conditionem sanguinis ac familiæ,* eines geblüte und herkommen. *unde clari & obscuri natales dicuntur. Natalibus aliquem restituere, est nobilitare; hoc est ingenuitatis jus ac dignitatem tribuere, sive eo quis exciderit, sive nunquam eo sit gavisus:*

c *i.e. ejus ordinis, in quo nobiles dicuntur.*

* *i.e. præstantiores genere, nobiliores.*

d *i.e. licet, ut Græcis ἔστι pro ἔξεστι vel ἔνεστι. Iliad. ξ*

Οὐκ ἔστ' οὐδὲ ἔοικε τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι.

Non licet neq; decet tuum verbum negare.

Ita εἶεν, esto, concedendi voculæ sunt.

e *Librarius absolutè, aliàs, ut apud Horatium de arte, librarius scriptor est βιβλιογράφος. vide infrà k. Generaliùs est scriptor, qui etiam servus ad manum Ciceroni,*

servus

epiſtolis à librariis *e* ſuis compoſitis † ſubſcribentes id, quod nullo pacto legi poteſt: nec ſcias, à quo tibi epiſtola mittatur, niſi ſit à tabellario prædictum, aut ſignum * agnoſcas. MAN. Id modò ego & Mendoza querebamur. MAG. Sed venitis huc armati *f*? MAN. Minimè verò, bone præceptor: vapularemus à noſtris pædagogis, ſi auſi eſſemus arma hac ætate vel aſſpicere: nedum tangere. MAG. Ah,ah *g*, non loquor de armis crudelitatis *h*, ſed

ſervus à manu & amanuenſis Suetonio, ſchreiber *ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος, ſcriba, qui tamen potiùs magiſtratui ſervit, cujus munus eſt ſcribatus in Codice.*

† *mollior ſtructura erit, epiſtolis compoſitis à librariis ſuis.*

* *notam, quæ ſigillo impreſſa eſt literis, qua parte obſignantur. ita etiam Græcis σφραγὶς dicitur, quod propriè σφράγισμα.*

f *inſtructi, parati. Ita ὁπλίζεσθαι quoq; Græcis eſt non tantùm bellicis armis ἐντύνεσθαι, ſed ἑτοιμάζεσθαι, ὀιτρεπίζεσθαι, παρασκευάζεσθαι. generaliter*, bereit/ gefaſſt. *Martial l.14.epig.19.*

Sòrtitus thecam calamis armare memento.

g *Sunt verba dolentis, quòd ambiguè loquendo modeſtis pueris pudorem incuſſerit, quaſi habitus militaris accuſarentur.*

h *quæ ἔντεα ἄρηϊα, bellica arma dicuntur, quibus vel corpus munimus vel hoſtem propulſamus. Illa σκεπαστήρια, hæc ἀμυντήρια vocat Diodorus Siculus lib.3. Illa ſunt thoraces ferrei, galeæ ſcuta, &c. hæc gladii, lanceæ, arcus. vocat arma illa crudelitatis ob abuſum, quum ſævitiæ inſtrumenta ſunt contra innocentes. alioqui poſſunt etiam arma juſtitiæ eſſe, ſi in legitimo bello, juſto fine &* modo

sed de istis scriptoriis, quæ ad præsentem rem faciunt. Habetis thecam *k* pennariam cum pennis? M EN. Quid rei est theca pennaria? an ea, quam nos calamarium *l* nominamus? M AG. Ea ipsa. nam antiquissimi homines solebant stylis *m* scribere, quibus successerunt cala-

modo uteris, aut vitæ tuæ è periculo expediendæ causâ, sic, ut inculpatæ tutelæ moderamen constet.

i *ut sunt charta, penna, atramentum.*

k *theca* θήκη *vox Latinis jam vulgaris. Sonat q. positorium, repositorium, conditorium. à* τίθημι *ponere, unde aor. 1. med.* θήκατο. *Dicitur autem theca pennaria, i. e. pennarum, quæ pennas capit, seu continet. Analogicè pennariũ est, quod ad pennas pertinet. q.* πτεροδόχον *vel* καλαμοδόχον *dicamus. Suetonius in Claud c. 35. de ejus timiditate & diffidentia loquens,* Serò, *inquit,* ac vix remisit, ne cuivis comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur *Martial. epigr.* 21. graphiarium *vocat.*

l *substantivè. potest adjectivè dici calamaria fistula, calamarium vasculum,* schreibzeug / *i. e. instrumentum scribendi. Illud v.* zeug *nos dicimus à* τύχος *vel* τεῦχος, *instrumentum, quo aliquid* τεύχεται, *id est, struitur. unde* τευχέων σκευάσθαι *dicitur. Et* τεύχεα *sunt arma, vasa, libri.*

m στῦλος *Græcis est columna, propriè quæ statuitur,* (ἵστασθαι) *ad aliquid sustinendum. pro graphiario dicitur stylus. quo modo Græcum nomen usurpari non facilè reperias. Ideo stilum Latinâ vocali malunt. in eo usu tamen fuisse videtur, quia Galenus lib de ossibus ossis petrosi processum quendam &* στυλοειδῆ & γραφιοειδῆ *appellat. & stylus, quo scribitur, est ut parva columella, acuminata è ligno vel ære. Postea stilus pro structura orationis dicitur, ut Donat. in prolog. Andr.* Oratio in sensu, stylus in verbis.

calami *n*, & potiſſimùm Nilotici *o*. Agareni *p*, ſi quos vidiſtis, arundinibus *q* ſcribunt à dextera in ſiniſtram *, ſicut omnes penè ad Orientem nationes. Europa, Græcos ſequuta, contrà à ſiniſtra in dexteram. MAN. Etiam Latini? MAG. Latini quoque, fili: ſed hi à Græcis

Mos varius ſcribendi.

n *κάλαμος arundo eſt, quæ varii & multiplicis uſus. vide* Plin. l. 16. c. 36. *Inde graphia fiebant, quibus in charta ſcribebant. ſtilis enim id faciebant in tabulis.*

o *Nilæi, Niliaci, Nilotici, Niligenæ, in Nilo geniti ſic etiam Græcis* Νειλῷοι, *Ægyptiaci. Ita Martiali Nilotica tellus Ægyptus. Idem l. epigr. d 38.*

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus,
Texantur reliqua tecta palude tibi.

Plin. l. d. Chartis ſerviunt calami Ægyptii maximè, cognatione quadam papyri: probatiores tamen Gnidii & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcuntur. *vide Dioſc. l. 1. c. 97. & ibi Matthiol.*

p *Agarenos potiùs dicit, quàm alios, quia Hiſpanis notiores. Iidem ſunt, qui Agareni ab Hagare, ancilla Abrahami, & ab ejus filio Iſmaëlitæ; poſterioribus temporibus Saraceni dicti ſunt, non à Sara (ſic enim Sarai eſſent) ſed quaſi furaces. Nam* סְרַק *Arabicè eſt furari. & ſic* סַרְקָאֵי *dicuntur pro Iſmaëlitis in interpretatione Chaldæi Onkeloſi Gen. 37. Certum enim eſt hos Agarenos eſſe Arabas Nomadas. Ammian. l. 22. & 23.* Scenitas Arabas, quos Saracenos poſteritas appellavit. *Euſtathius in Dionyſii periegeſin vult, Erembos & Troglodytas potiſſimùm Saracenos vocatos eſſe. De eorum* λῃστρικῇ *vita, vide Plinium lib. 6. cap. 28. & Ammian l. 14. Scaliger. animadv. in Euſeb.* q *arundines ſeu calami duriores, certo modo ſiccati, eum uſum præſtabant.*

* *Arabes, ut linguam habent affinem Hebrææ, ita etiam à dextra in lævam ſcribunt. Æthiopes tamen contrà, etſi & ipſi linguam potiſſimùm ab Hebræis trahant.*

Græcis habent originem *r*, & olim veteres Latini scribebant in membrana deletili †, quæ vocabatur palimpsestos *s*, tum una tantùm facie *t*. nam, qui utrinque erant libri conscripti, opisthographi *u* dicebantur: qualis fuit Orestes ille Juvenalis *x*, scriptus & in tergo,

r *ab eis & sati & linguam nacti; quam tamen in aliam formam transfuderunt; ut diversa planè judicetur.*

† *deletile hic est, in quo aliquid deletur. Ita Turnebus advers. l.25.c.22.* Est, *inquit*, palimpsestus papyrus deletilis, in qua aliquid scribimus, quod in aliam chartā transferamus: quod quum fecimus, è palimpsesto delemus inducimusque, ut alia exarare in ea possimus. *Alias deletile est, quo delemus: ut Varro* deletilem spongiam *dixit.*

s *παλίμψηστος ὁ ῥ ἡ, iterum rasus, est à πάλιν ψάω, quod est radi & æquari Ergo Latino more dici possit, palimpsestus, a, um. Hodie dicimus, tanquam laterculum aut laminam, cam membranam aut corium asininum, quod creto aut gypso compacto & tenaci æqualiter est obductū. Nos etiam dicimus* eine eielshaut. *vide Cic.l.7.ad Trebat. epist.18. & Catull. epigr.19. Dicitur etiam παλίψηστος. aliter legitur παλίμψαιστος: quia etiam ψαίω dicitur. Quidam malunt παλίγξεστος aut παλίγξυστος, à ξέω vel ξύω. Sed retineamus nos illud à ψάω, quia membrana ψᾶται i.e. ἀποψᾶται abstergitur.*

t *quòd minus firma charta uterentur, quæ calamum ab utroq; latere non toleraret: & literas transmittendo lituræ metum afferrent aversa adversis. vide Plin. l.13. c.12.*

u *ὄπισθε γραφέντες i.e. a tergo scripti.*

x *Sat.1.*

——summi plena jam margine libri
Scriptus & in tergo nondum finitus Orestes.

Confer apoc.5.1.

tergo, nec dum finitus. Sed hæc aliàs: nunc ea, quæ instant. Anserinis pennis scribimus, aliqui gallinaceis. Vestræ istæ sunt egregiè habiles. nam sunt caule *y* amplo, & nitido, & firmo: detrahite plumulas scalpello: & detruncate aliquid è cauda: tum eradite, si quam habent scabritiem. nam levigatæ fiunt aptiores. MANR. Nunquam ego gero nisi deplumatas *z*, & nitidas: sed institutor meus docuit me eas lenes facere saliva, & affricatione *a* ad adversam tunicam *b*. vel fœminicruralia *c*, MAG.

y *unde nobis* Piele. *caulis pennæ, in altum velut surgens virgula cava, etiam Græcis καυλός.* Arist. 2. anim. Plin. l. 11. c. 38.

z *i e à plumis* (πτίλοις) *emundatas. sicut plumare est plumis induere: ut Apul. l. 2. metam. dixit* se e in avem plumare, *quum alioqui pulli plumare absolutè* (πτεροφυεῖν) *dicantur. Gell. l. 2. c. 20. &* plumatus *plumis tectus Ciceroni: ita* deplumatum *dixit Vives plumis exutum.*

a *sicut fricationem dixit Columella lib. 6. c. 12. Hic tamen melius affrictu: ut Plin l. 31. c. 6.* Spuma aquæ *marinæ*, affrictu verrucas tollit. *De illis autem verbalibus lege Vallam lib. 1. c. 2. Affricatum tamen etiam leges, ut Apul.* lib. 3. Egesta unguedine diuque palmulis suis affricata.

b *non ad aversam vel inversam, quæ solet esse rudior & pilosior.*

c *femen est interior coxa, femur exterior. etsi ex parte totum frequenter significetur. Ita Plin. l. 28. 15.* Femina atteri adurique equitatu notum est, τοὺς μηροὺς. *Scribendum est & femen & femur monophthongo, quum utrobique primæ syllabæ modulus sit brevis. Lucret. lib. 4. v. 826.*

-fasti-

MAG. Præſens conſilium. MEN. Doce nos aptare pennas. MAG. Primùm omnium reſcindetis utrinque caput: ut fiat bifurcata *d*. tum in ſuperiore parte inciſuram facite ſcalpello ſenſim ducto, quæ crena *e* vocatur: hinc æquate duos illos pedunculos, ſeu mavultis nominare cruſcula, ita tamen, ut altius ſit dextrum, in quod penna ſcribendo incum-

——————faſtigia poſſe
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.
Et Ovid. 11 *metam.*
Et conata femur mœrenti plangere dextra.

Hinc femoralia vel feminalia (ambigua enim lectio eſt) Suetonius dixit in Auguſto, cap. 82. *Frequens autem apud vulgatum interpretem bibliorum eſt vox poſterior, ut* Exo. 28.42. & 29.28. Lev.6.10. & 16. & Ezech.44.18. *ibi Græci habent* περισκελῆ. *Hier. in epiſt. ad Fabiol.* [*Quæ Græci* περισκελῆ *vocant, noſtri feminalia dicunt vel bracas, uſq; ad genua pertingentes.*] *vox tamen etiam tibialia comprehendere poteſt, quia* σκέλος *dividitur in femur tibiam & pedem,* μηρὸν, κνήμην & πόδα: *ſicut brachium ſimiliter in brachium ſpecialiter dictum, cubitum & manum. Hebræi femoralia* מִכְנָסַיִם *à collectione. Nam* כָּנַס *eſt colligere. Quid autem feminicruralia? vox compoſita ad quorundam habitum, qui caligas habent junctas, quibus femora, tibiam & crura ſimul tegunt.*

d *bifurca. ut Columella loquitur lib* 3.c.18 δίχηλος, *ut ſulcus, per inciſionem factus, utrinque velut furcam faciat.*

e κρήνη *q. fons quidem ſeu ſcaturigo, unde fluat atramentum.*

bit,

bit', id tamen discrimen vix perceptibile *f* oportet esse. Pennam si firmiùs vis chartæ imprimere, tribus digitis teneto: sin celeriùs, duobus, pollice & indice, more Italico. Nam medius inhibet magis cursum & moderatur, ne se immodicè effundat, quàm adjuvat. MANR. Profer atramentarium. *g* MEN. Hem! cornu atramentarium *h* elapsum est mihi venienti huc. MAG. Puer, profer ampullam *i* illam atramentariam, ex ea effundemꝰ in hoc mor-

f *vox philosophica, ut Græcè* καταληπτὸν, αἰσθητόν. *cui opponitur* imperceptum *à Gellio l.14.c.1 Ex Lucretii lib.2.possis sensile dicere; ubi ait:* Ex insensilibus ne credas sensile gigni, αἰσθητὸν, *vel speciali voce* aspectabile, visibile. *Ex Apulejo, de Deo Socr.* non temere visibile.

g *vox facta ex analogia, quam & Valla habet pro vase atramentum continente: quod in Græcis epigrammatis* μελανδόχος κίστη, *q. capsula atramenticapa. Atramentum,* μέλαν, *hîc est* γραφικὸν *librarium, scriptorium: ut epist.3.Joh.v.13. aliud est* ζωγραφικὸν *pigmentum pictorū. Nobis,* Dinte, *à tinctura, item* black, *id est atrum, quod adhuc Angli & Saxones habent, & nobis* blackfisch. *q. ater piscis, est sepia, cujus sanguis etiam atramentum dicitur* Plin.lib 9.cap.29. *Vox* encke *vel* incke *est ab encaustum quod sonat inustum. Est autem materia usta ad pingendū apta* Plin.l.35.c.11. *Ita ex usto ligno, h.e. carbonibus atramentum fit, si urgeat inopia. Galli dicunt* encre. *Itali* inchiostro, *tanquam inclusum; quia sic gestari oportet, ne maculemur. Nam* chiostro *more suo dicunt pro clostro.*

h *hîc atramentarium adjectivè sumitur. nobis similiter* Dintenhorn.

i Dintenkrug, *urceolus, vel olla, in qua factum est.*

tario-

tariolum *k* plumbeum. MEN. Sine peniculo *l*? MAG. Ita hauries penna liquidiùs & commodiùs; nam in goſſypio vel filo bombycini *m*, aut lini, quum pennam intingis, adhęret ſemper crenæ fibra *n* aliqua vel flocculus, in quo detrahendo fit mora ſcriptioni: aut, ſi non detrahas, lituras *o* veriùs effingas quàm literas. MEN. Ego ex ſodalium conſilio linteolum Melitenſe *p* indo, aut bombycinum leve ac tenue. MAGI. Iſtud verò eſt ſatius. Cæterùm multò præſtat, ſolum atramentum infun-

k *Mortarium propriè eſt vas, in quo aliquid mortatur, id eſt, conteritur: ut pila, in qua aliquid piſitur. Dicitur autem* mortare *à morſu, ut* pultare *à pulſu. Turnebus tamē lib. 10. adverſ cap. 20 quòd moreta & intrita in eo fierent. Transfertur deinde vox ad ſignificanda alia vaſa, in quibus aliquid ſubigitur. Mortariolum uſurpat Hieronymus in numeris. Græcè eſt* θυΐδιον.

l *i.e linteolo, aut ſpongia. propriè peniculus erat id, quod ex pene, i.e. cauda faciebant, ad tergendum Deinde ſignificat, id, quod à lintei extremitate reſcinditur, caudæ ſimile:* lumpe/ lumpſein *à lino.*

m *bombycini ſcilicet texti.*

n *q. capillamentum, extremitas quædam fili. Nam fibrum eſt extremum, unde fibra ſubſtantivè* zäſerlein / *à* zäſen (*Belgis* teeſen) *carpere, vellere, trahere.*

o *maculas linendo ſeu delendo factas.*

p *Melitenſe à Melite inſula, rectè dixit. Diodorus Siculus biblioth. lib. 5. docet in ea,* quæ diſtat Syracuſis 80. ſtadia; *eſſe varios opifices,* κρατίστους δὲ τοὺς ὀθόνια ποιοῦντας τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διαπρεπῆ, imprimis optimos, qui lintea cōficerent & ſubtilitate & mollitie eximia. *Eſt in inſula oppidum eodem nomine,*

infundere in mortariolo quidem fixo *q*. nam quod circumgestandum est, huic omnino opus est peniculo. Cæterùm, habetis chartam? NEN. Hanc. MAG. Asperam admodum, & quæ pennam remoretur, ne inoffensè decurrat: quod est studiis noxium. Nam, dum luctaris cum scabritiè chartæ, elabuntur multa ex iis, quæ scribenda cogitaveras. Hoc genus chartæ amplæ, densæ, duræ, scabræ, librariis relinquite: quæ ideo librariæ nuncupantur, quòd ex eis fiant ad diuturnitatem † libri:

H nec

mine, cujus ut textrini *meminit Cicero Varr.9. &* Melitensium *vestium Verr.4. & 7 & pulvilli* Melitensi rosa *farcti.* Verr.10. *Ibi alii legũt Milesia. Sanè etiam Miletus in minori Asia lanificio nobilitata fuit: unde* Milesia vellera *poëta celebrant. Et Strabo l.2. tradit, quòd Cares Miletum condiderint, à Cretica Mileto nacti conditorem Sarpedonẽ: quod exponẽs l.14, dicit ex Mileto Cretica eum habitatores traduxisse. etsi Herodotus Milesios Atheniensium coloniam esse velit. Ita curam lanificii Melitenses & Milesii unam habuerunt. sicut Bremensium & Rigensium multa sunt eadem studia, quia hi illorum quadam ἀποικία.*

q. das ahn einem ort stille stehet / *fixum opponitur mobili*, daß man hin und her trägt / *quod portando transferri potest. ut Arist. l.4. phys. c.4.* μεταφορητὸν ἀμετακινήτῳ ἀγγείῳ *opponit. sicut & navem Eustathius* μεταφορητὸν οἶκον, *i.e. domum, quæ transferri queat, appellat.*

† *qui sint durabiles, diutissimè durent & supersint. quod Latini* ætatem *q adverbialiter dicunt, i.e. per omnem ætatem; ut Græci* διὰ βίου, *pro* δι᾽ ὅλου βίου, *per longum tempus. Ita ætas diei, tempori perbrevi, opponitur: sicut apud Plaut. in Pœn. act.3. s.3.*

nec illam quotidiano uſui paraveritis grandem, Auguſtam ſive imperialem *r*, quæ de rebus ſacris hieratica *s* nominatur, quales videtis in libris ſacrarum ædium: acquirite vobis chartam epiſtolarem *t*, quæ ex Italia affertur optima, tenuiſſima & firma †: vel vulgarem illam, quam ex Gallia important, quam paſſim invenietis venalem/in ſingulos codices *u* numis octonis plùs minùs: dabitur vobis pro corollario philyra *x* una aut altera chartæ

Malo ſi quid benefacias, interit:
Bono ſi quid malefacias, ætatem expetit,

i e. diu durat. Diffidentia enim noſtra creſcit erga homines, ob eorum perfidiam, qua nos fallunt.

* *De chartis legendus eſt* Plinius lib.13. c.11,12,13. *c.12. ait:* Principatûs medio atque inde ſcisſuræ ordine hieratica appellabatur antiquitus, religioſis tantùm voluminibus dicata, quæ ab adulatione Auguſti nomen accepit. *vide etiam Dioſc. lib.1. c.98.*

r *ita nos vocamus ab imperio ſeu imperatore.*

s *q. ſacerdotalis. Id enim eſt* ἱερατικός.

t *chartæ epiſtolares dicuntur in lemmate diſt.11. lib.14. Martial.* χάρτης ἐπιστολικός.

† *vi glutinis.*

u *i.e. pro ſingulis codicibus*

x φιλύρα *propriè eſt tilia arbor, diverſa à* φιλυρέα. *vide Dioſcoridem lib.1 cap.108. Plinius lib.16. cap.14. ait,* Inter corticem & lignum *tiliæ* tenues tunicæ *ſunt* multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuisſimæ earum philyræ, coronarum lemniſcis celebres. *Hinc philyræ in papyro & in charta noſtra dicuntur per ſimilitudinē ut lib.13. c.11. Plin ait:* Ex papyro præparātur chartæ, diviſo acu/in prætenues, ſed quàm latisſimas philyras. *vide* Dioſc.l.1.c.98. φίλις *eſt canna. inde fortè origo.*

chartæ emporeticæ *y*, quam bibulam *z* dicimus. MEND. Quæ est horum nominum ratio? nam sæpe dubitavi. MAG. Emporetica de Græco venit, ab involvendis mercibus; & bibula, quòd atramentum absorbeat. Ita non erit vobis opus furfuribus, aut sabulo, vel pulvere de pariete eraso. Sed omnium optimum est, quum per se literæ exsiccantur. eo enim modo diuturniores † fiunt. Proderit tamen emporetica, quam sub manum extendatis, ne sudore aut sordibus maculetis papyri candorem. MAN. Cedo jam nobis, si videtur, exemplar *a*. MAG. Primum abecedarium,

y *ἐμπορητικὸς ad mercaturam pertinens. ἐμπορεύω mercaturam facio. Plin.l.13.c* 12. Emporetica inutilis scribendo, involucris chartarum segestriumq; in mercibus usum præbens: Ideo à mercatoribus cognominata.

z *quia fungosa raritate imbibit seu sorbet liquorem. Ita Plinius vocat lib.8. epist.15.* scabras bibulásve chartas *Lucan. lib.* 4. bibulam papyrum *dixit. Sic arenas, favillas, radices bibulas poëtæ vocant. aures bibulas pro attentis Apulejus dixit.*

* *liquoris integro manente fundamento.*

a fürschrift/*q. præscriptum, propositum, πρωτότυπον, quod pueri imitentur, quod in exemplum intueantur, ut Quintil. loquitur lib.*10.*c* 2. *&* præformatas infantibus literas *lib* 5. *c.*14 *Hoc Platoni in Protag. est τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων ὑπογράφειν γραμμὰς τῇ γραφίδι, nondum peritis pueris lineas præscribere, praeducere, stilo præformare,* fürmahlen. *Inde ὑπογραμμὸν S. Petrus dixit* 1. *epist. cap.*2. 21. Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplar, ut subsequamini vestigia ipsius.

darium *b*, deinde syllabatim *c*, tum verba
„ conjuncta *d*, ad hunc modum. Disce, puer,
„ quibus fias sapientior, & proinde melior *e*.
„ Voces sunt animorum signa inter præsentes,
„ literæ inter absentes *f*. Hæc effingite *g*, &
redite huc à prandio, vel cras, ut scripturam
vestram emendem. MAN. Faciemus: interea commendamus te Christo. MAG. Et ego vos eidem. MEND. Secedamus, ut absq; interventu sodalium & interpellatione meditemur, quæ à magistro hoc accepimus. MAN. Placet mihi: ita fiat. MEN. Ventum est, quò
voleba-

b *Quemadmodum à primis duabus literis Græcis dicitur alphabetum, sic à quatuor primis Latinis abecedarium. Cœl lib.*14.*cap.*28. *Inde* abecedarii psalmi *dicuntur Augustino (fin comment. in psal.*118.*) illi, quorum versus alphabeti literis subjacent: nempe dispositi secundùm literarum ordinem. Observa autem, quòd ad discentium classes hîc respiciatur, quas habet Hieronymus. nempe sunt abecedarii, qui prima imbibunt elementa: syllabarii, qui jam syllabas connectere insuescunt: nominarii, qui denique integra proferunt nomina.*

c κατὰ συλλαβὰς, nach den syllben. *Syllabatim dicere & dictare Ciceronis sunt.* Syllabiren (*Belgis* spellen / & *Anglis* spell: *est coagmentare syllabas, & Gallis* espeler. speller/*syllabarius*, spellinge/*coagmentum syllabarum. Et inde est* spellen, *explanare usque ad minima elementa.*

d *ut integra nomina legantur. q est* wörter machen. *Sit* verbigerare *Apulejana voce; si id licet huc transferre.*

e *Hi fines sint* τοῦ φοιτητοῦ καὶ τῆς μαθητείας, τὸ σοφὸν καὶ εὐάρεστον ἢ σπουδαῖον ἀποβαίνειν.

f *hinc epistolas literas dicimus, absentium colloquia, tanquam præsentes essent.*

g *sequimini, imitamini.*

volebamus. Assideamus in his saxis. MAN. Etiam, sed aversi à sole *h*. MEN. Mutua mihi dimidium chartæ folium, quod reddam cras. MAN. Sufficit tibi hoc frustulum? MEN. Hui! non capiet sex versus *i*: ex meis præsertim*. MANR. Scribe in utraque facie, & duc versus densiores *k*: quid necesse habes tam magna interstitia relinquere? MEND. Egóne? vix intervallum est ullum. nam literæ sese utrinque attingunt, præsertim, quæ longos habent apices, aut pedes, ut *b* & *p*. Sed quid tu? jámne duos versus exarasti? & quidem eleganter, nisi quòd sunt pravi *l*. MANR. Scribe tu seorsum, & tace. MEN. Enimverò penna & atramento hoc scribi nullo pacto potest. MAN. Quid ita? MEND. Non cernis, ut penna respergit *m* chartam atramento extra literas? MANR. Atramentum meum adeò est crassum, ut limum *n* esse credas. aspice, amabò, ut hæret in summa crena, nec ad characte-

h *ne præstringat oculos & lædat aciem visus. Quò enim sensile corpus est vehementius, eò infestius est sensui.*

i *lineas. Ita Plinius ad lectorem:* Decem ampliùs versus tua hac interpellatione perdidimus. *l.3. epist.5.*

* *quia laxè scribam.*

k *lineas arctiùs cohærentes* enger ahn einander / *compressiùs.*

l *non recti*, krumm. *Pravum enim & distortum recto opponuntur.*

m *circumcirca spargit*, besprützet / *maculat respersu suo.*

n *molle lutum*, ἰλὺς.

res formandos defluit. Quin igitur utrique incommodo medemur? tu de cuspidibus pennæ rescinde scalpello, quoad atramentum commodè colligat in literas: ego in atramentarium, quò sit atramentum liquidius, instillabo guttas aquæ aliquot. MENDO. Immejito potiùs. MANR. Oh! ne lotium *o.* fœtebit atramentum ipsum, & quicquid scripseris: nec facilè deinceps odorem hunc elueris è periculo. optimum esset acetum, si haberes ad manum. nam hoc vi sua statim disrarat *p* densum atramentum. MEND. Verum: sed periculum est, ne acrimonia sua chartam penetret. MAN. Nihil tale metuas. hæc charta maximè omnium continet atramentum, ne effluat. MEND. Extremæ hujus tuæ chartæ oræ inæquales sunt, rugatæ & asperæ. MANR. Demarginato *q* chartam aliquantum forficibus *r* (nam hoc est etiam elegantius) aut citra

tra

o *sc. infunde. perturbati abrumpunt sermonem.*

p *rarum facit, quod est spissum: dissolvit, attenuat,* λεπτύνει. *Etiam acetum, præsertim è vino, atramenti mucorem prohibet; quod ex Apuleji apol. dixeris* muccedinem cohibere.

q *marginem recide, Gall. coupez de la marge. Plinius lib.* 28.9. emarginare ulcera *dixit, pro eo, quod est crustas ab extremitatibus adimere.*

r *Ita forfices plurali numer. ferè. Sunt autem forfices, quibus incidimus,* ψαλίδες, διπλαῖ μαχαιρίδες, κυείδες; χαραὶ, *ut dulplices cultri: ut forcipes, quibus forma, i e. calida capimus. inde nobis* warm. Forfice facta dentem eximere *Celsus habet lib. 7. c. 12.*

tra *s* eam asperitatẽ scribẽdo subsiste. tibi semper levissimæ offensiones satis magno impedimento sunt, ne pergas: sed, quicquid est in manibus, abjicias illico *t*. MENDO. Redeamus jam ad præceptorem. MAN. Videtur tibi tempus? MEN. Metuo, ne præterierit jam tempus. nam solet maturè cœnare. MAN. Eamus. ingredere tu prior, qui habes minus cordis *u*. MEND. Imò tu potiùs, qui minus

s *i.e. ante, iuxta, i e. ubi incipit scabrities, ibi desine inscribere & progredere ad leviorem partem. Igitur Gallus interpres vertit* ou arrestez-vous en escrivant, de sorte, que n'escriviez sur ceste aspreté. *i e. sustine te in scribendo, ita ut non scribas super illa asperitate, q. striga & interjunge, morulam interpone.* halt stille.

t *quæ ἀκηδία improbatur, seu tædium laboris.*

u *i. e. simplicior es. cor habere est cordatum esse. Plaut. Pers. a 4 s. 4.* Cata & callida est. habet cor. *Convicio in mulieres & muliebriter animatos dicitur,* cor non habere, *id est non sapere, q. excordes esse. Idcirco, quæ laudabatur, ei pectus sapere dicebant, quasi cor non haberet. Milit. glor. act. 3. s. 1. Ideo Epid. a. 3. 3. cor sapientiæ & cordis copiam dixit. Antiqui enim philosophi quidam in corde sapientiam constituebant. Ideo cordatus pro solerte & sapiente ponitur. Inde Apul. philos. nat.* Quæ prudentia corde conceperit, ea sensa promat oratio. *Animũ habere est animosum, fortẽ esse* beherțt sein / *καρδίαν ἔχειν. Et id quidem hic videtur velle; Qui minùs es forti animo vel audax; ut scilicet discas fortis esse. Respicit auctor ad illud Ovidii:* Non tibi plus cordis, sed minùs oris adest, *id est, interprete Erasmo in Chil.* Non plus audes aut sapis, sed minùs pudet.

frontis *x*. MAN. Vide, ne quis ab illo *y* exeat, qui deprehendat hic nos jocantes & lascivientes. Pulsemus fores annulo *z*, etsi patentes. nam hoc fuerit urbanius *a*. At at. PU. Quis istic? rectà introeas, quisquis es. MAN. Nos sumus: ubi est institutor *b*? PU. In conclavi. MENDO. Omnia sint tibi fausta, præceptor. MAG. Feliciter veneritis *c*. MEND. Effinximus quinquies aut sexies tuum exemplar in eadem charta: referimus hoc opus nostrum ad te emendandum. MAGI. Rectè facitis. Ostendite. posthac relinquite majorem

x *Frons hic est pro pudore: qui in fronte seu vultu patet. ut illud Aulul.* 4. 1. Herile imperium ediscat, ut, quod frons velit, oculi sciant. *Ita* periisse frons *dicitur, cui periit pudor. Pers. sat. Ideo* effrons *vocatur inverecundus. Frontem perfricuisse dicuntur impudentes, tanquam qui cutis eam levitatē corruperint, in qua animi signa exprimuntur; ut non possint pudentes deprehendi, atq; adeo ut non sint. Et in sacris literis* frons chalybea & dura *malè audit* Esa. 88. 4. *&* Ezech. 3. 7. Mollis frontis dicuntur, qui sunt reverentes; *ut ait Donatus in Eunuch.* 4 7.

y *Ab cum casu possessoris eleganter locum ipsum significat.* ab illo egreditur *vel* exit, *quod barbarè* de, apud: *id tamen Gallis elegans: ut hic versum est,* que personne ne sorte de chez lui, *nempe ex loco, ubi ille est.*

z mit dem ring *orbe ferreo, p quo est etiā martulus.*

a *civilius, modestius.*

b *præceptor: ut Lampridius institutorem aularum dixit. qui ne confundatur cum institore, non esset monendum, nisi in Calepino institutor Polonicè verteretur* framarz / *qui est institor.*

c *Bone & commodo vestro sit, quòd acceditis.*

rem intercapedinem verſuum, ut ſic ego poſſim corrigere veſtra errata ad emendationem. Hæ literę ſunt admodum inæquales: quod eſt in ſcribendo fœdum. Animadverte, quanto *n* majus eſt quàm *e*: & *o* quàm orbis hujus p? nam literarum corpora omnia oportet eſſe æqualia. MEN. Quid, quæſo, vocas corpora? MAG. Media in literis, præter apiculos, & pedunculos *d*, ſi quos habent. apices habent *b* & *l*, pedes *p* & *q*. Jam in eodem *m* crura ſunt imparia, primum brevius eſt medio, & nimis magnam caudam trahit, ſicuti & illud *a*: nec ſatis imprimitis pennam chartæ. vix hæret atramentum, ne dignoſcas, quæ ſint elementa. Quòd literas has transformare tentaris in alias, eraſis particulis cuſpide ſcalpelli, magis deturpaſti ſcripturam. ſatius fuiſſet, tenuem lituram inducere: tum & quod ſupereſt verbi in fine verſus, transferre in caput ſequentis, modò integræ ſint ſemper ſyllabæ: quas ſecari nõ patitur lex Latinæ ſcriptionis *e*. Auguſtum Cæſarem, produnt memoriæ, non ſolitum verba dividere *f* nec ab

extrema

d *q. parvi pedes, qui pediculi, pedioli (aut petioli) &, ut nunc legitur in Plin. l. 10. c. 4. peduſculi Dicuntur hic pedunculi lineolæ literarum deorſum ductæ: ut apices, quæ ſurſum.* e *Nam conjunctè ſunt ſcribenda, quæ conjunctè legentur.*

f *ita ferè mos eſt orientalibus, non dividere voces, ſed, ſi qua ſit, quam verſus antecedens non capiat totam, una aut altera literâ velut inaniter, pro cuſtode, poſitâ, novam lineam ordiri, pro integra voce.*

extrema parte versuum abundantes literas in alteram transferre, sed ibidem statim subjicere & circumducere. MAN. Nos id libenter imitabimur, quoniam exemplum est regis. MAN. Rectè facitis. quomodo enim aliter approbaretis, vos ex illius esse satos sanguine *g*? Sed ne conjungatis omnes literas, nec omnes separetis. Sunt, quæ vinciri inter se postulent, ut caudatæ cum aliis, velut, a, l, n: item hastatæ, ut f & t. Sunt, quæ recusent, nempe orbiculatæ, p, o, b. Quantum poteritis, recto capite scribite. nam, inflexo atque incumbenti, defluunt humores ad frontem & oculos: unde morbi nascuntur multi, & videndi imbecillitas. Accipite alterum exemplar, quod exprimatis cras, DEO propitio.

Ovidius.

Sed propera, nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie h, *cras minùs aptus erit.*

Et aliud Martialis de notario.

Currant verba licèt: manus est velocior illis.
Nondum lingua, suum dextra peregit opus i.

MEN.

g *utinam tam libenter pietatem imitaremur, atq; res exigui momenti!* h *sc. aptus.*

i *versus est de ταχυγράφῳ, notario, qui celeriter scribit, ut antè dextrâ scribat, quàm alius lingua loquatur. De notario Manil l. 4.*

Hic erit & scriptor velox, cui litera verbum est,
Quíq; notis linguam superat, cursimq; loquentis
Excipiet longas nova per compendia voces.
Id inventum Dio historicus tribuit Mæcenati.

MEN. Visne etiam lituram hanc reddamus? LAN. Lituram sanè: modó & alia probè exarata. MEN. Interea optam⁹, te bellissimè valere.

SENTENTIÆ.

1. *Declamationum argumenta in scholis ne sint rerum inania, sed utiles res persequantur.*

2. *Divinum est literarum donũ; & quantò admirabilius, tantò religiosiùs habendum.*

3. *Sine literis barbara vita est.*

4. *Quòd Deus sit justus rerum humanarum moderator, et gravia flagitia diris suppliciis ulciscatur: etiam gentiles agnoverunt. & ipsa varia poëtarum fabulæ id contestantur, ut de Danaidibus, Tantalo, Ixione &c.*

5. *Adolescentis studiosi est non nimiùm fidere memoriæ, quæ facilè fallit etiam attentissimũ auscultatorem. ideo discet in pugillares aut chartas enotare, quæ digna erũt. Hæc autẽ est plerorumq; fatuitas, ut putent, se meminisse posse, quæ intellexerunt, fallaci admodum eventu.*

6. *Probè & celeriter pingere & per se est cõmendabile & doctrinæ incrementa juvat; quum multa facile excipere & cum jucunditate ex intervallo regustare queat, qui illa re valet.*

7. *Vulgò corruptissima sunt judicia de nobilitate; quæ licèt clara sit a parentibus tradita, perit, si sit absq; literata sapientià & virtute.*

8. *Non vestis & fundus, sed prudentia, doctrina & morum sanctitas commendant homines.*

9 Sæpe

9. *Sæpe natura incusatur, quum nostra socordia est arguenda.*

10. *Meditatio auditioni est jungenda, ut ingenium discentis vocem magistri juvet.*

11. *Pietatis Christianæ cura non est in seros annos rejicienda, sed à teneris occupanda. quo nomine Justũ & Pastorem fratres historia celebrãt.*

12. *Magistrum humanitas, & modestia discipulum ornat.*

13. *Mutuis votis & sanctis precibus sacra officia Deo & præceptores & auditores commendabunt.*

14. *Verecundia est decus magnum juniorum; ut non immeritò Menander dicat:*

πᾶς ἐρυθριῶν γε χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ:

Quisquis erubescit, censeo hunc ego probum.

15. *Laudem captare ex vanitate: vanissimum est: ex vitiis verò, detestabile.*

16. *Ocium sine literis mors est, et vivi hominis sepultura. Sen. epist. 82.*

17. *Quò quis nobilior est, eò minùs probabit mores eorum, qui dici volunt, quales esse nolunt.*

18. *Non omni ætati conveniunt omnia. Quare armis abstinebunt & militari habitu, qui se literarum studiosos profitentur. Militia autem horum optima est,* debellare *inscitiam, &, ut Seneca ait epist. 51,* imprimis voluptates, quæ sæva quoque ad se ingenia rapuerunt: *&, ut potiùs*

tius è nostris literis loquamur, militare bonam militiam est retinere fidem & bonam conscientiam. *1.Tim.1.18.19.*

19. Omnium artium sunt certa primordia & rudimenta, quæ exercitatione poliuntur & per certos gradus usu perficiuntur.

20. Pædagogi boni est se lubentem ad omnia minima docenda demittere, ut pueri os balbum figuret ad loquelam, & manum ad scripturam.

21 Incuriosa est pueritia ad res suas servandas: ad hoc tamen assuefacienda.

22. Instrumenta studendi oportet esse expedita, ne quid acturos nos remoretur.

23. Quòd mundè potest fieri, ne velimus immundè facere.

24. Boni discipuli est in secessu altè meditari, quæ ex præceptore sunt audita.

25. Facilem nostri & rerum nostrarum usum aliis indulgebimus, ubi opus erit.

26. Aliquid laude dignum effecturo aut obtenturo contra obstacula est nitendum: neque irascendum est rebus, sed nobis, qui eis pravè utimur.

27. Præstat minus cordis habere, quàm frontis.

28. Nullius rei tam nos pudeat, quàm deprehendi in peccato.

29. Semel commissus error sit nobis occasio intendendi virtutem, ne sæpius erremus.

30. Exempla plùs prosunt, quàm præcepta.

31. Nihil

31. *Nihil, ne minimum quidem, conandum est, nisi sub Deo.*

32. *Unum tempus arbitrio nostro datum est: cujus possessione ejicitur, qui uti non vult.* Sen. epist. 1.

DIALOGUS XI.

Vestitus & deambulatio matutina.

¶ *Ergo bipertitus est dialogus. Nam I. de vestitu agitur, in quo variè occupantur surgentes adolescentes. Suprá primo dial. de pueris erat. Hîc, quia de adultioribus, sunt omnia luculentiora. II. Deambulatio matutina refertur, in quam incidit veris descriptio, ad omnium sensuum oblectationem deducta.*

Bellinus, Malvenda, Joannius, Gomezulus.*

MAL-

* *Nomina assumta videntur ad rem.* Bellinus *bellè curat cutim, somniculosus: aut bellus videri studet, qui ad aliorū desidiam bellè loquatur,* πρὸς χάριν ἄρισκος. Malvenda, *qui malè, i. e. carè vendit, sc. tempus, illud pretiosum habet, ejus jacturam non facit,* cujus unius honesta avaritia est: *ut ait Seneca lib. de brevit. vitæ cap. 1. Ita* malè *Latinis interdum usurpatur. Ter. Enn. 4. 4. malé conciliatum, magno emtum dicit: Donato interprete. Ita* δυσώνης, *qui difficilis est in emēdo, tenaciter mercatur. Ergo Malvēda sit, qui Græcis* Τιμιοπώλης, *qui carè vendit. Saxon.* durkohp/ theurkauf / *pro* theur verkauf. *Sic n. illud explicari debet, non pollinctor. Ita & nos* übel *pro difficili dicimus.* Joannius *hic est præco gratiæ Dei in natura. Hebræis enim* Jochanan

MALVEN.

Nempe a *hoc assiduè: jam clarũ mane* b *fenestras intrat.*

Stertimus c, *indomitũ* d *q̃ despumare* e *falernum* f
Sufficiat g. BEL. Apparet profectò, insanire te. nam alioqui nec tam multo mane esses experrectus, nec versus funderes, & qui-

chanan *sonat gratiam Dei.* Jáh *Deus est*, chén *gratia.* Gomez *Hispanicum nomen est. Alvarus Gomes poëticis, Antonius & Ludovicus Gomezius variis studiis noti sunt. Videsis Gesneri bibliothecam. Vox sonat q. gummosum dicas.* Goma *enim Hispani dicunt gummi.*

a *incipit ex Pers. sat.* 3. Nempe *hic indignantis est vocula, ut εἶτα Græcis. Sensus est, indignares fuerit semper dormire, ut Græci καλὸν γ' ἂν εἴη.* Solte das wol gethan sein: Sölte es fein stehen? *Nimirum hoc assiduè, id est, semper fiet & probabitur.*

b *radii solis orti, adeóq; lux matutina clara.*

c *somno indulgemus, non secus, atq; qui vino fortissimo obruti necesse habent crapulam exhalare.*

d *indomitum Falernum dicitur, quod contumacem ebrietatem affert, ut non queas facile domare & vincere; à quo epoto nõ facilè sobrius fias, utpote quod est forte & multo halitu cerebrum onerat.*

e *quantum possit facilè decoquere. Loquitur, quasi halitus, qui efflantur, sint vini spuma quædam.*

f *Falernum vinum, & absolutè Falernum est, quod in agro Falerno nascebatur generosum.* Plin. lib. 15. cap. 5, 6. *Secunda ei laus fuit post Pucinum. Tibullus lib. 2. 1.* fumosos Falernos *dicit, potus intelligens.*

g *id est stertimus, quantum sufficere possit ad magnã ebrietatem edormiendam & discutiendam.*

dem

dem Satyricos *h*: quò manifeſtiùs rabiem *i* tuam patefacias. MAL. Accipe ergo epigrammatarios *k*, edentulos *l* & ſalſos *m*.

Surgite: jam vendit pueris jentacula piſtor,
Criſtataq́ue ſonant undique lucis aves n.

BE. Iſtud de jentaculo citiùs mihi ſomnum excuteret, quàm clamores tui. MAL. Feſtiviſſime nugator, precor tibi felicem hunc diem. BEL. Et ego tibi fauſtam noctem *o*, & bonum cerebrum, ut ſimul & dormire poſſis, & ſoluta oratione loqui. MAL. Quæſo te, ſeriò reſponde, (ſi modo ſeriò potes unquam

h *à Satyrico & mordaci poëta ſcriptos. Satyra eſt carmen ad carpenda vitia compoſitum, à ſatyrorum, quos fingunt, licentia: quibus* σάθη, *i.e. ſalacitas nomen dederit.*

i *quàm parum ſana mentis ſis. Sic nobis inſanire videntur, qui non ſunt ſocii vanitatis & inſaniæ noſtræ: ſicut S. Petrus ait 1. epiſt c. 4.* Non concurrentibus vobis ad eandem aſotiæ (*luxus*) profuſionem, peregrinari ſibi videntur, blaſphemantes.

k *qui inter epigrammata Martialis leguntur. Gracè diceretur* ἐπιγραμματικός. *Sed pro ſcriptore ipſo,* ἐπιγραμματοποιός. ἐπίγραμμα *autem eſt inſcriptio. Eſt poëma breve, ſimpliciter rem vel perſonam vel factum indicans: aut ex propoſito aliquid deducens.*

l *qui dentes non habent, hoc eſt carent mordacitate, nõ ſunt objurgatorii.*

m *i. e. urbanum, ſapidum. Ut enim ſal cibos, ſic facetiæ (modò non ſint turpes) ſermonem condiunt.*

n *Galli criſtati, qui cantu diem nunciant. Hinc gallus* ὀρθροβόας, *qui manè clamat,* ἡμερόφωνος, *qui diem nunciat: & Nonno* ἠεροβόντος, *id eſt, clamore excitans, ſcil. è lecto: unde* ἀλεκτρυών, *quia* ἀλέκτρους *homines facit.*

o *ita loquitur ſomniculoſus, cui adhuc nox eſt.*

quam loqui) quam horam censes nunc esse? Bel. Medium noctis, vel plùs paululum. Malv. In quo horologio? Bel. In medio domestico. Mal. Ubi tandem est horologium tuum domesticum? tu horologium unquam habueris *p*, aut inspexeris? cui omnis hora est semper dormiendi, edendi, ludendi, studendi verò nunquam. Bel. Atqui hic ego habeo horologium mecum. Mal. Ubi? Ostende. Bell. In meis oculis *. vide, ut nulla vi aperiri possint. obdormi rursus, obsecro, aut certè tace. Mal. Quid, malum *q*, est carósis *r* hæc, seu veriùs lethargus *s* & mors

p Solteſtu gehabt haben? iſt das möglich? *Ita editio Genevensis*, tu ut horologium. *Gallicè*, comme tu as jamais eu, *id est, quasi tu unquam habueris: vel, tanquam si.*

* *Hic in oculis, ut ille, nescio qui, apud Plautum in Bœotia, in ventre solarium habet: dicens*; Me puero venter erat solarium, multò omnium istorum o timum & verissimum; ubi iste monebat esse; nisi quum nihil erat. Nunc etiam, quod est, non est, nisi soli lubet.

q *hæc vocula, tanquam per parenthesin interposita, est velut adverbium indignantis & commoti. Contra pacati usurpant (bonum) quod tamen rarius invenias.* Apul. 10. met.

r κάρωσις *sopor, somnus gravis. quasi lues soporifera,* ſchlafſucht. καρόω *veternum, soporem cum gravedine induco:* κάρος *sopor, à* κάρα *caput.*

s λήθαργος *propriè est tardus & obliviosus, à* λήθη *oblivio &* ἀργὸς *velox. Deinde est morbus à frigida & humida cerebri intemperie, inexpugnabilem afferens soporē:* veternus *Latinè. Est autē* κάρος *velut symptoma quod-dam,*

s quædam? quàm diu putas nos jam dormisse? BELLI. Horas duas, vel ad summum tres. MAL. Ter ternas. BEL. Qui fieri istud potest? MAL. Gomezule, i curriculò *t* ad solarium *u* Franciscanorum *x*, & contemplare, quota sit hora. BEL. Apage solarium, quum sol nondum sit ortus. MAL. Ortus verò? aperi fenestram istam vitream. heus tu puer, ut verberet *y* sol, huj⁹ oculos suis radiis. plena sunt jam sole omnia, & umbræ minores.

dum, lethargus per se consistit & cerebri affectiones labefactat. Hinc gravis lethargus *dicitur. Ipse morbus etiam lethargia; & eo affectu lethargicus.*

s *unde tam difficile sit excitare, atq; si homo mortuus esset. Et nos profundum somnum dicimus* todschlaf.

t *i.e. currendo, cursim Curriculum enim hîc est cursus. & ablativus instar adverbii, δρομάδην, δρομαίως: non βάδην, sed δρόμῳ, quæ Græci aliquando opponunt; ut significent, non lento gradu, sed curriculo,* nicht fuß für fuß/sondern schnelles laufes gehen.

u Sonnenzeiger/sonnenuhr; *ubi sol ad certos numeros descriptos horam signat, lucido die. horologium solarium.* Plin. lib. 7. c. 60 *horarium Censorino cap. de diebus. Aliter solarium, est locus, ubi ad solem apricantur. heliocaminus. Est & aliud prima brevi à solo, solarium, quod è solo penditur; ut locarium.*

x *Monachorum ordo est à Francisco quodam celebri inter suos.* vide coll. 12. p. 142.

y *i. e. afficiat, lustret, vehementer tangat*, unter die augen schlagen. *ita solis radii* verbera *dicuntur Lucretio, ut Sophocli & aliis ἡλίου βολαί, quasi* solis jacula, *& cornua, ut Hebræi splendoris radios vocant* Exod. 34. 29. *&* Habac. 3. 4.

tes z. BEL. Quid tibi est rei cum ortu solis & occasu? sine illum priorem te surgere, cui majus est conficiundum iter diurnum *a*. Gomezule, cursim intendito *b* ad d. Petri *c*, ibi asspicito, & in horologio machinali *d* quæ sit hora, & in gnomone *e*. GOM. Utrumque sum intuitus. In solario parum abest umbra à secunda lineæ *. In horologio digitus *f* indicat horam paulò plus quintam *g*. BEL. Quid

I 2 nar-

z *ut solent circa meridiem, quum sol se maximè è perpendiculo exhibet*. Arist. probl. 15. nu. 4. *in ortu autem & occasu contrà longissima*. a *ab ortu in occasum* Ps. 19. v. 6.

b cursim intendito, *id est celeriter dirige cursum. Loquitur ut Terentius Andr.* 2. 2. Sed ubi quæram, quò nunc primùm intēdam. *ubi Donatus*, Nunc in omnes partes se versat, quærens, quò dirigat cursum. *Verbum est à venatoribus vel jaculatoribus translatum. Possit tamen etiam dici cursum intendere: ut Livius dixit*, iter in Italiam, iter ad prætorem intendere, abnstellen.

c *sc. adem, usitata ellipsis in hoc genere, & Græcis & Latinis.* d *quod fabrili artificio factū, machinali dispositione & pondere regitur: rotulis ferreis movetur & pulsu mallei, in campanam aut tintinabulum incussi, horas numerat. Machina* μηχανὴ, *inter alia est fabrica artificiosa.*

e γνώμων *in genere est cognitor, index: hic est stylus horas indicans, solis velut umbilicus, cujus umbra cognoscuntur horæ: unde* σκιοθήρας. *quasi indagator umbræ.* Vitruvius lib. 1 cap. 6 *origo est* γινώσκω, *cognosco.*

* *Ita loquitur, quia antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis umbra & punctō signanda. Vide Vitruvium l. d.* f *index, ceu veruculum.*

g *Si enim quinta est prima lineā, ergo sexta secunda. Si alia sumatur, prope meridiem id fiet; qui semper est idem.* Plin. l. 18. c. 34. *Ante horam a quintā prolixior est umbra, quàm ut circulo continери satis commodè possit.*

narras? aliud restat ergo agendum tibi, ut huc sistas mihi fabrum ferrarium ex vico lapideo *h*, qui forcipe disjungat *i* has palpebras tam affixas, dic ei, revellendam esse è foribus seram aliquam, cujus sit amissa clavis. GOM. Ubinam habet *k*? MAL. Iste verò seriò accerseret *l*. Desine jam nugari, & surge. BEL. Surgamus tandem, quādo ita obstinasti animo *m*. Vah, quàm es odiosus sodalis. Exsuscita me, Christe, ex somno peccati ad vigiliam justitiæ, transfer me ex nocte mortis ad lucem vitæ: Amen. MAL. Feliciter tibi procedat *n* hæc lux *o*. BEL. Et tibi hæc eadem & aliæ quàm plurimæ lætæ ac faustæ, hoc est, ut eam ita transigas, ne cujus virtutem lædas, neu quis tuam. Puer, afferto subuculam mundam: nam hanc jam totos sex dies gestavi. Hem, arripe pulicem illum saltitantem. Omitte nunc vena-

h Steingassen / *vico à lapidibus dicto. Nam alioqui lapideum est, quod ex lapide factum.*

i aufbreche / von einander thue, *aperiat, discludat.*

k *habitat, ut suprà.*

l *i. e. vocaturus esset. tam inscitus est, ut joca & seria nequeat discernere.*

m *eleganter. i. e. obstinatus, offirmatus animo, vel obstinato animo es: quia ita obstinatè vis, & pertinaciter*, weil du es je so haben wilt, *q. animo stante ob alium. Plaut. Aul.* 2. 2. Ea obstinavit affinitatem hanc gratia. *id est, obstinata & perseverante voluntate ambiit. Ita Livius,* obstinaverant animis vincere aut mori; Sie waren resolvirt / hatten diß jhnen so gäntzlich fürgenommen.

n *cedat, inchoetur & transigatur.*

o *hic dies.*

venationem pulicum: quantulum erit pulicem unum in cubili hoc exstinxisse †? MAL. Quantum, guttam unam aquæ Diliæ * huic adimere. BEL. Imò verò mari ipsi Oceano. Nolo hanc subuculam collari *p* rugato *q*, sed alteram illam plano *r*. Nam rugæ hæ quid aliud sunt hoc tempore, quàm nidi aut receptacula pediculorum & pulicum. MAL. Inepte! exsistes repentè dives; habebis pecus album, & pecus nigrum *s*. BEL. Peculium numerosum magis, quàm quæstuosum: & comites, quos malim semper videre in vicinia, quàm domi meæ *t*. Jube famulam resuere *u* latera hujus subuculæ, & quidem filo serico. GOME. Non habet. BELLI. Lineo igitur, aut laneo, aut etiam, si ita libet ei, sparteo *x*. Nunquam

† *necesse.*

* *fluvius est Lovanii, aliter Dela, de* Dijle.

p *collare, hic est colli tegmen, limbus superior indusii,* Krage, *à* Krage, *i.e. jugulo.*

q *crispo, in rugas collecto. Rugatas conchas Plinius dicit l. 9. c. 33. Plauto palliolum* rugare *dicitur, intransitivè.*

r platt / *non corrugato.*

s *ἀργενναὶ seu ἄργυφοι καὶ μέλαιναι ὄϊες, i.e. albæ & nigræ oves vocantur ab Homero, quibus qui abundant divites sunt. oves autem peculiari gratiâ pecudes dicuntur. Hîc intelliguntur ea, de quibus Serenus*

Noxia corporibus quædam de corpore nostro
Progenuit natura, volens abrumpere somnos
Sensibus, & monitis vigiles inducere curas.

t *quod malum est, eadem opera potiùs deprecemur à nobis & aliis.*

u *suendo restituere, resarcire, reconcinnare, ἀναῤῥάπτειν.*

x *quod è sparto fit, crassius. Est autem spartium vel*

famula hæc habet quod est opus : quod verò non est opus, affatim : te verò, Gomezule, nolo ego esse divinatorem *y*. Exsequere mandatum meum , & renuncia : ne arioleris *, quid sit futurum. Excute pulverem è fœminicruralibus concussu *z*. Hinc purga diligenter muscario *a* illo setaceo *b*. Udones *c* dato itidem mundos. Nam hi sunt jam exsudati *d*, & pe-

spartum frutex diversus à genista; etsi cognatus: pfrimen. *Virga ejus ad vinciendum aptæ sunt, ut fractu contumaces. Hic autem sparteum est tanquam cannabinum dixisset. Vide* Plin. l. 19. c. 2. *&* 24. 9. Dioscor. lib. 4. 152. *& ibi* A. Matthiol.

y *qui eventura prædicas.* * *ne divines.*

z *ut concutias*, mit schüttelen.

a *Muscarium est, quo muscæ abiguntur* μυοσόβη.

b setaceus, *a, um, ex setis factus, i.e. durioribus pilis,* τρίχινος. *Nos dicimus* bürste *à porcino, scil. pilo. Magis assonat Gallicum* pourceau *i.e. porcus. Ita hic Gallus vertit* de soye de pourceau *setâ porcina. Sic enim etiam, quæ* porcellana *Italis,* porcelaine *Gallis, nobis* burtzel *vel* portzelkraut. *Latinis* portulaca.

c *Udo aliter odo) est lineus vel laneus soccus ; ille munditiei, hic caloris causâ,* πόδιον *vel* ποδεῖον, füsseling. *Plinius udones impilia dixit, ut nos etiam* filtzschuhe, *quia ex hircorum pilis fiebant, unde cilicii dicuntur. Vide* Mart. l. 12. & 14. Cujac. lib. 10. obs. c. 17. *laneos calceos dicit vel pelliceos: & ducit à Græco* ὀθόνη, *i.e. lintea. Malim ab* οὖδος *solum, sicut à solo solea. Gloss.* pedale ποδεῖον.

d *Exsudatum est, quod per sudorem est transmissum. Ita* arbor exsudare liquorem, homo exsudare laborē *dicitur: Virgilio humor* exsudare, *i.e. velut sudando emitti. At hic Vives exsudatos udones dicit, qui sudorem jam trāsmittunt, vel sudore oppleti, vel, ut Apulejus loquitur, perlisi sunt, & velut unginosi, quæ vox Plinii est.*

& pedore *e* olidi, φεῦ*, amove eos isthinc continuò, offendit me fœtor gravissimè. GOME. Vis interulam *f*? BEL. Non, nam ex luce soli colligo, diem fore calidam. sed cedò mihi thoracem, illum dimidiis manicis serici gausapini *g* & tunicam simplicem fustadicam *h*, cum vinculis vestiariis oblongis

I 4 MAL-

e *sordibus fœtidis, quales sunt* παίδων *immundorum & ancunulentorum.* * *interjectio abominantis* phui, fu.

f *tunica, quæ interiùs induitur: indusium, quod* Varro l. 4. de ling. Latina *intusium, quia intus est. Hic interula est tunica media inter thoracem, &, quod nos vocamus indusium (i.e.* χιτώνιον ἐγέσαρκον, *i.e. proximè adhærens cuti)* ein leibröcklein / hembdröck / *quod frigidiore cœlo gerimus.* wullenhembd, *quia ferè ex lana.*

g *sericum gausapinum est villosum, altera parte molle, quod* ἑτερόμαλλον *dicũt,* sammet: *vox & aliis gentib. nota. Belgis* fluwel, *ex Gallico* veloux, *sericum heteromallum, quasi villosum Nam* velu *est villosus, pilosus. Dicuntur etiam vestes holobera. Zonaras ait,* βῆρος *esse vestes sericas. Gausape tegmentum villosum est: unde gausapinum pro villoso,* ἀμφιμάλλῳ.

h *Fustanum est gossypium.* Ut *pannus ille, ita vox ab Anglis nata videtur Illis enim est* fustyan *pro gossypino Inde vox eadem apud Italos & Hispanos manet Fortè à* fuste *dici possit; quia gossypium est lana, quæ in fuste, hoc est ligno nascitur. Nam & planta illa* ξύλον *dicitur, quæ vox Græcis etiam est fustis, unde Diogenes & ejus sectatores* ξυλοφόροι. *Et Matth. 26. 47.* ξύλα *sunt fustes etiam vulgato interpreti. Prius autem fustadicam, deinde fustanicã dicit. Ergo discrimen inter ea ponit. Interpres Gallus tunicam simplicem fustadicam vertit*, mon saye simple de drap d'Angleterre, *i.e. tunicam meam simplicem ex panno Anglico. Quod autem sequitur* imò fustanicam, *exponit*

mais

* MAL. Imò fustanicam. Quid isthuc rei est? quónam ire cogitas, ut tam ornes te præter morem tuum? (præsertim quum sit dies profestus) & poscis ligulas devinctorias castrenses *i* BEL. Et tu cur induisti bombycinam levem, recentem ab officina, quum habeas capripiliam *k* & Damascenam *l* detritam. MAL. Dedi

mais de drap de cotton d'Alemagne, *i.e. potiùs ex panno cotoneo Germanico. Cæterum gossipii descriptionem, vide apud Matthiolum in* Diosc. lib. 2. c. 97 *&* Plin l. 19 c. 1. & lib. 12. c. 10. 11. *Nos vocamus* baumwoll/*ut* ἐριόξυλον *Græci Item* baumseide, *quasi sericum arboreum. Planta etiam* βάμβαξ *&* πάμβαξ, βάμβαξ, βομβάκιον, *á bombyce per similitudinem dici videtur; nisi malimus esse nostrum, à* boom *Saxonico. Certé* bombasin *&* bomsiden *admodum* παρηχοῦσι. *Nos xylinum pannum vocamus* barchen *vel* parchen, *forte quód sit instar pergameni, quod Gallis* parchemin.

* *ligulis oblongis.*

i *quibus pendulis milites vestimenta devincire solent; ut vel ornatiore: vel horridiores videantur. Devinctorium autem ex analogia dixit: ut Græci* σωδέσμιον.

k *vox facta à Vive, Capripilius, est ex caprinis pilis factus. Cilicii hirci & capræ ad certa tegumenta pilos sufficiebant: unde Cilicia dicuntur aliquoties in sacris quoq; literis, vestes rudiores, quarum usus erat in luctu* Gen. 37. 34. Matth. 11. 21. *pro eo quod est in Græco* σάκκος. *Et saga cilicina* δέρρεις τρίχιναι, Exod. 26. 7. *saccus cilicinus* σάκκος τρίχινος, apoc. 6 12. *Matth. 3. Johanni tribuitur vestis è pilis camelorum, nempe simplex, ut pœnitentiæ magistro, voce & exemplo. Caspii sacerdotes è camelorum pilis, qui molles erant, vestes gerebant* Ælian lib. 17. 34. *Veteres Christiani ad exercitia pietatis è vestibus camelorum cilicia contexta gerebant. Vide* Isaac. Casaub. exercit. 14. ad annal.

Dedi hæc resarcienda. BEL. Ego verò in hisce meis magis commoditatem specto vestitûs quàm ornatum. Uncinuli *m* isti & orbiculi *n* sunt laxati *o*. tu, improbe, inconsideratè semper dissolvis. MAL. Ego potiùs utor globulis *p*, & ocellis *q*: quod est decentius, & minùs in induendo & exuendo molestum. BEL. Non est idem omniũ judicium in his, ut in reliquis omnibus. Pectorale *r* hoc tunicæ con-

dito

nal. Bar. a. 31. *Quid autem hic erit? Satis honesta vestis, quam nos* schamlot, *Belgi* famlot *à camelis dicimus, quæ cymatilis, undulata, vocatur, quia* κῦμα, *id est, undarum fluctus imitatur quibusdam filorum ductibus.*

l *Damasceni operis, scutulata, cujus textura scutulas imitatur. à Damasco quædam res & artificia celebrantur, ut encaustica pictura* (damastkeniren) *Damascena pruna.*

m *quia unci ad apprehendendum & retinendum, fibulæ, hamuli,* haken/ häfte.

n *velut annuli, quibus uncini infibulantur seu infiguntur,* ἐμβοτῶνται, ἐμπορπῶνται, nöse/ *q. nasi, i. e. ansæ. Ita calicibus quibusdã nasos tribuunt* Juvenalis *& Martialis. Aliter* malge, *Belgis* maelie. *ut & Gallis* maille, *à macula: ut macula retis dicitur foramẽ, orbiculus,* ringlein.

o sind von einander gangen / *dilatati nimis. extensi, producti.*

p *rotundi velut noduli* knöpfe, *quales ex pilis, ossibus, ære, argento, auro fiunt: bullæ fibulariæ, clavi,* κόσυμβοι *dicuntur* Exod. 28. 39. *ubi &* χιτὼν κοσυμβωτὸς *v. 4.*

q *quibus globuli induuntur, quod est* ἐγκομβοῦν: *qua voce S. Petrus utitur epist* 1. *c.* 5.

r *fascia pectoralis, quæ dicitur apud Latinum interpretem* Esa. 3 24. *&* Jer. 3. 32, *ubi* στηθοδεσμίς. *aliàs* στηθόδεσμον, περιστήθιον, *quod fœminis mamillare. Apul. l. 11. met.* candido linteamine cinctum pectorale,

dito in arcam, nec proferas tota æstate. As-strigmenta hæc strenuè * sunt exarmata *s* suis ferris *t*. Limbus hic est dissutus & discerptus, cura reficiendum. sed vide, ne assuantur deformes commissuræ *u*. GOME. Non poterit id perfici ante sesquihoram. BEL. Affige ergo aciculâ, ne pendeat: dato periscelides *x*. GOME. Adsunt. calceolos cum crepidis *y* longi obstraguli *z* paravi tibi, pulvere bene excusso. CAL. Calceos potiùs exterge situ, ac nitida. MALVEN. Quid est ligula *a* in calceo? de qua inter Grammaticos *b* fuit controversia

* *i.e. admodum, seu violentè.* s *astrictoria vincula sic vocat.* t *ferreis aculeis, cuspidibus. ferra alioqui plurali numero non dicimus.*

u *panniculi, qui committantur cum limbo, id est, junganturr,* lappen

x περισκέλια & περισκελίδες, *quæ* περὶ σκέλη. *Suida feminalia braca. Hic sunt fasciæ, quibus tibialia substringuntur, ne pendeant.*

y *solea,* pantoffel *à* κρηπὶς. *In crepida tamen prima corripitur.* Gell l.13 c.10.

z *in genere est, quo aliquid obsternitur. Hic est operimentum calcei,* das überleder.

a *ligula habet speciem diminutionis, vox tamen est assimilationis, ut & nos* züngleni *vocamus, quicquid in linguæ morem formatum est; mucro,* γλωχὶν, ἄκρον. *Hic ligula est. corrigia calcei. Est etiam cochlear* μύστρος, μυστίον.

b *Martial lib.14. ait:*

Quamvis me ligulam dicant equitesq; patresq;,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Quum ligula dicitur, prima syllaba brevis est: ut fieri solet, consonarum altera extrita; ut mamma mamilla, signum sigillum. At etiam lingula legitur, manente prima longa.

versia peracerba (ut solet de omnibus) dicendúm ne esset ligula an lingula. BEL. Illa assuitur calceis Hispanicis in summa planta, hic non habent. MA. Et in Hispania jam desuescunt apponere, calceatu Gallico. BEL. Accommoda mihi tuum pectinem eburneum *c*. MAL. Ubi est tuus ligneus, & quidem Parisiensis? BELL. Non audisti, me heri objurgantem Gomezulum? MAL. Objurgare vocas tu ferire? BEL. Hoc illud erat*. fregerat quinque aut sex radios pectinis ex densis, ex raris penè omnes. MAL. Legi nuper scriptorem quendam *d* præcipere, ut eburneo pectine pectamus caput, quadragies ducto à brechmate ad verticem, & inde ad occipitium. Quid agis? hoc non est pectere, sed mulcere *e*. cedo pectinem. BEL. Neque isthuc est pectere, sed radere aut verrere. Credo, habere te caput testaceum. MAG. Et ego, te butyraceum. adeò non audes attingere. BELL. Vin' tu igitur, ut mutuò arietemus *f* capita?

c *ex ebore,* auß helfenbein, *id est, ex osse elephantis. Quos autem dentes elephantis vulgò vocamus, cornua sunt: quibus convenit emolliri & hominum arte expoliri.*

* *i e. hæc causa erat:*

d *Marsilius Ficinus lib. 1. de studiosor. tuenda san. c. 9.*

e *mollitie tangere,* sanfft streichlen.

f *Verbum Senecæ frequens Est autem infestis velut capitibus & cornibus concurrere, cum impetu & incursu coire, more arietum:* κορύπτειν, mit den köpfen zusamen laufen: sie zusamen stossen, *collidere. Dicimus autem* arietare in aliquem, *i. e. cum impetu incursare: & arietare aliquem, i. e. pulsare. Et simpliciter arietare est pugnare*

contrà

MAL. Nolo tecum contendere insaniâ, nec committam *g* bonam mentem meam cum tua dementia. Ablue jam tandem manus & faciem: sed os potissimùm, ut mundiùs *h* loquaris. BELL. Utinam adeò citò animum perpurgarem, ut manus! dato malluvium *i*. MAL. Confrica paulò diligentiùs nodos *k* istos manus, quibus hærent sordes densissimæ. BELL. Falleris. nam puto esse potiùs decoloratam pellem & rugatam. Abjice has malluvias *l*, Gomezule, in cloacam *m* illam, & cedo mihi reticulum *n*, & pileum clavatum *o*. Affer

contrà niti. Senec lib. de vita beat. c 8. Nihil pravi, nihil lubrici superest, nihil in quo arietet, aut labet. *ubi Lipsius*, arietet in pravo, labet in lubrico.

g *conserere certando, ut committi solent pugiles*, συμβάλλειν εἰς μάχην. *Sensus est*, Ich will meinen verstãd mit deinem unverstand nicht fechten lassen.

h *modestiùs, prudentiùs, civiliùs*, etwas bescheidener und vernünfftiger.

i *Malluvium, quo manus lavantur*, handbecken/ χερνιπτήριον: *ut pelluvium, quo pedes. Fest.* ποδονιπτήριον.

k *condylos.*

l *i e aquas malluvii. Fest.* Malluviæ, *quibus manus sunt lotæ: ut pelluviæ, quibus pedes.*

m *locum sordium, in quem purgamenta abjiciuntur ex oculis. à colluo vel κλύζω purgo.*

n *reticulum est parvum rete: deinde illud retis instar, quo capillitium mulieres coërcent*, haube/ κεκρύφαλος, *reticulum capillare Est etiam, ut hoc loco, inter tegumenta capitus virilis; ut nos* ein häublein *dicimus, quod sub pileo geritur; quod ex serico leviter textum intelligi videtur, quale quidam habent.*

o *clavis ornatum, bulla, emblemate*, spangenhut.

fer jam ocreas. GOME. Itinerariásne *p* ? BELL. Non, sed urbanas *q*, GOM. Vis cucullionem *r*, an pallam *s* ? BEL. Sumus foràs prodituri ? MALL. Quid ni ? BEL. Affer igitur lacernam *t*. MAL. Prodeamus jam tandem, ne amittamus *II.*
è manibus deambulandi tempus. BELL. Duc *Pars.*
nos, Christe, per vias tibi gratas, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. O quàm formosa aurora, verè rosea, & (ut poëtæ vocant) aurea, quàm gaudeo me surrexisse! exeamus urbem. MALV. Exeamus. nam ego hac tota hebdomade pedem porta non extuli, sed quò ibimus primùm, inde quâ ? BEL. Ad arcem, an ad mœnia Carthusiana *u* ? MAL. An potiùs

p reisestifel. *itinerarium, quod ad iter adhibetur.*

q *quibus in urbe manentes utimur*, hausstifeln/ knieſtifeln.

r *cucullio*, ein Spanische kappe.

s *palla*, ein langer rock. *palla Gallica*, ein jacke/ kajacke/kasacke/ *ut Gallicè dicunt* casacque: sagum, *unde duci videtur. Dicitur etiam* sagus, *Afranio, &* saga *Ennio. Cucullio, ut vult Capitolinus, est pileus viatorum, quo caput tegentes noctu ambulant, scil. adversus injuria ventorum.* *à voce* cucullus, *quasi diminutivum, ob rotunditatem aliquam, à κύκλῳ. pallam dici volunt, quæ palàm gestetur. Est non tantùm fœminarum, sed virorum quoque: unde nos* palt:rock, *vel, ut inferiores Germani* paltrock.

t *genus pallii est lacerna, adversus frigus & pluviam,* regenmantel/reisemantel. *vide* Plin. l. 18. c. 25. *&* Cic. 2. Phil. *Ideo vestis vilior erat, &, licèt quodammodo lacera, usum præstabat.*

u *à Carthusiæ solitudine dicti sunt monachi Carthusiani, qui illam auctore quodam Brunone cœperunt habitare ann.*

potiùs ad prata divi Jacobi ? BEL. Minimè illuc de mane *, ad serum † potiùs. MAL. Ad Carthusianos ergo per Franciscanos *x*, & Bistum *y*, inde per portam Bruxellensem *z*: tum redibimus per Carthusianos ad rem divinam *a*. Ecce tibi Joannium. Sis salvus, Joanni. JOAN. Et vos plurimùm. Quid isthuc est insolitum ? tàm bene manè surrexistis ? BEL. Ego verò arctissimo somno eram consopitus: sed Malvenda hîc clamando & tundendo avellit me è lectulo. JOAN. Rectè fecit. nam totum te reficiet ac recreabit hæc deambu-

ta ann. Christi 1087. *cui Rogerius Calabriæ & Siciliæ comes monasterium S. Jacobi cum castro donavit. Baron. in ann. eccl.*

* *i.e. matutino tempore*, des morgens. De *hîc eleganter ocium agit; ut quum dicunt optimi scriptores*, de nocte, de die, de mense Decembri. De *etiam est ab initio*, von der nacht ahn.

† *i.e. circa vespertinum tempus*, des abends. *Suet. in Aug. c.* 16. in serum *dixit, i e. in vesperum*, spât hin.

x *per homines intelliguntur loca. Franciscani sunt monachi, dicti à celebri inter suos Francisco, qui Assisii in* Umbria *natus est anno* 1182. *Hi monachi Gallis dicuntur* cordeliers, *q. chordigeri vel funigeri, quia fune cincti ambulāt.*

y *Gallicus interpres hoc omisit. Johanni Thomæ Freigio videtur legendum* xystum, *quæ est porticus lata ad hibernam exercitationem. In Carthusiano quidem cœnobio est spectabilis porticus. Sed Bistum retineatur. Est enim ibi porta quædam Biestensis, prope p. Franciscanorum.* Vide Lovanium Lipsii. Biest *Belgis est area, platea spatiosa, forum, vicus rusticus viculus, ut docet* Cornel. Kilian. in Dictionar

z *qua itur Bruxellas.*

a *i.e. missam: ut est sententia Vivis. Res divina cultum Dei significet nobis sincerum.*

ambulatio. Eamus ad pomœrium *b*. ô admirabilem & adorandum artificem tantæ pulchritudinis! non immeritò vocatur opus hoc mundus, & à Græcis κόσμος, quasi ornatus & elegans. MALV. Ne contentè *c* deambulemus, sed lentè ac molliter *d*. Conficiamus, quæso, in hac mœniali *e* ambulatione duo aut tria spatia *f*, ut ociosiùs & liberiùs tam decoram speciem *g* contemplemur. JOAN. Attende. nullus est sensus, qui non egregia aliqua voluptate perfundatur. oculi primùm: quæ varietas colorum? qui vestitus terræ & arborum? qui tapetes? quæ picturæ comparari huic possunt? hæc sunt naturalia & vera, illa altera ficta & falsa. Non injuria vates ille Hispanus Majum appellavit pictorem mundi *h*. Jam aures: qui concentus avium, & potissimùm

Descriptio veris.

1. Visus.

b *locus post muros (si in urbe sis) ubi ambulatio solet esse amœna. Alioqui murus est post illud. Breviter est circa muros. Mœros olim muros dixerant.*

c *contentu viribus, festinantèr,* hastig.

d *tarde & sedatè.*

e *vox Vivis. Latinè & usitatè dicimus, ambulatione ad mœnia, vel circa ea.* Murale *quidem dicitur, sed id hunc sensum non fert. nempe* muralis herba, *qua in muris crescit:* honos muralis, *qui propter muros datur:* machina muralis, *qua muri quatiuntur:* pilum murale, *quod de muro dejicitur.*

f *bis tèrve circumeamus, relegentes vestigia.*

g *mundi fabricam.*

h *κοσμογράφος vel κόσμου ζωγράφος: quia Majus aperit terræ decorem: unde ille apud Virgilium ait,*

Omnia nunc florent, nunc formosissimus annus.

2. *Audit.* tissimùm lusciniæ? ausculta eam è salice, à qua (ut Plinius inquit) perfectæ Musicæ scientiæ modulatus *i* editur sonus. animadverte accuratè: & annotabis varietates omnium sonorum: nunc non interquiescit, sed continuo spiritu in longũ æquabiliter †, sine mutatione: nunc inflectitur. Jam minutiùs & concisiùs canit: nunc intorquet, & quasi crispat vocem: nunc extendit, jam revocat, aliàs longos concinit versus, quasi heroicos, aliàs breves, ut Sapphicos *k*, interdum brevissimos, ut Adonicos. Quin etiam quasi Musicæ ludos & scholas habent. Meditantur aliæ juniores, versúsque, quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna (utinam nos præceptores nostros pari!) & reddit, vicibusq; reticent. Intelligitur emendatę * correctio, & in docente quædam reprehensio. Sed illas ducit natura recta, nos voluntas prava. Adde his,
3. *Olfact.* qui odor spirans undique, sive ex pratis, sive ex segetibus, sive ex arboribus, etiam ex ipsis agris cessantibus & squalidis! Sapor, quic-
4. *Gustus.* quid ori admoveas, vel ex ipso aëre, qualis primi & tenerrimi mellis. MAL. Hoc puto esse, quod à nonnullis audivi, apes consuesse mel suum

i *vide* Plin. lib. 10. 29. *cujus verba quædam hîc recitantur.* † *deest vox* trahitur, *quæ est apud Plinium.*

k *hyperbole est, ad exaggerandam suavitatem melodiæ Philomelæ. Sapphici versus autem à Sapphone poetria, Adonium ab Adonide heroici ab heroibus sunt appellati.*

* *ejus, quæ emendatur. Ita Plin.*

ſuum colligere menſe Majo ex cœleſti rore *l.* JOAN. Ea fuit multorum opinio. Si aliquid vis dari tactui, quid mollius aut ſalubrius hac aura ubique ſpirante, quæ ſalutari ſpiritu per venas & univerſum corpus ſeſe inſinuat? Venit mihi nunc in mentem verſuum aliquot Vergilii *m* de vere, quos utique cantillabo, ſi me poteſtis ferre voce mea non olorina, ſed anſerina *n*: tametſi hanc malo, ſi non aliàs cygnus canit dulce, niſi fato ſuo proximus. BELL. Ego quidem, ut pro me reſpondeam, vehementer eos verſus aveo audire, qualicunque voce, modò etiam exponas eos nobis. MAL. Nec ego ab hoc diſſentio. JOAN. 5. *Tactus*

Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, aliúmve habuiſſe tenorem,
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri;
Quũ primùm lucè pecudes hauſere, virûmq;
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,
Immiſſæq; feræ ſilvis & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

BEL. Non ſatis intellexi *x*. MAL. Ego, ut reor, multò minùs. JOAN. Ediſcite nunc eos. *aliàs intelligetis. ſunt enim deſumti ex in-

l *rore aëreo. Vide* Ariſt. l. c. 22. Plin. l. 11 c. 12.
m 2. *Georg.* n *non fluenti & dulci, ſed rauco.*
x *vide commentarium* Jo. à Mejen: *aut alium plenioris, ut P. Rami.* * *hic malè* non *addebatur. meliùs* nam.

tima philoſophia, ut alia vatis illius permulta. MAL. Quæramus ab Orbilio *y* literatore *z*. quem habemus obvium *. JOAN. Imò eſt homo nō admodū obvius: ſalutemus modò, & ſinamus abire hominem rabioſum & plagoſum, ingentis ſupercilii, imbutum *a* magis literis, quàm eruditum: tametſi perſuaſit ſibi ſeriò, ſe eſſe literatorum alpha *b*. Cæterùm diximus de corpore, quid porrò? animum & mentem *c* quantopere exhilarat & excitat hujus-

animus.

y *nomen eſt grāmatici, quem Horatius plagoſum vocat* 2. epiſt. 1. *vide de eo Suetonium lib. de illuſtr. gramm. Docuit majore fama, quàm emolumento: & in ſenectute memoria bono excidit, unde* literarū oblivio *vocabatur.*

z *grammatico literarum magiſtro. Suet. lib. de illuſtr. gramm.* Sunt qui literatum à literatore diſtinguunt; ut Græci grammaticum à grammatiſta: & illum quidem abſolutè, hunc mediocriter doctum exiſtiment.

* *Ambigua eſt vox* obvius. *Primò eſt, qui in via occurrit, deinde humanus: ut Plin. lib. 1. epiſt.* 10. *de Euphrate philoſopho.* Amari ab eo laboravi; etſi non erat laborandum. Eſt enim obvius & expoſitus plenuſque humanitate, quam præcepit. *Eſt igitur hîc obvius ἀπρόσιτος, πρᾶος, non obvius contrà ἀπρόσιτος.*

a *q. madefactum in ſuperficie non διαπεπηγῇ βαφῇ, intima & penetrabili tinctura.*

b *principem; ut alpha eſt princeps litera; quam etiam ex eo quidam dici volunt, quod ſit* allúph, *i. e. dux. Sunt enim literarum nomina ex Hebræo fonte: ubi prima litera* áleph.

c *quod attinet ad animum &c.* Animus & mens *dicitur pro mens animi. Nam mens eſt in animo, ut oculus in corpore: ſicut Lucretius ait lib.* 4. Mens animi vigilat. *Sæpe iſta boni ſcriptores coniungunt. poteſt tamen hîc in Vive mens intellectus, & animus voluntas atq; affectus eſſe.*

jusmodi aurora? nullum est tempus ad edi-ſcendum æquè idoneum, nullum ad perſpiciendum continendúmque, quæ audias, quæq; legas, nec aliud ad meditandum & excogitandum, quocunque applicaris animum. Non immeritò quidam dixit: Aurora gratiſſima Muſis. BEL. Sed ego jam exſtimulor appetentiâ *d*. redeamus domum jentatum. MAL. Quid tandem? BEL. Panem, butyrum, ceraſa, pruna cereola *e*: quæ tantopere videntur noſtris Hiſpanis placuiſſe, ut illorum nomine pruna omnia nuncupent *f*. Vel, ſi hæc non ſint domi, decerpemus folia aliquot bugloſſæ *g* & ſalviæ *h*, quæ addamus butyro. MAL. Bibemus vinum? BEL. Minimè verò, ſed cerviſiam, & quidem tenuiſſimam ex flava iſta Lovanienſi: vel aquam puram & liquidam, hauſtam è fonte Latino, aut Græco. ME. Quem tu fontem Latinum vocas? quem Græcum? BEL. Illum, qui juxta portam eſt, Græcum ſolet nominare Vives: ulteriorem illum,

 Lati-

d *capiendi cibi deſiderio, orexi.*

e *flava, inſtar ceræ.*

f *vocant enim* ciruela.

g *herba eſt dicta à βοὸς γλώσσης, i.e. bovis lingua* Ochſenzunge: *Græcis βούγλωσσον. Latinis bugloſſum & bugloſſa. Potui injecta lætitiæ & alacritatis cauſa eſſe creditur. unde corrago etiam dicitur, quòd cordis affectibus opituletur.*

h *ſalvia. Cauſa, cur hic appetatur, ea eſt, quòd contra frigidos & pituitoſos affectus & articulorum dolores ſit mirè efficax, tum in potionibus tum in fomentis.*

Latinum. causas ipse reddet tibi quum illum convenies *i*.

i *eas autem nobis divinare non erit promtum. Dicamus tamen, vivem ad alterum se Graecis, ad alteram Latinis studiis in suis deambulationibus recreare solitum fuisse.*

SENTENTIÆ.

1. *Per vigilias, imprimis matutinas, iter est ad eruditionem.*

2. *Refectio animi semper ad aliquam ejus perfectionem referetur.*

3. *Ut vitia fugiamus, laboremus. Sen. epist. 56.* Nunquam vacat lascivire districtis: nihilq; tam certum est, quàm ocii vitia negocio discuti.

4. *Qui ventri, somno, libidini vivit: nec sibi, nec aliis vivit. quod & turpissimum est & miserrimum.*

5. *Vota & preces seria esse debent, cum intuitu Dei, omnium rectoris: non autem jocis & ineptiis enervari.*

6. *Temperantiâ est adjuvanda corporis constitutio, ut sit idoneum animi instrumentum, ad meditandum & agendum. Sen. lib. 2. de ira c. 20.* Nec cibis quidem implendi sunt pueri. Distendentur enim corpora & animi, quũ corpore tumescent.

7. *Sol nobis quidam metator est & designator laborum. Ideo, si non anticipemus (quod hibernis diebus faciendum) at eum orientem velut comitabimur, ut ad opus nostrum prodeamus.* Ps. 104. 22, 23.

8. *Luden-*

8. *Ludendo simplices non decipiemus, ne seriò prævertant, quod dicitur joco.*

9. *Frustra est vigilare, nisi evigiles è somno peccatorum.*

10. *Is probus judicandus est, qui neq; alienam virtutem lædit, neq; suam vel illecebris vel minis lædi patitur.*

11. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est. Agatur ejus diligentissime cura: Ita tamen, ut, quum exiget ratio, quum dignitas, quum fides, mittendū in ignem sit. *Sen. ep. 14.*

12. *Munditics colenda est, etiam ingenii causa: sed non mundana illa, curiosa & futili carni blandiens.*

13. *Vestitum non decet semper esse æquè sumtuosum.*

14. Hoc est bonum, bene eligi. Nam, quúm vestem, qualem decet, sumo; quum ambulo, ut oportet, quum cœno, quemadmodum debeo: non cœna aut ambulatio aut vestis bona sunt, sed meum in his propositum, servandi in quaq; re rationi convenientem modum. *Sen. epist. 92.*

15. *Quibus in præsens tempus non est opus, nō sunt illico perdenda, sed in futurum usum reservanda, aut in pauperum necessitatem seponenda.*

16. *Pueri a teneris assuefiant moribus gravibus, & futilitati ac levitati maturè renuncient.*

17. *Inter laborem & viam subinde suspirandum est ad Deum, ut aspiret, ne quid pœnitendū agamus.*

 18. *Opera*

18. Opera manuum Dei non bruto, sed rationali oculo lustrãda sunt, ut usum eorum discamus & Dei (architecti omnium) sapientiam. potentiã & in hominum genus benignitatem prædicemus.

19. In nostris recreationibus ne unquam rei divinæ obliviscamur. at verò non ex humano arbitrio, sed cœlesti præscripto Deum colamus.

20. *Mundus est theatrum divinarum virtutum, imprimis verno temperie.*

21. *Valde indecorum est hominibus, quum omnes creaturæ suo in ordine Deo serviant, & ipsæ eum aves velut concentu quodam celebrent: nos earum harmoniam dictis & factis turpibus violare.*

22. Apes debemus imitari, quæ vagantur & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde, quicquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt. *Sen. ep. 84.*

23. *Adolescentum est, dum valent memoria, elegantes auctorum versus ediscere: quũ præcepta carmini inserta multum ponderis habeant, & facilius numerosa, quàm soluta, in mente hæreant.*

24. Calentibus ingeniis subtrahatur vinũ; quod pueris Plato negandum putat, & ignem vetat igne incitari. *Senec. lib. 2. de ira cap. 20. Plat. 2. de leg.*

25. *Præceptores ne sint Orbilii: & se discipulis non arte tantùm obligent, sed benigna & familiari voluntate, & peculiari cura in eos dirigant animum.*

animum. Ita obstringent se non tantùm ut magistros temporarios, sed ut perpetuos amicos.

DIALOGUS XII.

Domus.

¶ *Distinguatur in partes duas. Primò enim disseritur de cupiditate visendi domum quandã: deinde ea visitatur & spectatur.*

Jocundus, Leo, Vitruvius.*

IOCUND. Est tibi notitia cum insulario a amplæ atque elegantis hujus insulæ ? LEO. *I. Pars.*

* *Quia res est architectonica, introducuntur ejus periti tres artifices, duo recentiores, & Vitruvius antiquior. Intelliges autem hic* Johannem Jocundum *Veronensem &* *Albertum Leonem. M. Vitruvii Pollionis de architectura lib.* 10. *ad Augustum exstant. olim Venetiis editi an.* 1511. *ex castigatione* Joannis Jocundi *cum figuris & indice. & Alb. Leo Florentinus sub Nicolao V. pontifice de architectura scripsit.* Jucundus *in Græcis literis* Julii C. Scaligeri *præceptor fuit, quem laudat ut architectorum deum exerc.* 226. 12., *etiam* 104. 23. & 320. & 321.

a *insula propriè est terra, in salo posita, unde epitheto poëtico dicitur* ἀμφίρρυτος, *circumflua. Etiam per metaphoram, est ædificium, quod proprio ambitu constat, ut non jungatur communibus parietibus cum vicinis. Budæus* διάλαυρον καὶ περιάμφοδον οἰκίαν *vertit, quæ scilicet domus circa se habet* ἄμφοδα *seu vicos sicut sunt magnatũ ædes : negociatorum separata ædificia, loco munito conclusa &c. Hinc* insularius, *qui insulæ custos est præpositus* l. si ita legatus 16. & 1. ff. de usu habit. *censetur in urbanorum numero.* ff. de verb. & rer. sign. 166.

In primis *b*, & est asseclæ *c* patris mei admodum propinquus. IOC. Rogemus eum, ut nobis eam omnem patefaciat. nam ferunt, nihil fieri posse amœnius nec delectabilius. LEO. Adeamus, pulsemus fores tintinabulo, ne irrumpamus inexspectati. Atat. VITRU. INSULARIUS. Quis isthic est? LEO. Ego sum. VITRU. O salve multùm, pusio dulcissime, unde tu nunc? LEO. E ludo. VITRU. Qua igitur gratiâ *d* huc *e*? LEO. Sodalis hic meus & ego vehementer cupimus has ædes visere. VITRU.
II. Pars. Nunquam spectasti? LEO. Non totas. VITUR. Ingredimini. Heus puer, affer mihi claves ostiorum domus. Primum hoc est vestibulum *f*, patet semper interdiu, absque janitore, quod

b *inter primos.*

c *i.e pedisseqvo, qui patrem meum assectatur, officii & honoris causa, servus à pedibus* lacKeu *forte à cursu. Nam* lecKen *est alacriter salire & currere; ut Esa.* 35.6. alsdann werden die lahmen lecken wie ein hirsch. *vox* lacKei *est pluribus gentibus usitata.*

d *Quamobrem, qua de causa. ut Plaut. Bacch.* 1.1. Id flagitium sit meum, mea te gratiâ & operam dare mihi, & ad eam operam facere sumtum de tuo.

e *sc. venis.*

f vorhof / *cavum ædium, hypæthrum, subdiale, spatium grande ante fores ædium relictus: quæ αὐλὴ Græcis. locus, per quem est à via aditus ad ædes. Ideo* vestibulum *&* primus aditus: ante vestibulum *&* primo in limine *aliquando conjungi videas. Vesta sacer locus erat; unde Ovidius vocem derivavit: alii à vestiendo, quod januam vestiat; alii à ve & stare (olim etiam stire) quòd ibi multùm staretur. Simplex est, quòd vox*

quod nec intra domum est, nec tamen extra, noctu clauditur. Contemplamini portam magnificam, valvas *g* è robore *h*, munitas ære, utrumque limen *i*, & infernum & supernum, ex marmore alabastrite *k*. Olim Hercules solebat

notat amplum subdiale stabulum. sicut in αὐλῇ oves sunt apud Homerum; unde αὐλίζεσθαι stabulari. sic & nos hof / *dicimus locum subdialem, & domum magnatum (aulam) &* hortum. *Ve igitur ibi augebit; ut sit* πολυχανδὴς αὐλὴ, δ' ἐρυτινῆς: *quæ quide ejus epitheta sunt. Vide* Gell. lib. 16. cap. 5. Macrob. Saturn. lib. 8. cap. 8.

g *portæ bipatentes, quas bifores Ovidius dicit, quia volvendo aperiuntur.* δικλίδες θύραι, δίθυροι πύλαι.

h *quercus specie. quæ opera inde sunt roborea & roburnea ac roboraria dicuntur. ex præstantiore genere* wagenschott / *quasi tabulam undulatam dicas, in modum undarum se crispantium.* waae *est hic gurges, fluctus, præcipuè ventis crispatus: Gall.* vague, *Misn.* woge. wegen *est movere, agitare,* schott *sax est à* schieten/ schiessen: *ut dicimus* eine wand beschiessen. *contabulare asseribus, vestire parietes tabulis.*

i schwelle/ *quod limum seu transversum jacet. nobis à callo ve tumore. Belgic.* dorpel/ drüppel, *quasi* dörpal thürpfal *palus, terminus, meta januæ.* βηλὸς, *à* βῆναι. *Limen nubentes puellæ non tangebant, ne locum numini Vestæ dicatum, calcantes sacrilegæ haberentur. Superstitio.*

k *marmor alabastrites dicitur ea forma, qua vinum absinthites. voci masculinæ, quasi adjectivæ, apud Græcos respondet nomen ejusdem generis, illic λίθος, hic οἶνος.* ἀλάβαστρος ὁ & ἡ, & ἀλάβαστρον, τὸ *alabaster & alabastrū, lapis & vas unguentarium, ex eo factum. Nomen autem mansit, quum ex alia materia fieri inciperet. ut pyxides non tantùm ex* πύξῳ, *i.e. buxo, sed etiam ex alia re. ab* α *&* λαβεῖν, *propter levorem. etsi pro vase ducant ab* α

&

lebat præfigi ostio domus, ille ἀλεξίκακος *l*: hic *m* est Christus, verus Deus (nam Hercules erat crudelis homo & maleficus *n*) hoc *o* custode nihil mali ingredietur in ædes. JOCUNDUS. οὐδὲ οὖν δεσπότης αὐτοῦ *p*. VITRU. Quid dixit Græcè *q*? JOCUND. Cur tam multi ingrediantur mali? VITRU. Etiamsi mali ingrediuntur, nihil tamen inferunt mali *. LEO. Non utimini cardinibus *r*? VITRU. Desiit esse mos

& λαβή, tanquam ansis carens. vide Plin. l. 13.

l *à propulsandis malis* παρὰ τὸ ἀλέξειν κακά. *Multa enim mala sustulit, suis laboribus, qui proverbio celebrantur.*

m *i.e. hujus loco nobis erit.*

n *ut describitur à poëtis: pelle ursæ indutus, cum columnis etc. Fabulas de Hercule ex veritate historiæ ortas esse credibile est. Hugo Sanfordius lib. 1 de descensu Christi ad inferos, Herculem fuisse Josuam asserit.*

o *Christo vero* ἀποτροπαίῳ *& malorum averruncatore.*

p *Sic introducitur Jocundus loquens, ut Græci sermonis peritissimus, i.e. neq; igitur ipse herus sc. ingredietur. Jocus est. Si nihil mali intrat, ergo neq; possessor; ut qui & ipse malus. Respicitur ad illud Diogenis, qui, quum ostio domus quidam non satis probæ famæ homo inscripsisset, οὐδὲν κακὸν εἰσίτω, i.e.* nihil malum intrat: Ecqua igitur, *inquit,* herus ipse intrat? q *loquitur tanquam alium interrogans. Sed Jocundus occupat responsum.*

* *non important malum vel non lædunt.*

r *ferramenta, circa quæ vertuntur fores,* thürangele *q. hami foriū, qui eas apprehensas retinent: parte solida in cavam suspensa. potest etiam dici* thürhangel. *& Belgis est* hangsel: *aliter* harre *&* herre *ab hærendo; in quo hæret janua.*

apud

apud quasdam nationes. Sequitur ostium atrii *s*, quod atriensis servus custodit, præcipuus in familia, ut mediastinus extremus *t*. Tum atrium spaciosum ad deambulandum, multæ atque variæ in eo picturæ. JOCUND. Quænam quæso? VITRU. Illa est cœli facies ichnographica *u*: illa terræ & maris orthographica

s *atrium ea pars domus, ubi patresfamalias suam supellectilem expositam habebant, ut escaria, potoria vasa. &c. Serv. in* 1. *Æn.* In atrio, *inquit*, & duobus ferculis cœnabant antiqui. Ibi & pecunias habebant, & culina erat. unde & atrium dictum est. atrum enim erat ex fumo. *Ita Græci domum μέλαθρον vocant, quod etiam atrium vertunt. Certè Hom. etiam αἰθαλόεν, i.e., fuliginosum dixit Iliad.* β *Quòd verò vestibulum & atrium confunduntur; atque adeo etiam pro domo usurpantur; id non tantùm fit per synecdochen; sed, quia illa in tenuiorum domiciliis non sunt distincta, quæ in ædibus lautiorum. vide* Aristot. l. 1. polit. cap. 2. *Inde atriensis servus, cui atrii cura: qui diætæ i.e. cœnationi, seu triclinio præest. Atriensi in alios servos imperii erat ut scoparios &c.* l. 8. D. de instr. leg *ut in Plaut. Asin. Leonidas in Libanum act* 2. 4.

t *ut focarius. scoparius. ita dictus, quod semper velut in medio sit, ad usum cujuslibet. Gloss.* mediastinus *παραχύτης. Ita Græcis enim dicitur balneatoris servus, ab effundenda aqua.*

u *Vitruvius lib.* 1. *de archit. c.* 2. *ἰδέας seu dispositionis species ponit* ichnographian, orthographian *&* scenographian, *aliter legimus sciographian. ἴχνος est vestigium: ὀρθὸν erectum, σκηνὴ scena, tabernaculum, tentorium, umbraculum. Guilelmus Philander in eum locum scribit: ἰχνογραφία est* vestigium operis, quam platam

phica *x*. illa orbis nuper Hispanis navigationibus aperti sciographica *y*: in tabella illa est Lucretia *z* se interficiens. JOCUND. Quid, quæso,

platam formam (*platte forme* quasi planam formam dicas) mei Galli, Itali alludentes voci plantam nominant. Orthographia est erecta frontis imago, sive ea sit operis frons exterior, sive interior. Sciographia (sive scenographia, ut Hermolaus scibendum putat) universi tecti, quod scenam Græci vocant, deformatio, non frontis ut orthographia, non areæ ut ichnographia. *Petrus Motta notis in Civem* Ichnographia est operis descriptio lineis duntaxat in plano positis, per quas, ceu vestigia, ima & suprema imaginamur. orthographia est recta & solida operis imago, lineis sursum erectis, quibus & frontem & superiora non imaginamur, sed videmus. *Sciographia, quum ejusdem operis umbra, loca, habitacula, tractus tanquam suis coloribus pinguntur. ut in his, quas mappas mundi appellamus. Est igitur cœli facies ichnographica, lineis duntaxat in plano depicta; terra & maris orthographica, descripta in solido globo; novi orbis sciographica, suis locis, fluvius, urbibus & tractibus distincta*

x *Vitruvii verbis sic describitur.* Ichnographia est circinii regulæque modice continens usus, ex qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones. Orthographia autem est erecta frontis imago, modiceque picta rationibus operis futuri figura. Item scenographia est frontis & laterum abscedentium adumbratio ad circinique centrum omnium linearum responsus.

y *ita malo, quam* scenographica. *& sic legere in Vitruvio,* sciographia. *quam ipsam vocem exponit, dum* adumbrationem *vocat. Cæterum & σκιογραφία & σκιαγραφία scribitur, hoc tamen usitatius.*

z *imago Lucretiæ, vim pati coactæ à Sexto Tarquinio:*

quæso, dicit? nam moriens, ut videtur, loquitur *a*. VITRU. Multæ hoc mirantur, quia non cuique tantum dolet *b*. JOCUND. Intelligo, quid dicat. LEO. Quid sibi vult tabella illa tam variè delineata? VIT. Ea est graphis *c* hujus ædificii: reduc à tabula hac velum *d*. Joc. Quid hoc est rei? vetulus *e* sugens papillam fœminæ? VIT. Non legisti exemplum hoc apud Valerium Maximum, titulo de Pietate *e*?

Joc.

nio; quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte luit. Vide Livium lib. 11. Cic 2. de leg. & lib .. de fin. bonor. & mal. Ovid. lib. 2. fast. Senecam octav. 6. Claudian. epigr. 22. Plin. de vir illustr. Vocatur dux Romanæ pudicitiæ apud Val. Max. l. 1. c. 1.

a *ita ad vivum expressa erat, ut labia movere videretur, ad vocem emittendam.*

b *non in omnibus tantus est dolor ob malè commissa: quanquam illa voluntariè non peccaverit at tamen mori potiùs, quàm minis Tarquini cedere decuisset: si effugere non licuisset, ut Josepho Gen.* 39. Dolet mihi *scil. animus, ut integrè Plautus in Merc. Aliter est* doleo. *Plus est, quàm ægrè est mihi. Ter. Ad.* 2. 4. Hoc mihi dolet, serò nos scisse, *i.e. propter hoc. Quum pater & maritus veniam Lucretia darent,*

Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.
Nec mora, celato fixit sua pectora ferro.

c *γραφὶς est linearis deformatio sive designatio. Budæo* lineamentorum ductus & umbratilis pictura. *etiam verò est penicillus & stilus* Ex 32. 4. Esa. 8. 1. Jer. 17. 1. 1 Reg. 6. 28 Ezech. 23. 14.

d *quo tabula picta tegebatur, contra aspersum pulveris.*

e *Sic quidem exemplaria, quæ inspicere licuit. & Gallus*

Joc. Legi, quid dicit illa? VITR. Nondum tantum rependo, quantum accepi *f*. JOCUN. Quid ille *g*? VITR. Juvat genuisse *h*. Ascendamus has scalas cochlides *i*, singuli gradus lati, ut cernitis, ex singulis * sunt saxis marmoris Basaltis *k*. Hæc prima contignatio,

lus interpres habet un veillard, *vetulus. At Valerius lib.* 5. *c.* 4. *id refert de muliere quadam sanguinis ingenui*: exserto ubere famem matris lactis sui subsidio leniente. *ubi exclamat*, Quò non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere servandæ genitricis novam rationem invenit? *Ibidem Cimon, sed in alia re, laudatur*, quòd patri suo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitarit. *Plinius lib.* 7. *c* 36. *idem factum recitans ait*: Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpera deprehensa est uberibus suis alens matrem.

f *q. d. plus mihi lactis dedit mater, quàm ei reddo.*

g *illa mater.*

h *i.e. Gaudeo, me talem peperisse. Nec propterea vir intelligatur, quia* genuisse *dicit. Nam & de muliere id dicitur: ideóq; mater* genitrix: *& parentes omnino* genitores. *Apul. l.* 5. *met.*

i *cochlides (quasi κοχλιώδεις) dicuntur, quibus per gyrum sursum itur*, windeltrappe, *vel* wendeltrappe. wenden *&* winden *est vertere in orbem. Scala in orbem scansilis, quæ tortilem & per anfractus flexam testæ cochlearum structurã imitatur, Græcè simpliciter κοχλίας* Straboni l. 15, *aut κοχλιοειδὴς κλίμαξ Philopono in Procl., vel ἑλικτὴ Athenæo dicitur. κοχλῶ est γυρίζω, i. e.* roto *etymologo. origo est Syra* giglá *rota*; *ex Hebr.* galál *volvere.*

* *solidis, non frustillatim coagmentatis, ex pluribus.*

k Basaltes *inter marmora refertur à Plin. lib.* 36. *c.* 7. in Æthiopia ferrei coloris atque duritiæ; unde & nomen ei dedit, *scil. à* basal, *i. e. ferrum, quod vicina voce Hebrais*

tio†, habitatio est domini: cœnaculũ / superius hospitale *m* est. non quòd herus meus faciat cœnaculariam *n* (quod absit) sed paratum est hospitibus amicis, ornatum, semper instructum & vacuum, nisi quum adsunt hospites. Hoc est triclinium *o*. Joe. Bone Christe *p*, quæ

Hebræis barzél. *Possit dici* eisenschwartz marmel. *Vide etiam Anselmum Boëtium* lib. 2. de lapid. & gemm. cap. 273. *Non sine admiratione, ingentem horum cumulum, velut terræ motu egestorum, vidimus in silva prope Beilstenium Nassoviorum comitum.*

† *q. lignorum junctura, quæ insident trabibus,* bühne / gebüne / *q. ædificatiuncula, à* bawen: *estage Gall. à* στέγη. *Ponitur pro solario,* söller. *Habet trabes, tigna, asses, tegulas.*

l ein gemach / *propriè ubi cœnatur: postea quodvis conclave, quod eum usum habere posset: cubiculum.* *Fest.* cœnacula, ad quæ scalis asscenditur; *postquam in anogeis esse cœperunt.*

m *hospitibus recipiendis,* für gute freund / pour les survenans. *Hospitale cubiculum vocat Livius lib.* 1. *& Vitruvius lib.* 6. *cap.* 10. Dextra ac sinistra domunculæ constituuntur, habentes proprias januas, triclinia & cubicula commoda, uti hospites non in peristylia, sed in ea hospitalia recipiantur.

n *phrasis est in jure civili. cœnaculariam exercere dicitur cœnacularius, qui ex locatis cœnaculis, quæ habent varia cubicula, cellas, exedras, quæstum facit. ubi medianũ est iter commune & promiscuum cellarum iter, euntibus in suas exedras.* Gothofr. in D. l. 9. t. 3. l. 5. §. 1.

o *Veteres quum alicujus cubiculi vellent magnitudinem indicare, dicebant,* tot lectos capit. *unde est appellatio triclinorum, & οἴκων πεντακλίνων, ἑπτακλίνων. atq; etiam εἰκοσακλίνων & τριακοντακλίνων.* Casaub. in l. 4. Ath. c. 3. p *verba admirantis. Sed fugienda nobis*

quæ fenestræ speculares *q*: quàm scitè depictę pictura sciographica *r*. qui colores! quàm vividi! quæ tabulæ! quæ signa *s*! quæ coassatio *t*. Quænam est historia vitrearum? VITR. Fabella Griselidis, quam aptè & ingeniosè confinxit Joannes Bocatius *u*, sed herus meus decre-

nobis sunt illiusmodi loquutiones, ne uspiam Dei & Christi nomen temeremus, quo non est utendum, nisi serio & religiosè.

q *vitrea translucida, quas uno nomine specularia Plinius epist. dixit. Speculares autem fenestræ propriè sunt è speculari lapide: cujus & ad alia usus erat. vide* Plin. l. 3. 3 & 39. 22.

r *Quum fenestris aliqua pictura inuritur, dicitur peculiariter* encaustum: *ars* encaustica, *artifex* encaustes. ἐγκαίειν *est inurere. encaustopingere. Belg.* emailleren. *ex Gallico.* s *imagines, signa archetyporum suorum.*

t assis, asser & axis *idem sunt pro sectili tabula. inde* coassatio *vel* coaxatio, *i.e. contabulatio* Zusammensetzung. *Origo Græca est. Nam ἄξονες erant axes lignei, in quibus leges incisæ.* Gell. lib. 2. c. 12. Plat. in Sol. *Fest. Hinc* aesdaga *sententia judicialis, legitima* Vide Sibr. Siccamæ antiq Frisior leges. assyse *quod aliter* assise/ *est canon, tributum, lege positum. Aliud autem verbum est* coaxare *ranarum à sono* κοὰξ.

t *Florentinus fuit, vixit circa ann.* 1345. *Scripsit & Latinè quædam philosophica & historica, & quædam Italicè licentioribus jocis plena, ut in libro centum novorum. quæ ad traducenda variorum hominum vitia sunt referenda. Sic virtutem vitio adjuvare nonnulli gaudent, quod Seneca reprehendit* lib. 1. de ira cap. 9. *utinam autem, non vitium vitio; quod solenne est, & vanitatem scriptorum vanitas lectorum superaret! Dum ficta vitia nosse student, veras interim virtutes perdunt, si quas habuere. Vide* Eph. 4. 29. & 5. 3. 4. Phil. 4. 8. *Neq; verò* pu-tes.

decrevit addere rei fictæ rem veram, de Godelina Flandrensi, & Catharina Angliæ * regina, quæ superat inventum Griselidis. Signa *u* sunt, primum illud apostoli Pauli. Joc. Quod est lemma *x* ? Vit. O quantum tibi nos debemus, tu Christo! Joc. Quid ipse loquitur? Vit. Gratia Dei sum quod sum: & gratia Dei in me vacua non fuit. Alterum illud est Mutii Scævolæ *y*. Joc. Nec is est mu-

L tus,

putes, Vivem illas ineptias probare, ut Amadisum, Tirantum, Tristanum, quos & similes libros pestiferos vocat lib.1 de fœm. Christiana. Et ibid. Sunt, *inquit*, in vernaculas linguas transfusi, ex Latino quidam: velut infacetissimæ facetiæ Poggii, Euryalus & Lucretia, centum fabulę Boccacii, quos omnes libros conscripserunt homines ociosi, malè feriati, imperiti, vitiis ac spurcitiæ dediti. in queis miror, quid delectet; nisi tam nobis flagitia blandirentur. Nullum audivi affirmantem, illos sibi libros placere, nisi qui nullos attigisset bonos. * *Griseidis tamen fabula, extremo libro, est quasi seria, & pingit modestam ac tolerantissimam injuria fœminam, indéq; rebus suis optimè consulentem. Confer Claram Cerventam libr.2.* de f. Christ. ad Catharinam Hispanā Angliæ reginā, *q̃ laudat ut exemplū optimè vivēdi.* u *i.e. imagines, sive fusa, sive sculpta, sive picta. Ita Plaut. Epid. a.5.1.* signum pictum pulchrè. *Ita* æneum signum. *Cic. 6 Varr.*

x λῆμμα *est id, quod* λαμβάνεται *sumitur. deinde titulus, tanquam indiculus, qui è tractatu sumitur, summula. Vide Mart. l* 14

y Mutius *vel Mucius (ut sunt verba Vivis ad l. 4. August. de civit. Dei cap. 20.)* quum Porsena obsideret urbem, ingressus ejus castra, dissimulato cultu, ferro sub veste tecto scribam regis obtruncavit, ratus, se regem occidere. quúmque juberet, eum captum tor-

tus, etiamsi Mutius: quid mutit *z*? VITR. Non incendet, inquit, me hic ignis, quoniam alius major ardet intus *a*. Tertium signum est Helenæ. *b* Titulus est: Utinam fuissem semper talis *c*. minùs nocuissem. JOC. Quid signat cæcus ille seniculus *d* recalvaster *e*, indice ad Helenam verso? VIT. Homerus est: dicit Helenæ: Quæ malè tu fecisti, ego bene cantavi. JOC. En lacunar *f* est deauratum admistis

queri rex, ipse in ignem sacrificii, qui fortè haud procul erat, manum injecit eámque tenuit immotam, quousque & admirationem & pavorem sui regi incuteret. *& quidem hic illum liberum dimisit. Quoniam autem, amissâ dextrâ deinceps sinistra utebatur, Scævola (vel Scævula) dictus est* 1 *Cor.* 15.10. *Scævum n.*, σκαιὸν, *sinistrū est.* Varr. l. 6. deling. Lat. vide Liv. l. 2. Valer. Max. l. 3. c. 3. Dionys. Halic. l. 5. Plin. de vir. illustr. ipsum Vivem lib. 1. de fœm. Christ. *& elegans epigr.* Mart. l. 1. 22.

z *Mutire est loqui, hiscere, mu dicere. Propriè est canum: ut docet Varro: sicut grunnire porcorum à* gry. *Hinc mutitio Plauto. Indidem* mot *pro verbo Galli habent.*

a *patria tuenda contra hostem, aut doloris, quòd in plaga aberrasset ab eo, quem casum voluit.*

b *quam, absente Menelao, Paris rapuit: unde bellum Trojanum.* c *i.e. picta, non viva. ita non peccassem ipsa, nec alios perdidissem.*

d altes männlein/ *Apul. l. 1. met.* Demonstro seniculum in angulo sedentem. γερόντιον *Aristophani vertitur senecio. Diminutivum est Afranio. etiam verò est nomen herbæ & viri. Prisc. l. 2.*

e *Cæcus & recalvaster fuit, si vera narrat Plutarch. in vita ejus.*

f *Lacunar (quod & laquear & lacus Lucilio) contignationum cœlum (i.e. supremum,* der himmel*) dicitur: & ipsa tigna & intertignia. vide Sen. ep.* 14.

mistis margaritis *. VITRU. Margaritæ quidem sunt, sed precii exigui. JOCUN. Quò spectant fenestræ? VITRU. Hæ in hortos, illæ in impluvium *g*. hæc est diæta *h*, seu æstiva cœnatio *i*, en vobis cubiculum & conclave. Cubiculum *k* ornatum est tapetibus *l*, pavimento *m* contabulato *n*, storiis *o* tecto: & imagines aliquot divæ virginis *p*, Christi servatoris. Illæ alteræ sunt Narcissi *q*, Euryali *r*, Adonidis *s*, Polyxenæ *t*, qui dicuntur fuisse

 for-

* *uniones. Virgilio in culice* cõchea bacca *dicitur margarita. Sic nobis, & aliis populis,* perle/q. beerle. *Bacca enim est* ein beere. *Ita à similitudine perta vocatur.*

g *Ascon. in 3. Verr. ait, Impluvium esse locum sine tecto in ædibus, quò impluere imber in domum possit. Distinguũt autem, quòd impluvium sit deorsum, quò impluit: compluvium sursum, qui compluit.*

h *ita Plinius diætam sive cœnatiunculam conjungit in epist.* δίαιτα *propiè est vitæ institutũ, deinde victus, victus ratio à medicis præscripta, habitatio, domicilium. Apud Latinos autem diæta est certa pars domus.*

i *ambulatio, cœnatio & quædam talia ab actione ad locum significandum traducuntur.*

k *locus, in quo cubile sternitur,* κοιτών. *cubile autem est* κοίτη.

l τάπης ὁ, τάπις ἡ, δάπις ἡ, *tapes tapete & tapetum, vestis est, quæ variæ insternuntur, parietes, mensæ.*

m *tabulis strato.*

o *tegetibus, mattis, quæ humi sternuntur* στρῶται.

p *divinæ virginis Mariæ. Scribimus etiam* storea.

q *Ovid. lib. 3. met.*

r *Virgil. Æneid. 9.*

s *Ovid. met. 10.*

t *Ibid. lib. 13.*

formosissimi. JOCUN. Quid scriptum est in limine superiore ostii? VITRU. Recipe te in portum tranquillitatis affectuum *u*. JOCUND. Quid in interiore poste forium? VITRU. Ne induxeris in portum tempestatem *x*. In conclavi illo clauso asservantur ferè prima *y* utensilia *z*. Hoc alterum membrum est hibernum: vides omnia obscuriora & magis tecta: tum hypocaustum *a*. JOCUND. Amplius *b*, meâ sententiâ, quàm pro cœnatione. VITRU. Non animadvertis, etiam cubiculum interius eodem vaporario *c* excalfieri? JOCUND. Dicunt, cubicula esse calidiora, ubi nullum sit fumale,

u *Seda animi affectus.*

x *tranquillas res ne turba.*

y *i e. primaria, preciosiora. Ita Ter. Adelp. act. 5. 4.* Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi, Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias; & quę tibi putaris prima, in experiundo repudies. *i e. ut Donatus exponit*, ante alia eligenda, quæ & primo loco ponenda, ac per hoc optima. *Id Eun. 5. 9.* quod ego vel primum puto. *id est præcipuum.*

z *vasa, quibus utimur,* geräthe.

a *quod foco in fornace accenso calefit*: stube/ *qua vox & aliarum quarundam gentium est. forte ab æstu, nisi malis à stoa. Sax.* dörusse/dörnste/ *à* dorren *torrere. Alioquin hypocaustum est fornacula vel caminata structura sive concameratio, in qua ignis succenditur, ut aqua calefiat.* Vitruv. l. 4. c. 1. & 10. *Papin. l. 1. silv.* hypocausta *dicit fornacatum opus, in quo inclusus est ignis: vaporarium.*

b *majus*. c *ex quo vapor igneus erumpit.*

male *d*. VITR. Non solent esse in æstuariis †. JOCUND. Quæ est illa camera *e* tam eleganter fornicata? VITRU. Lararium *f*, seu sacellum *, ubi agitur res divina. JOCUND. Ubi latrina *g*? VITRU. Supernè in granario *h* habemus foricam *i*, ne oleat. in cubiculis enim scaphiis *k* utitur herus meus, & trullis *l*, &

d *caminus, ex quo fumus exspirat, Gall.* cheminée καπνοδόχιον. *Hier.* fumarium *vocat. Utraque vox nova, ut videtur.*

† *sunt propriè, quibus vapores æstiferi exhalantur, spiramenta.* Vitruv.l.8.c.7.Plin.l.31 3. *Hic sunt loca, ubi sudatur.*

e *camera* καμάρα; gewölbe/ *Belg.* welwen: *camerare, arcuare à* volvo *Camera tectum est in curvitatem formatum, ut testudo, hemisphærium, fornix.* Vitruv.l.5.c. 10.& 7 c.3.

f *vox ex ethnica theologia, à Laribus. vocabant lararium, domesticum sacellum, in quo lares & dii domestici colebantur,* hauscapell. *Lamprid. in Alex. Sev. Nos istud verbum fugiamus: & retineamus sacellum, ædiculam,* ναΐδιον. **sacrum est templum* ἱερόν: *sacellum q. parvum templum; locus Deo sacer.*

g *Veteres etiam latrinum dicebant, à latendo. Germanicè modestè vocant occultum conclave, i. e., secretum, abditum secessum.*

h *ubi grana custodiuntur, seu frumenta. Vitruv. l. 6. cap. 9.*

i ἀφεδρῶνα *cui foria, i. e. liquida stercora nomen dederunt.*

k σκάφιον, *q. parva scapha. Deinde vas oblongum rotundum, ad varios usus, hic levandi ventris: ut lasanum, amis.*

l *q. diminutivum à trua. Est a. trulla varii usus vas latum & profundum. hic ad excrementa excipienda.*

matulis. JOCUND. Turriculæ illæ, & pyramides *m*, & pilæ *n* & indices ventorum *o*, omnia qua venuſtate, quàm admirabili arte! VITRU. Deſcendamus: hæc eſt culina, hoc promtuarium *p*, hæc cella vinaria, illa penuaria, in qua mirè infeſtamur rapacitate furum. JOCUND. Quà tandem eſt huc furibus ingresſus? omnia video probè clauſa & feneſtras cũ clathris *q* ferreis. VITRU. Per rimulas & foramina. LEO. Mures ergo ſunt & muſtelæ, quæ vobis univerſum penum diripiunt. VITRU. Illud eſt poſticum *r* domus, clauſum ſemper duabus ſeris: affixa *s* & penſili *t*, niſi, quũ adeſt

m *πυραμὶς meta eſt, ima parte lata, ſuperiore anguſta. ut meta πυρῦ, i.e. tritici. Prima enim ſyllaba eſt longa vulgò tamen à πῦρ. à flamma ignis. vide Amm. Marcell. l. 22. de pyramidib. Ægypti.*

n *pila, prima longa, eſt ſtela (στήλη) quadrata: ut κίων, στῦλος, rotunda. unde Vitruv. lib. 6. c. 11. pilatim, per pilas.*

o *vexilla illa ex æreis laminis verſatilia, quæ in ſummis tectis ponuntur.*

p *unde promuntur eſcæ.*

q gåtter/*clathri vel clathra ſunt virgæ (aliàs è ligno, aliàs è ferro) quibus modico intervallo annexis, ſive arrectariis ſive transverſariis, rhombi figurâ vel reticulato opere, feneſtra & omnino foramen clauditur & munitur. à κλῆθρον, i.e. clauſtrum: ex κλείω claudo. Clàthrare eſt clathris claudere.* gat *eſt foramen Sax à* gehen *ire. aut* gåtter *eſt à* gadir, *quod Pœnis eſt ſeptum, ex Hebræo* gadér.

r *poſticum, cui opponitur anticum, ſcil. oſtium.*

s *quæ clavis* (mit någeln) *eſt firmiter annexa.*

t *quæ ſuſpenditur ex orbiculo ſeu anſa.* mahlenſchloß/ *pendula, catenata; à* mahle *i.e. bulga, cui appendi ſolet.*

adeſt dominus. LEO. Cur feneſtræ hæ non habent cancellos *u*? VITRU. Quoniam rarò aperiuntur. ſpectant enim ad anguſtum angiportum *x*, ut cernis, & obſcurum: rarò quiſquam hic aſſidet, aut profert caput; ideò & clathrare eas ſtatuit herus meus. LEO. Quibus clathris? VITRU. Fortaſſe ligneis: nondum eſt certum: interea repagulum *y* hoc ſufficit. JOCUND. Quàm amplæ columnæ, & porticus *z* plena majeſtatis!* Vide ut atlantes *a* illi & Caryatides *b* ſpecimen præferunt eni-

 ten-

u *cancri ſunt clathri: ut Apulejus orci cancros pro cancellis dixit; quia ſtruuntur, ut chelæ cancrorum. Hinc cancelli, formâ diminutionis.*

x *Angiportus, & angiportum vicus non pervius, via publica. Feſt. Angiportus, anguſtus portus, qui eſt locus concluſus & munitus. veteribus* fundula. *Varr. l.4. de ling. Lat. Plateæ contrà ſunt viæ latiores.*

y *obex, qui tolli & iterum pangi poteſt;* rigel / grendel / *à janua regenda & gerenda.*

z ſchopf / *à σκέπη tegumentum. Eſt enim porticus locus tectus ambulationis causâ & ad pluviam vitandam, aut umbram captandam. publicis ædificiis, templis & magnificis ædibus addebatur; tanquam portus quidam.*

a *Atlas fingitur cœlifer. à ταλάω ſuſtineo. Hinc atlantes dicuntur telamones ſeu ſigna, quæ mutulos aut coronas ſuſtinent, virili forma.* Vitrùv. lib.6 c.10. *Belg.* portanten / *i.e portantes,* trâgere, *puta virili forma. Caryatides enim fœmineæ.* * *i.e. gravitatis ſpecioſæ.*

b *imagines fœmineæ, oneri ferundo collocatæ, muliebres ſtatuæ, in columnis. q. mulieres è Carya Peloponneſi urbe.* Vitruv. lib.1. cap.1. Plin. lib.36. cap.5. *ſingulare eſt Caryatis, Sidonius prima declinatione caryatidam dixit.*

tentium, ut fulciant ædificium *c*, ne ruat, quum nihil agant. Leo. Tales ſunt multi, qui magna videntur præſtare, quum ocioſi & ſegnes vivant: fuci, fruentes alienis laboribus. Sed quænam eſt domus illa inferior, huic adjuncta: tam malè materiata & rimoſa? Vitr. Eſt vetus ędificium; quod quia ducebat rimas, & vitium faciebat *d* ingens, herus meus decrevit hanc alteram à fundamentis erigere: illa nunc nidulatio eſt avium, & habitatio murium. ſed breviter *e* eam demoliemur.

c *ſiniſtra manus ſpecie.* *Variæ tamen formæ erant.*

d *Vitium faciunt ædes*, das gebäw bekömmt mangel/kriegt ein loch. *ſtructura debilitatur. Cic. in Top. D.*19.2.30 Ædificia vitium facere diceret. *Ventrem facere dicitur paries, quum vetuſtate, vel ſtructuræ vitio, opificis culpa, curvatus extra fundamenti æquilibrium in ruinam eminet.*

e *i.e. intra breve tempus*, in kurtzem/ in brevi, *ut alicubi, Cicero: poſt parvum tempus. vel, penitùs ad ſolùm*, kurtz bei der erden ab.

Sententiæ.

1. *Ad aliena & clauſa ne accedamus. Si tamen viſere licet, id non niſi data venia libeat.*

2. *Pulchra ædificia & alia opera ne introeamus boum more, qui rationis oculo carent: ſed ſemper ad ſapientiam & utilitatem vitæ profectus noſter tendat.*

3. *Ornamenta domus præcipua ſunt, fidus paterfamiliàs, Lucretia id eſt caſta hera, morigeri & grati liberi: patiens & conſtans Griſeïs.*

4. *Grato animo nihil eſt honeſtius.*

6. Hoſpi-

5. *Hospitales esse decet, quibus ad hoc humanitatis officium necessaria suppetunt.*

6. *Quum seriis abundamus, non convenit nobis circa ficta curiositas.*

7. *Res severa est verum gaudium.* Sen. ep. 23.

8. *Omnis successus noster gratiæ Dei deputandus est.*

9. *Satius est nunquam vixisse, quàm malè; & nunquam fuisse, quàm obfuisse.*

10. *Qui de se mala scribi dicíq; nolent, bona loquantur & dicant.*

11. *Forma gratia valde periculosa res est: ideóq; non nimiùm expetenda.*

12. *Bene positas res ne moveamus.*

13. *Domus sua cuiq; templum esse debet: sed cum veri Dei invocatione & divinarum scripturarum meditatione.*

14. *Id bonum maximè est curandum, quod vetustate fit melius.*

15. *Suis quemque victitare decet laboribus: & alienis non invidere nec obtrectare.*

16. *Tantus in nobis virtutis amor esse debet, ut mori præoptemus, quàm peccatis pollui. Recitat Vives lib.1. de Christ. fœm. inter alia hoc exemplum virginis in tuenda pudicitia.*

Brasilla Dyrrhachina primaria virgo, quæ quum imminentem suæ pudicitiæ crudelem victorem cerneret, pacta est, si salvam integritatem reliquisset, herbam daturam se, cujus

succo

ſucco illitus, nullis telis violari poſſet. Conditionem accepit miles. Illa, ex proximis hortis vulsâ herbâ, quæ prima ad manum fuit, jubet in ſe vim ejus experiri: infectóque jugulo, Hoc, inquit, feri, ad faciendũ periculum. nam res eſt comperta. Feriit, & virginem interemit.

Ita ſe periculo expedire voluit. etſi mendacium interim non laudetur: & quod ſui necandæ viam ipſa oſtendit. Itaque laudabiliores ſunt Romildæ, malæ licet matris, filiæ, quæ (ut ait Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Langobardorum cap. 12.) non ſequutæ matris libidinẽ ſed caſtitatis amorem, caventes, ne ab Avaribus contaminarentur, crudorum pullorum carnes ſibi inter mamillas ſub faſcia poſuerunt, quæ ex calore putrefactæ, odorem fœtidum exhalabant. Quúmque eas vellent Avares contingere, non ſuſtinentes fœtorem, putabant, eas naturaliter ita fœtere; procul ab eis cum exſecratione recedentes atque dicentes, omnes Langobardas fœtidas eſſe.

Præcepta œconomica.

1. Qui parat domum, debet diligenter circumſpicere, ejúsque exſtructionem accommodare & ad facultatem & ad ſanitatem & ad incolentium jucundum uſum. Ariſt. œcon. l. 1. c. 6.

2. Debent eſſe loca in domo diſtincta pro viris, mulieribus, liberis, ſervis, hoſpitibus. Sed tenuitas multa coarctat & loca & opera.

3. Patientia & fides decus eſt heræ ingens & utile: quod docet fabula Griſeidis.

DIALOGUS XIII.

Schola.

¶ *Primùm de ædificio gymnasii, deinde de studiis agitur, nempe docentium & discentium, & aliquid de præmiis interponitur.*

*Tyro, Spudæus**.

TYRO. Quàm elegans gymnasium *a* & magnificum! haud esse in Academia hac reor ullum præstantius. SPUD. Rectissimè judicas. Adde etiam, quod magis ad rem facit, nec alibi esse eruditiores magistros, aut prudentiores, quíque majore dexteritate tradant doctrinam. TYRO. Oportet igitur magna hìc fieri disciplinarum operæ precia *b*. SPUDÆUS. Et quidem magnis compendiis discendi. TYRO. Quanti docent? SPUD. Amove te hinc ocyùs *c* cum interrogatione ista tam prava, támque importuna: in re tanti momenti inqui-

I. Pars.

II. Pars.

* Tiro *est novus miles, quem adhuc teri & exerceri oportet,* πρωτόπειρος. *Quia Græcum non est: scribamus per* i. σπουδαῖος *est diligens, probus, serius: à* σπουδή, *quæ est diligentia* τοῦ σπεύδοντος, *i.e. festinantis,* der sich spudet. Spoeden *enim Sax. & Belg est* σπούδειν.

a *ædificium scholasticum. Vox alioqui significat in genere locum, ubi exercemur* γυμναζόμεθα.

b *i.e. fructus, ex opera seu diligentia & labore, profectus.*

c *comparativè ab ocyter. Apul. 1. met.* profer ocyter, *Meliùs tamen ocyus per* i. *ut scribebant veteres. & Græcis est* ὠκίων.

inquirendum eſt de mercede? nec ipſi, qui docent, paciſcuntur: nec diſcipulos convenit id vel cogitare. Ecquod precium *d* poteſt eſſe par? nunquámne Ariſtotelicum illud fando audiviſti? Diis, parentibus & magiſtris parem gratiam non poſſe rependi. Deus creavit totum hominem, parens genuit corpus, magiſter format animum. TYRO. Quid docent iſti, & quàm diu? SPUD. Habent ſua ſinguli auditoria ſeparata, & ſunt doctores varii. Alii prima elementa artis Grammaticæ operoſè pueris toto die ingeminant *e*: alii penitiora tradunt artis, alii rhetoricen, dialecticen & reliquas diſciplinas enarrant, quæ liberales ſeu ingenuæ dicuntur. TYRO. Cur eo nòmine? SPUD. Quia illis decet unumquemque ingenuum † imbui. Contrà, quæ ſunt illiberales, circumforaneæ *f*, ſordidæ *g*, quæ vel labore corporum vel manibus exercentur, ſervis potiùs congruunt, & hominibus, qui ingenio parum valent. In iſtis ſunt alii tyrones, alii batalarii. TYRO. Quid iſtuc verbi eſt? SPUD. Et tyrones, & batalarii, ex militia ſunt nomina deſumta. Tyro vetus eſt verbum, de eo, qui in mi-

d *merces*, διδακτρον, *quod minerval vocant, quia Minerva ſtudiorum præſes fingitur.*

e *inculcant repetendo.*

† *cui ſervus opponitur.*

f *vulgares, viles,* ἀγοραῖοι: *quales ſunt illi, qui circa fora verſantes venditant merces vulgares.*

g *comparatè id intellige. Nam munda multa ſunt.* βάναυσα: *intelligantur mechanica.*

in militia exerceri incipit: batalarius Gallico nomine dicitur is miles, qui jam semel prælio (quod illi batalam *h* vocant) interfuit, collatis signis, & manum conseruit cum hoste: ita in palæstra literaria batalarius cœpit nuncupari Lutetiæ, qui publicè de arte quapiam disputasset. Hinc designantur doctores, quos à licen-

h bataille, *Gallis est prælium pugna. à Latino verbo batuo, καζακόπτω, concido, contundo.* batailler *confligere. Nos vulgò vocamus bacularium, vel à baculo, quo pugnatur, vel à bacca lauri, q. baccâ laureatus. Videntur enim promotiones, quas vocant in Parisiensi academia natæ, ubi battalarium eum dixerint, qui quasi tirocinio in artibus ingenuis posito, publica disputationis pugna, & cõflictu cum hoste specimen eruditionis præbuisset. Baccalaurei sic describuntur, inter literatos neoptolemi, qui è tironibus excesserunt, qui tirocinium fecerunt, tirones bimi vel hornotini, puta, qui per biennium audiverunt publicè philosophos & philologos, cum justo profectu.* Beanos *autem vocamus rudes, quæ vox unde nata sit, ignoratur. Dicamus ex inversis primis alphabeti literis, quasi abenos; qui ultra primam literaturam non sunt progressi. Bacchantes autem sunt reverà, qui sunt moribus bacchantes, sicut* bacchari *est intemperanter vivere. At*

—— didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Et de eo maximè solicitos esse oportet literarum præcipuè sectatores, ne in illo horū ordine inveniátur, quos cœlo excludit brabenta Christus voce præconis sui apostoli Pauli 1. Cor. 6 v. 9, 10. Eph. 5. 7, 18 Sed, heu, quàm solenne est hodie, etiam post studia, ut dici volunt, absoluta & post honorum gradus, in belluinam vitam descendere, & Christianismum in bacchationes convertere. Sed vocem illam Germanicam tamen fluxisse puto ex Græco. Apud Suidam lego: Βακαύτης

licentia Licentiatos *i* appellant, meliùs designati dicerentur: postremò docturam adipi-

ὁ χολάζης. Βακαύπβ@, μὴ παρακδύων τῷ πράγματι αὐτοῦ, *i.e.* Bacantes ociosus, ocio indulgens, *qui non rectè* χολάζει, *i.e. discipulum agit*. Bacantibus, qui non constanter manet in opere *& negocio* suo: *qui non perseveranter incumbit studiis. Nam* ἀπολείπειν *opponitur* τῷ παραμένειν. *In Suida sequitur*, Βάκηλ@, μέγας μὲν, ἀνόητ@ ἢ, Bacelus magis quidem, stupidus verò.

i *ut quibus licentia est supremi gradus in doctrina: ut scil eam dignitatem petere & consequi possint, quum voluerint. In jure civili Imperator distingui voluit* λύζας *&* πϱολύζας, *de concept. digest. ad Tribonian.* Λύται *sunt solvendis quæstionibus juris idonei.* Πϱολύται λύταις *doctiores. Ista autem non sunt mutanda in* λυτὰς *&* πϱολύτας. *Neq; hoc vult Turnebus advers. lib. 8. c. 19, sed ibi reprehendit eos, qui* λύζας solutos *interpretantur, quum sic* λυταὶ *dici debuissent.* Ego, *ait*, solutores interpretor, qui jam tantos progressus habent in jure, ut de eo respondere possint & quæstiones solvere. *Prolytas autem tanquam* præsolutores *interpretatur*, quòd lytis antecellant.

Caterùm Licentiatos nonnulli malunt Promagistros vel Mellodidascalos appellare: sicut μελλόγαμβϱ@, *est futurus gener. Promagister, qui est ante magistrum. ergo potiùs pramagister, quia* pro *in hujusmodi compositione est* ἀντὶ: *ut* proconsul ἀνθύπατος. Magister *autem est inferiore gradu, quā Licentiatus. Vox ipsa est purè Latina. Ita magister est moderator, cui cura alicujus rei mandata est. Ita magister curia, navis, ludi, pecoris: convivii, &c. Deinde est doctor seu professor alicujus artis, ut eloquentia, dicendi, declamandi. Festus ait*: Magistrare / regere & temperare est, moderari. unde magistri nō solùm doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur. quia omnes hi magis cæteris possunt. unde & magistratus, qui per impe-

l adipiſcŭtur, impoſito *l* in celebritate *m* Academiæ *l* pileo *n*, ut quaſi donetur libertate, & fiat emeritus. Is eſt hîc ſupremus honor, & ſummus dignitatis gradus. Tyro. Quis eſt ille in tanto comitatu, quem clavarii *o* præcedunt cum clavis argenteis? Spud. Is eſt re-

ctor

imperia potentiores ſunt, quàm privati. *Etymon igitur eſt à magnitudine, i.e. eminentia ſimpliciter. ſicut Hebrais ſimiliter* râb *eſt magnus, excellens, magiſter, peritus in arte aliqua. Et Arabibus* râb *dominus. Inde* Rabbi *&* Rabbân *etiam Hebrais ſunt dignitatis gradus . Et ſic* καθηγητὴς, *magiſter, à ducatu.*

l *doctura, eſt honor doctoris (vulgò doctoratus) ut pratura à pratore.*

m *celebri & ſolenni conventu, panegyri.*

n *tanquam ſigno libertatis docendi & de profeſſione conſulentibus reſpondendi. Pileus apud Romanos erat ſignum libertatis. Simulatq; ſervi manumiſſi erant, capilli eorum in templo Feronia (qua libertorum dea erat) reſecabantur & calvo capiti pileus imponebatur, ut oſtenderetur, eos ſervitutis tempeſtatem effugiſſe, & jam jus ſe ipſos protegendi nactos eſſe. Ita ad pileum vocare eſt ad libertatem.*

o *clavarius hic eſt, qui rectori ſceptrum prafert: à clava, ut mox exponitur. Vulgò bedellus, i.e à pedib. miniſter.* Claviger *à clava dicitur Hercules,* κορυνηφόρος*: Eſt autem clava fuſtis teres, ex una parte capitatus ad inſtar clavi.* Claviger *autem à clave Janus,* κλειδοῦχος*. Utraq; appellatio publico ſchola miniſtro competere poteſt. Alio etiam ſenſu* clavarius *dictus eſt Suetonii pater, quòd prafectus eſſet dispertiendo inter milites donativo imperatorio, quod* calcearium *(id eſt in clavos calcearios impendendum) vocatur* l. diar. ff. de alim. & cib. leg. *videatur Marcell. Donat. dilucid. in Suet. c. 8.*

ctor Academiæ: multi eum aſſectantur *p* officii *q* gratia. TYRO. Quoties in die docentur pueri? SPUD. Aliquot horis: una penè antelucana, duabus matutinis, & duabus pomeridianis. TYRO. Tam diu? SPUD. Ita fert mos & vetus Academiæ inſtitutum. quin & diſcipuli duabus horis, quæ à magiſtris acceperunt, retractant *r* & recolunt, & quaſi manſum cibũ rumināt *s*. TYR. Tantis clamoribus? SPUD. Nunc ſe exercent. TYR. Ad quidnam? SPUD. Ad diſcendum. TYRO. Imò verò ad clamandum. videntur enim non diſciplinam *t* meditari, ſed præconium *u*. Et ille alter planè furit. nam ſi haberet ſanum cerebrum *x*, nec ita vociferaretur, nec geſticularetur,

p *comitantur, ſequuntur.*

q *honoris habendi causâ.*

r *q. iteratò tractant.*

s μηρυκάζουσι, *q.* μηρύουσι, *i.e.* ἀναλέγονται, *revolvunt. Similitudo à brutis mundis, quæ à rumine cibum ad os revocant. Rumen autem eſt locus in ventre, quò cibus demittitur & unde redditur.*

t *artem liberalem.*

u *clamorem præconis, qui alta voce aliquid, auctoritate magiſtratus, indicat; ut quum auctio facienda, aut res amiſſa conquirenda* ein außruf. Prædicare *autem eſt præconum more clamare. ut Plaut. Bacch.* 4.7. In eo ipſo asſtas lapide, ubi præco prædicat.

x *i.e. ſi ſaperet. Sanum corpus eſt non morbidum. Inde ad animum transfertur: unde mens ſana dicitur, quæ ſibi bene conſtat homo ſanus, qui non furioſus. Cerebrum propriè eſt* ἐγκέφαλος, ἐγκέφαλος μυελὸς *medulla capitis. Qui cerebro malè habet, ratione non bene utitur. Igitur*

retur *y*, nec se torqueret *z*. SPUD. Hispani sunt & Galli pauló ferventiores: &, ut sunt diversorum dogmatum *a*, tantò ardentiùs concertant, quasi pro aris & focis *b*, ut dicitur. TYRO. Quid? doctores hîc sequuntur diversa scita? SPUD. Interdum tradunt placita contraria. TYRO. Quos auctores interpretantur? SPUD. Non eosdem omnes: sed, ut quisque est peritia & ingenio præditus. Eruditissimi & acerrimo judicio scriptores sibi sumunt o-

M ptimos

tur cerebro laborare est insanire. Tropus est ex causa: quia malam corporis dispositionem animi affectio sequitur. Ita nos dicimus, mit dem hirn übel verwahret seyn / *Gall.* avoir mal au cerveau. *Ita Horat 2. serm sat. 3.*

Si malè rem gerere, insani est; contrà bene, sani:
Putidius multò cerebrum est (mihi crede) Perilli:

i.e. ipse insanior est. Quum enim cerebrum non est sanum, non gignet bonos spiritus animales, quibus ut instrumentis anima utatur.

y würde er sich nicht so gebären. *non sic gesticulatis motibus inquietus esset: ut Solinus cap. 30. loquitur. Gesticulari est gestum facere, qui proprie est habitus gerentis: vel potiùs gesticulum; sicut Tertullianus in apol. ait:* Multis instrumētis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum est *Gell. lib. 1. cap. 5.* gestuosas & argutas Hortensii manus *dicit*. Beren (*Belgis quoq;* beeren) *est gestire, à fero, ut quis se fert. Sic* bören *est levare, ad ferendum, &c.*

z *i.e. flecteret, in diversas partes traheret*, würde er sich nicht so drähen.

a *placitorum, opinionum, quæ probantur.* δοκεῖν *enim est videri, probare.*

b *tanquam pro divinis & humanis: ecclesiastitis & domesticis. Ara est religionis, focus alimonia sedes.*

ptimos quosque, & eos, quos classicos *c* vos grammatici appellatis: sunt, qui, ex ignorantia meliorum, ad proletarios *d* descendunt, atque etiam capite censos *e*. Ingrediamur, ostendam vobis publicam gymnasii hujus bibliothecam *f*. Hæc est bibliotheca, quæ ex magnorum virorum præcepto ad ortum æsti-

c *classici sunt optimi, proletarii tenues, capite censi vilissimi. Loquendi modus ex Romana reip. statu est petitus. Ibi enim cives in istos tres ordines dividebantur, & classici per excellentiam dicebantur, qui erant primæ classis, πρώτου τιμήματος, præcipuæ æstimationis. Et hinc cœperunt classici appellari & alii præcipui: ut classici testes, magnæ auctoritatis, idonei veritatis eloquutores vel sponsores: classici auctores primæ notæ scriptores, elegantiæ Latinæ authentici testes; ut Cicero, Cæsar, Livius, Virgilius, Horatius, Ovidius, &c. vide Livium lib. 1. cap. 6. Gell. lib. 7. cap. 13. & 19. 8.*

d *Cives erant pauperiores (at honestiores capite censis) qui nihil magnum reip. causa pendebant, nisi quòd eam prolitate, ut cum Apulejo loquar, augerēt, nempe liberis procreandis. Nonius; vide Gell. l. 16. c 10. Hinc* proletarius sermo *est plebejus & vilis. Plaut milit. glor. a. 3. 1.*

e *erant extremi, qui solis capitibus (h. e. corporibus seu personis) censebantur, quum censeri i. e. æstimari pecuniis vel fundis non possent.* die nicht mehr hatten / als sie gingen und stunden. *Nos de nostris mercenariis carrucariis dicimus*, sie nehmen alles mit unter die decken: was sie des tags verdienet haben. *q. d Facultates illorum sunt ipsa eorum corpora, & stragula: mercedem diurnam totam in cœna absumunt.* τὸ θητικὸν πλῆθος. *Athenis populi partes erant*, γεωργικοὶ, βαναυσοι, ἀγοραῖοι, θητικοί.

f *Latinè* librariam *vocat Gellius lib. 5. 4.*

vum

vum *g* spectat. TYR. Papæ, quantum librorum, quantum bonorum auctorum! Græci, Latini, oratores, poëtæ, historici, philosophi, theologi *h*, & imagines auctorum. SPUD. Et quidem, quantum effici potuit, ad vivum expressæ, atque eò preciosiores: foruli *i* omnes & plutei *k* querni aut cupressini, cum suis catenulis: libri ipsi plerique omnes membra-

g *vide Vitruv. l.6 cap.7.* Cubicula & bibliothecæ orientem spectare debent. Usus enim matutinum postulat lumen. item in bibliothecis libri non putrescent. Nam in his, quæ ad meridiem & occidentem spectant, à tineis & humore vitiantur; quòd venti humidi advenientes procreant eas & alunt, infundentésq. humidos spiritus, pallore volumina corrumpunt. *Æstivum autem ortum dicit, qui fit æstate: cui opponitur hibernus & solstitialis.*

h *hic simul observa, ut libri digerendi sint ex linguarum & argumenti varietate.*

i *capsulæ sunt, in quibus aliquid reponimus. à fori; cuius singularis forus est rarus: tabulatum, ubi aliquis consistit vel aliquid collocari potest. Forulos pro librorum repositoriis dixit* Sueton. in August. c.31. Juven. sat.3. *Fori agrorum sunt parvi & oblongi sulci.*

k *tabulæ, in quibus libri aperti ponuntur, ad legendũ; & ad quas scribimus assidentes. ex eo dicti videntur, quòd commoditatis gratia verti possint, πολεῖσθαι: ut nos dicimus* pult / *illud versatile anaclinterium, in quo libros ponimus, stantes lecturi. Et in forulis & in pluteo libri reponi possunt. Etiam alia significat, ut tabulas, quibus aliquid præsepitur, ἀνάκλιτον seu accubitum lecti: id quo inferiores columnæ à superioribus sejunguntur: item podiũ, apud* Vitruv. l.4.c.4. & lib.5.c.7.

ptimos quosque, & eos, quos classicos *c* vos grammatici appellatis: sunt, qui, ex ignorantia meliorum, ad proletarios *d* descendunt, atque etiam capite censos *e*. Ingrediamur, ostendam vobis publicam gymnasii hujus bibliothecam *f*. Hæc est bibliotheca, quæ ex magnorum virorum præcepto ad ortum æsti-

c *classici sunt optimi, proletarii tenues, capite censi vilissimi. Loquendi modus ex Romana reip. statu est petitus. Ibi enim cives in istos tres ordines dividebantur, & classici per excellentiam dicebantur, qui erant primæ classis, πρώτυ τιμήματος, præcipuæ æstimationis. Et hinc cœperunt classici appellari & alii præcipui: ut classici testes, magnæ auctoritatis, idonei veritatis eloquutores vel sponsores: classici auctores primæ notæ scriptores, elegantiæ Latinæ authentici testes; ut Cicero, Cæsar, Livius, Virgilius, Horatius, Ovidius, &c. vide Livium lib.1.cap.6. Gell. lib.7.cap.13. & 19.8.*

d *Cives erant pauperiores (at honestiores capite censis) qui nihil magnum reip. causa pendebant, nisi quòd eam prolitate, ut cum Apulejo loquar, augerent, nempe liberis procreandis. Nonius; vide Gell.l.16.c.10. Hinc* proletarius sermo *est plebejus & vilis. Plaut milit. glor. a. 3.1:*

e *erant extremi, qui solis capitibus (h.e. corporibus seu personis) censebantur, quum censeri i.e. æstimari pecuniis vel fundis non possent.* die nicht mehr hatten / als sie gingen und stunden. *Nos de nostris mercenariis carrucariis dicimus*, sie nehmen alles mit unter die decken: was sie des tags verdienet haben. *q.d. Facultates illorum sunt ipsa eorum corpora, & stragula: mercedem diurnam totam in cœna absumunt. τὸ θητικὸν πλῆθος. Athenis populi partes erant, γεωργικοὶ, βαναυσοι, ἀγροῖοι, θητικοί.*

f *Latinè* librariam *vocat Gellius lib.5.4.*

vum *g* ſpectat. Tyr. Papæ, quantum librorum, quantum bonorum auctorum ! Græci, Latini, oratores, poëtæ, hiſtorici, philoſophi, theologi *h*, & imagines auctorum. Spud. Et quidem, quantum effici potuit, ad vivum expreſſæ, atque eò precioſiores : foruli *i* omnes & plutei *k* querni aut cupreſſini, cum ſuis catenulis: libri ipſi plerique omnes membra-

g *vide Vitruv. l.6 cap.7.* Cubicula & bibliothecæ orientem ſpectare debent. Uſus enim matutinum poſtulat lumen. item in bibliothecis libri non putreſcent. Nam in his, quæ ad meridiem & occidentem ſpectant, à tineis & humore vitiantur ; quòd venti humidi advenientes procreant eas & alunt, infundentésq. humidos ſpiritus, pallore volumina corrumpunt. *Æſtivum autem ortum dicit, qui fit æſtate : cui opponitur hibernus & ſolſtitialis.*

h *hic ſimul obſerva, ut libri digerendi ſint ex linguarum & argumenti varietate.*

i *capſulæ ſunt, in quibus aliquid reponimus. à fori; cuius ſingularis forus eſt rarus: tabulatum, ubi aliquis conſiſtit vel aliquid collocari poteſt. Forulos pro librorum repoſitoriis dixit* Sueton. in Auguſt. c.31. Juven. ſat.3. *Fori agrorum ſunt parvi & oblongi ſulci.*

k *tabulæ, in quibus libri aperti ponuntur, ad legendũ; & ad quas ſcribimus aſſidentes. ex eo dicti videntur, quòd commoditatis gratia verti poſſint,* πλεῦτος*: ut nos dicimus* pult */ illud verſatile anaclinterium, in quo libros ponimus, ſtantes lecturi. Et in forulis & in pluteo libri reponi poſſunt. Et in alia ſignificat, ut tabulas, quibus aliquid præſepitur,* ἀνάκλιτον *ſeu accubitum lecti: id quo inferiores columnæ à ſuperioribus ſejunguntur: item podiũ, apud* Vitruv. l.4.c.4. & lib.5.c.7.

branacei,& variis coloribus miniati *l*. Tyro. Quis est primus ille rustico ore, naso repando *m*? Spud. Lege titulos. Tyro. Socrates *n* est, & dicit: Cur in bibliotheca collocor, qui nihil scripsi? Spud. Respondent sequentes, Plato & Xenophon: Quia, quod alii scriberent, dixisti. Longum esset persequi singulos. Tyro. Hem, qui sunt illi abjecti in grandi illa strue? Spud. Catholicon *o*, Alexander, Hugucio, Papias, sermonaria, dialecticæ & physicæ, sophisticæ. hi sunt, quos capite censos nominabam. Tyro. Imò capite diminutos *p*. Spud. Soluta sunt omnia, tollat qui

l *miniare est minio tingere* μιλτοῦν. *Minium autem est pigmenti rubri genus; in quo sincero cocci nitor est. unde & pro epitheto poëtæ addunt. nobis quoq;* minie. *Malè confunditur cum cinnabari. Nam minium venenum est, cinnabaris aliquid momenti habet in medicamentis. vide de minio* Plin. lib. 33. cap. 7. Vitruv. lib. 7. cap. 8. *& ibi* Philandr. *& in* lib. 9. cap. 2. *Hic autem miniatum est pro picto, obducto: speciale vocabulum pro generali.* Miniculator *Pand. lib.* 34. *de oper. liber. ab* Ulpiano *dicitur, qui minio majusculas literas aut simile quid pingit.*

m *reflexo, recurvo,* ἀνακύρτῳ.

n *Socrates, Plato, Xenophon Athenienses philosophi erant. Hi duo illius discipuli, æmuli inter se fuerunt.*

o *sunt nomina barbarorum librorum, & inanibus sæpe argutiis onustorum, partim ab auctoribus, partim ab argumento tractationis appellatorum. Catholicum est q.* καθολικὸν, *i.e. universale repertorium, sermonarium liber sermonum. Cætera sunt plana.*

p *i.e. infames ob vitia sermonis aut rerum tricas. In jure capite diminuti dicuntur, qui libertatem, aut civitatē aut familiam amiserunt.*

qui volet, molesto nos liberabit onere. Tyro. Vah, quot asinis esset opus ad istos asportandos*: miror non esse ablatos, quum tanta sit ubique asinorum frequentia. Aliquando in eundem cumulum conjicientur Bartoli & Baldi *q*, & hujus farinæ homines. Tyro. Imò furfuris *r*. Spu. Non id esset humanæ tranquillitati damnosum. Tyr. Heus, quid rei sunt illi in tam fluxis cucullionibus? Spud. Descendamus, batalarii sunt; qui in palæstram ingrediuntur altercatoriam *s*. Tyr. Quæso, introduc nos illuc. Spud. Ingredere, sed tacitè & reverenter. Aperi caput, & specta attentus singula, nam magnis de rebus dissseritur, & quas plurimùm conducat cognoscere: ille, quem sedentem asspicis sublimem solum, & præses est certaminis, & contentionum decretor *t*, quasique agonotheta *u*. Primum ejus munus est, loca concertantum designare,

* *i.e. aliò portandos; q. absportandos.*

q *Jurisconsulti quidem celebres, sed ob barbariem hic illaudati. quanquam etiam scrupulositatem in disciplinis Vives suis scriptis sæpe taxet.*

r *qui vilior est farina. Dicere vult illius vilis & vilissimi generis.*

s *locum, ubi disputant, quos altercatores vocat, ob jurgiosas colloquutiones.*

t *qui decernit & judicat de sententiis, & vera ac sequenda à falsis & fugiendis distinguit, arbiter,* scheidsman.

u *ἀγωνοθέτης, qui ἀγῶνας, i.e. certamina τίθησι, hoc est, διατίθησι, disponit & ordinat: ἀθλοθέτης autem est, qui ponit i.e. dat præmia, munerarius.*

branacei,& variis coloribus miniati *l*. Tyro. Quis est primus ille rusticano ore, naso repando *m*? Spud. Lege titulos. Tyro. Socrates *n* est,& dicit: Cur in bibliotheca collocor, qui nihil scripsi? Spud. Respondent sequentes, Plato & Xenophon: Quia, quod alii scriberent, dixisti. Longum esset persequi singulos. Tyro. Hem, qui sunt illi abjecti in grandi illa strue? Spud. Catholicon *o*, Alexander, Hugucio, Papias, sermonaria, dialecticæ & physicæ, sophisticæ. hi sunt, quos capite censos nominabam. Tyro. Imò capite diminutos *p*. Spud. Soluta sunt omnia, tollat qui

l *miniare est minio tingere μιλτοῦν. Minium autem est pigmenti rubri genus; in quo sincero cocci nitor est. unde & pro epitheto poëtæ addunt. nobis quoq;* minie. *Malè confunditur cum cinnabari. Nam minium venenum est, cinnabaris aliquid momenti habet in medicamentis. vide de minio* Plin. lib. 33. cap. 7. Vitruv. lib. 7. cap. 8. *& ibi* Philandr. *& in* lib. 9. cap. 2. *Hic autem miniatum est pro picto, obducto: speciale vocabulum pro generali.* Miniculator *Pand. lib.* 34. *de oper. liber. ab* Ulpiano *dicitur, qui minio majusculas literas aut simile quid pingit.*

m *reflexo, recurvo, ἀνακύρτῳ.*

n *Socrates, Plato, Xenophon Athenienses philosophi erant. Hi duo illius discipuli, æmuli inter se fuerunt.*

o *sunt nomina barbarorum librorum, & inanibus sæpe argutiis onustorum, partim ab auctoribus, partim ab argumento tractationis appellatorum. Catholicum est q. καθολικὸν, i.e. universale repertorium, sermonarium liber sermonum. Cætera sunt plana.*

p *i e. infames ob vitia sermonis aut rerum tricas. In jure capite diminuti dicuntur, qui libertatem, aut civitatẽ aut familiam amiserunt.*

qui volet, molesto nos liberabit onere. Tyro. Vah, quot asinis esset opus ad istos asportandos*: miror non esse ablatos, quum tanta sit ubique asinorum frequentia. Aliquando in eundem cumulum conjicientur Bartoli & Baldi *q*, & hujus farinæ homines. Tyro. Imò furfuris *r*. Spu. Non id esset humanæ tranquillitati damnosum. Tyr. Heus, quid rei sunt illi in tam fluxis cucullionibus? Spud. Descendamus, batalarii sunt; qui in palæstram ingrediuntur altercatoriam *s*. Tyr. Quæso, introduc nos illuc. Spud. Ingredere, sed tacitè & reverenter. Aperi caput, & specta attentus singula, nam magnis de rebus disseritur, & quas plurimùm conducat cognoscere: ille, quem sedentem aspicis sublimem solum, & præses est certaminis, & contentionum decretor *t*, quasique agonotheta *u*. Primum ejus munus est, loca concertantum designare,

 ne

* *i.e. aliò portandos; q. absportandos.*

q *Jurisconsulti quidem celebres, sed ob barbariem hic illaudati. quanquam etiam scrupulositatem in disciplinis Vives suis scriptis sæpe taxet.*

r *qui vilior est farina. Dicere vult illius vilis & vilissimi generis.*

s *locum, ubi disputant, quos altercatores vocat, ob jurgiosas colloquutiones.*

t *qui decernit & judicat de sententiis, & vera ac sequenda à falsis & fugiendis distinguit, arbiter,* scheidsman.

u *ἀγωνοθέτης, qui ἀγῶνας, i.e. certamina τίθησι, hoc est, διατίθησι, disponit & ordinat: ἀθλοθέτης autem est, qui ponit i.e. dat præmia, munerarius.*

ne ulla sit confusio; aut perturbatio præire volentium. TYR. Quid sibi vult pellitum epitogium *x*? SPUD. Ea est ephestris *y* doctoralis, insigne ordinis ac dignitatis illius. Homo est in paucis eruditus, quíque & in lectióne candidatorum *z* theologiæ primas tulit, & ad eum doctissimus quisque primas *a* defert, ex hoc ordine. TY. Et Bardum *b* ajunt lectum esse primum suo anno. SPUD. Is verò vicit competitores *c* omnes ambitu & astu *d*: non scientia. TYRO. Quis est macilentus ille &

x *vox hybrida, ex Græco* ἐπὶ *super & toga. est pallii genus, quod super togam fertur.* Quintil. lib. 1. cap. 5.

y ἐφεστρὶς *chlamys, amiculum, sagum, quia* ἐπιέννυται, *i.e. superinduitur thoraci. Herodianus ephestridas tribuit militibus* lib. 7. *& senatoribus* lib. 4. *Athenæus* χλαμύδα ἐφεστρίδα *dixit. Flexio est à præterito* ἐφεῖσα, *ex* ἐπιέννυμι.

z *i.e. quum ex candidatis theologiæ, qui ambiebant professionis honorem esset unus eligendus; aut quum dignitas gradus conferenda esset: alius anteponebatur. Candidati olim à candida toga dicebantur, qua induebantur, qui dignitatem aliquam petebant; tanquam in luce victuri, & candidè seu purè, castè, integrè. Candidus enim color est luminosus. Lectio non est tantùm* ἀνάγνωσις *sed etiam* ἐκλογὴ *&* ἐκλογή. *Ita Cic. in Anton. queritur,* eos judices ipsum legisse, quorum lectione dedecus reip. imprimeretur.

a *sc. partes,* τὰ πρωτεῖα, *primum locum, palmam.*

b *bardus est stupidus, tardus,* βραδὺς, βραδίστος *à* βαρὺς *gravus, plumbeus, unde nobis* Der plumpe. *s, inquit, suo anno, quum academicum testimonium peteret, primus est electus & creatus.* c *qui in petendis honoribus concurrunt.* d *ambitione & fraude.*

&c pallidus, quem reliqui impetunt? SPUD. Is est propugnator *e*, qui impetum omnium sustinet, & ex immodicis vigiliis maciem ac pallorem contraxit: magnos is habet in re philosophica & theologica progressus. Au, tace jam, & ausculta. Nam, qui nunc oppugnat, acutissimè & subtilissimè solet excogitare argumenta, & acerrimè urget propugnatorem, omniúmque sententiâ *f* cum summis in hac disciplina comparatur, & sæpe adigit concertatorem *g* ad recantandum *h*. Perpende, quomodo ille conatus est eludere *, quomodo alter confutavit validè ratione inconfutabili *i*, & quam ille diluere non potuit: jam & jaculum hoc est inevitabile, argumentum hoc est planè Achilles invincibilis *k*, jugulum

 petit:

e *defensor, respondens in disputatione, ὑπερασπιστής.*

f *vel de sententia.*

g *συναγωνιστὴν, quem Tacitus concertatorem dicit.*

h *Recantare est mutato carmine corrigere; contrà cantare, παλινῳδεῖν, à πάλιν, i.e. à diverso. Nam usurpatur, ut nostrum* wider, *iterum & contra.* * *q ludendo decipere. Ter. Eun.* 14. Eludere propriè gladiatorum est, quum vicerint. Eludere est finem ludo imponere.

i *ἀνεξέλεγκτον. analogicè vox facta. Latinius erit,* firma *& inconcussa. Confutandi autem vox habet metaphoram vulgò non intellectam omnibus. Confutari enim dicitur olla effervescens, quæ futo vase sedatur, ut aqua subsidat.*

k *forte, ut Achilles erat.* Vincibile *Columellæ &* *Teren-*

petit *l*: non poterit propugnator se tueri, statim dabit manus, nisi subterfugium aliquod mittat ei divus aliquis *m* in mentem. Hem! profligata est quæstio solertiâ decretoris. Jam solvo tuam linguam, loquere quantum voles. Nam iste, qui nunc impugnat, vappa *n* est, pugione pugnat plumbeo *o* & altiùs tamen clamat, quàm cæteri. Observa: videbis eum à pugna raucum discedere: hoc est ei perpetuum: &, quantumcunque repulsa sunt ejus tela, urget nihilo secius pertinaciter quidem, sed inefficaciter: nec unquam vult habere argumentum suum pro derelicto *p*, nec acquiescere vel defendentis responsioni, vel decreto præsidis. Is, qui nunc certamen ingreditur, delicatulè petit veniam à decretore, comiter præfatur, argumentatur invalidè, discedit semper fessus, etiam anhelans: tanquam arduo munere fortiter perfunctus. discedamus.

SEN-

Terentio dicitur, quod facilè possis obtinere. Inde faciunt invincibile, ἀνίκητον, pro quo invictum, insuperabile Latinius; unüberwindlich.

l *potenter invadit, tanquam jugulaturum: premit velut suffocaturum.* Quintil. lib. 8. c. 6.

m *i.e. Deus aliquis. phrasis ethnica fugienda: quia sonat πολυθεΐαν.*

n *vinum infatuatum, quod evaporavit, & odorem & saporem amisit. Hinc pro vili, insubido, insipido, inodoro homine.* Plin. l. 14. c. 20.

o *qui facilè retunditur, id est infirmo argumento.*

p *deserere, abjicere,* er wills nimmer dahinden lassen. *Pertinacia est ei ultimum in disputando argumentum.*

SENTENTIÆ.

1. *Schola non ab ædificiorum magnificentia & discipulorum frequentia; sed præceptorum & auditorum industria atque pietate precium accipiet.*

2. *Magistros juventutis esse decet eruditos, prudentes & dexteritate præditos ut scilicet solerti cum delectu & collocatione munus obeant.*

3. *Informator adolescentiæ integer est, qui hoc curæ habet, ut magnum operæ precium faciant discipuli, & per compendia.*

4. *Inæstimabile beneficium est docti præceptoris fidelitas.*

5. *Nemo ad scholam appositus est, nisi laboriosus & continens.*

6. *Fœdum est, si natalibus non respondeat morum honestas.*

7. *Bene natis turpe est male vivere.*

8. *Qui cum diligentia et probitate in scholis versati sunt et justos in reb. optimis assequuti profectus: eis honorifica & publica debentur testimonia; non iis tantum, qui petunt, sed etiam qui virtute sua merentur.*

9. *Honos alit artes & omnes incenduntur ad studia gloriâ; at ea non ambitione est quærenda.*

10. *Id pro omni gloria piis est, quòd Deo se servitiis humilibus intra metas officiorum suorum approbant, & a bonis pro talibus agnoscuntur. Improborum autem et virtuti invidorum homi-*

num

num calumniæ, ut Diaboli ipsius, flocci pendendæ sunt: quia appetet tempus, quo illorum judiciis, divinæ justitiæ spongiâ deletis, veris preciis omnia æstimentur. Interim conscientiæ precium nobis satis sit, donec famæ precium, ab iniquis & superbis per mendacia & stultam arrogantiam occupatum, in integrum suis justis possessoribus restituatur.

11. Discipuli sapientis est, quæ à præceptore accepta sunt, ruminare. Ut enim illa animalia lege Dei munda judicantur, quæ & ruminant & scissas ungulas habent: ita illi idonei sunt divinarum & humanarum literarum sectatores, qui doctrinam perceptam animis attentis digerunt & in vitæ officia utiliter dividunt.

12. Certo ordine in scholis discendum est, ne quis antè ad superiora admittatur, quàm imis & mediis subselliis satisfecerit.

13. Scholarum armamentaria sunt instructæ bibliothecæ.

14. Res libraria non est promiscuè congerenda; sed cum delectu optimorum scriptorum.

15. Non tantùm qui bene scripserunt, sed etiam dicendo eruditionem in alios propagarunt, sunt inter doctos & bene de rebus humanis meritos censendi & honorandi.

16. Multi libri magni fiunt, flammis digniores, quàm hominum lectione.

17. Disputationes scholasticæ modestæ sint, ad inquirendam & proferendam veritatem directæ.

cta. non ubi adoleſcentes garrire & altercari diſcant, ſed ad rectè ſentiendum de rebus & ad dicendum aſſueſiant.

18. Præſidum eſt; imprimis ea, quæ ad rem pertinent, monere auditores; ne diſcentes inani multiloquio bonas horas audientibus intercipiant.

19. Non ſemper dignitate ſua digni ſunt homines, et ſub magnificis atque adulantibus titulis modica ſæpe eruditionis eſt ſupellex. Quare non tam inde, quàm operibus ſuis, homines probantur.

20. Ambitus, aſtus, & obtrectatio eorum, quibus ſe æquare non queant, fucis nonnullus eſt modus, quo grandeſcere volunt & famam ſibi aucupari. Infirmum verò nimis exiſtimationis fundamentum eſt, & in maledictionis ruinam vergens, fictis & pompoſis gloriationibus popularem favorẽ captare, qui per veritatis lucem & rerum teſtimonia ridiculum in modum evertetur: ut, qui indigni ſupra omnes nituntur eminere, miſerè evileſcant & propalam ſint contemtui. Sed Quàm cæcis homines in vita mentibus errant!

21. *Inſanum eſt, primas te appetere, ſi neque ſecundæ neque tertiæ tibi debeantur.*

22. Rationis beneficium eſt, quòd unà vivimus, quòd inter nos commercia agitamus; literarum autem, quòd homo ſe melior evadere, & alium meliorem facere poſſit. *Joſ. Scalig. proleg. in chronol canon.*

23. *Impius diſputandi mos eſt, pertinaciam pro palmario argumento habere.*

24. Discendi meta erit pia utilitas, ideòque sanctis praeceptoribus opus est, qualem Julium Genitorem laudat Plinius lib. 3. ep. 3. Ibi scribit ad Hispullam: In hoc lubrico ætatis non præceptor modò, sed custos etiam rectórque quærendus est. Vita hominum altos recessus magnásque latebras habet, cujus pro Genitore me sponsorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, nisi profuturum: nihil discet, quod nescisse rectiùs fuerit.

DIALOGUS XIV.

Lucubratio & cubiculum.

¶ *Hic nempe describitur I. nocturnum studium. II. itio cubitum.*

Plinius, Epictetus, Celsus, Didymus *.

I. Lucubratio. PLINIUS. Hora est à meridie quinta. Heus Epictete, claude mihi fenestras istas, & infer

* *Nomina petita sunt ex historia: C.* Plinius Secundus *Veronensis temporib. Vespasiani vixit, cui naturalis historiæ lib. 37. inscripsit. Ei lucubratio congruenter est attributa. Nam, ut in præfatione sui operis ait;* Succisivis horis ista curamus, id est nocturnis, ne quid vestri putetis cessatum horis. Dies vobis impendimus, cum somno valetudinem computamus, vel hoc solo præmio contenti, quòd dum ista (ut ait M. Varro) mugi-

fer huc lumina ad lucubrandum *a*. EPICT. Quæ lumina? PLIN. Interea, dum hi adſunt, candelas ſebaceas *b* aut cereas *c*: ubi receſſerint, tolletis eas, & ſtatuetis hîc mihi lychnum *d*. CEL. Quorſum id? PLIN. Ad lucubrandum. CEL. Quin ſtudes potius de mane? tum enim videtur & temporis ratio, & qualitas corporis invitare, quum eſt minimum vaporum in cerebro, peracta concoctione illâ evaporatoria *e*. PLIN. Etiam hæc hora tranquillis-

muginamur, pluribus horis vivimus. Profectò enim vita vigilia eſt. *Hic fuit avunculus alterius C. Plinii Secundi Novocomenſis, qui illius exitū deſcribit* li.6.ep.16. Epictetus *philoſophus ex Phrygia Hierapolitanus, ad M. Antonini tempora pervenit, qui ex tenui vir celebris factus eſt, ita. ut propter famam ejus lucerna fictilis tribus drachmarum millibus dicatur veniiſſe. Cornelius Celſus cùm alios, tum de re medica libros octo conſcripſit. Cultum & nitorem ejus commendat Quintilianus* lib. 10. cap. 1. *Didymus grammaticus Alexandrinus dicitur exaravuſſe libros ſupra* 3500, χαλκέντερος κληθεὶς, διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονὴν *q. area habens inteſtina, quòd perpetuò libris inhæreret. Suidas meminit.*

a *ut ſtudeam ad lucernam. nam à luce nocturna, quam ex oleo &c. habemus, verbum ductum eſt.*

b *Apul. l. 4. met.* Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis nocturni luminis inſtrumentis clareſcunt tenebræ.

c *etiam abſolutè pro face cerea eſt cereus; unde nobis* ſcierge.

d λύχνος *eſt lucerna*: λυχνοῦχος *a., cui lucerna imponitur vel appenditur: à* λύχνον ἔχειν. *hic lychnus lampas olearia.*

e *à qua vapores è ventriculo in cerebrum efferuntur. Sol. l. 8. de aquis Sextus.* Quarum calor olim acrior

exhala-

quillissima est, quũ quiescunt & silent omnia, atque iis, qui prandent & cœnant, non incommoda. Nam sunt, qui cœnant tantùm more prisco *f*, alii prandent solùm ex placitis recentium medicorum: alii & prandent & cœnant more Gothico *g*: Cel. An non ante Gothos erant prandia? Plin. Erant, sed levia. Gothi morem invexerunt, bis in die saturum fieri. Cels. Qua de causa * Plato *h* mensas Syracusanas damnat, in quibus quotidie exsaturentur bis. Pli. Ex eo colligas, fuisse rarissimas. Cels. Sed missa isthæc faciamus. Cur lucubras ad lychnum potiùs, quàm ad candelam? Plin. Propter flammam æquabilem, quæ minùs lædit oculos. illa enim crispatio *i* myxi *k* officit oculis, & sevi odor inamœnus est. Cels. Utere cereis, quorum odor non est

exhalatus per tempora evaporavit, nec jam par est fama priori. *Prima concoctio est vaporifera; non item reliquæ.*

f *hoc est* μονοσιτεῖν, *cui opponitur* δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρας *apud Hippocr. lib de vict. rat. in acut. Quia autem prandio potiùs, quàm cœna abstinebant: ideò* ἀριστᾷν *est ei bis de die vesci, lib. 2. de diæta.*

g *populi frigidioris cœli plus cibi poscunt; & qui laboribus corporis magis occupantur.*

* *i. e. eam ob causam.* h *epist. 7. ad Dion. amicos.*

i *i. e. tremor.*

k myxæ *malim, &* myxas *quoq; apud Martialem legere:* μύξα *Græcis dicitur mucus, quem* μυσσόμεθα, *i. e.* ἀπομυσσόμεθα, *emungimus. Deinde est ellychnium, funiculus, quo uncto flamma lucernæ alitur; quæ varia hinc,* δίμυξος.

eſt ingratus. PLIN. Myxus eſt in his magis tremulus, nec vapor ſalubris: & in ſebaceis ellychnium *l* eſt lineum plerumque, non xylineũ *m*: ut propolæ *n* iſti ex rebus omnib. quærunt compendium cum fraude. Infunde oleum in lucernam hanc, profer acu *o* myxum, & exfunga *p*. EPIC. Quàm hæret fungus acui? ſignum dicunt eſſe pluviæ, quemadmodum eſt apud Virgilium.

Scintil-

μυξος, τρίμυξος, πολύμυξος. *μύξος autem alia ſignificat.* vide Suidam.

l *quia ἐν λύχνῳ eſt, & pingue attrahit, quo accenſo ipſum uritur, & aliis ſerviens conſumitur.* Dacht / *à* Dauchen *mergere. Hinc etiam nonnullis* mergulus *dicitur*, linamentum lucernarum, fungus, ſcirpus laneus lychni. *Belgis* lemmet *à linamento. Caterùm ex varia materia fit ellychnium. vide* Plin. l. 23. c. 4. & 15. 2.

m *malo* xylinum, *ut q. Gracum planè ſit ξύλινον. ſicut λίνα ξύλινα, lina xylina dicuntur.* Plin. l. 19. c. 1. *Nam frutex eſt ξύλον; ut diximus ſuprà.*

n Propola *à prap. Latina pro & πωλεῖν. Nam prima eſt longa. Ergo non eſt nudè προπώλης; quod alioqui Graci quoq; dicant. Eſt propriè, qui primus vendit merces, in portu praoccupatas. Et nos dicimus* fürkäufer. *Hic autem eſt inſtitor, mercator.*

o *acus hîc eſt ſtilus ferreus, quo προμύσσομεν vel προβύσσομεν λύχνον,* darmit wir den Dacht vortſchüren/ *promovemus ellychnium.*

p *fungus, pars ellychnii exuſta, qua velut in fungum abit. Belg.* ſnützel/ *quod emungitur.* ſchneutzen *Miſn. emungere, à* naſo. *Hinc* exfungare *factum eſt; fungo liberare, à fungo repurgare: ut* Exfibrare *fibris liberare Columell: exfilare, à filis expedire. Auguſt.*

Scintillare oleum, & putres r concrescere fungos s.

Plini, Adfer etiam furcinulam t, & emunge candelam hanc, ne projicias fungum in pavimentum, ne fumiget: sed opprime intra furcinulam, quando est contecta. Profer mihi pallam lucubratoriam u, prælongam illam pellitam. Celsus. Ego te tuis libris commendabo. Minervam x tibi opto propitiam. Plinius. Paulum y malim, vel, quod dicere debui, Christum Jesum, Dei sapientiam. Celsus. Fortasse Christus Minervæ fabulâ adumbratur, ut quæ ex Jovis cerebro sit nata z. Plinus. Statue mensam super tibicines

r *inanes, in quibus nihil utile superest.*

s *τὸ περὶ τὴν θρυαλλίδα ἀνιστάμενον σπογγοειδὲς, quod circa ellychnium assurgit seu erigitur spongiola specie. Aratus vocat etiam μύκητας. Servius ex Plinio rationem reddit his verbis:* Nam, quum aër humidus esse cœperit, favilla, quæ cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate in lucernis residet & quasdam velut fungorum imitatur imagines. *Plin. lib. 18. c. 35.*

t *qua ellychnium candelæ supervacuum, & jam officio functum, emungitur.*

u *i.e. qua uti soleo lucubraturus*, ſtudirrock / ſtudirpeltz.

x *præsidem literarum. Loquitur, ut Celsus gentilis.*

y *at nec Paulus præest studiis nostris, potentiâ, seu doctrina.*

z *indicare vult, Christum ex corde patris velut genitum esse. Sed id gentiles non intellexerunt, quibus nonnunquam nimis opulentos sensus affingimus.*

bicines *a* in cubiculo. Epicte. Mavis mensam, quàm pluteum? Plinius. Etiam, hoc quidem tempore: sed pone supra mensam pluteolum *b*. Epicte. Stabilem *c* an volubilem *? Plinius. Quem males. Ubi est Didymus meus à studiis *d*? Epicte. Eo illum accersitum. Plin. Et huc adducito puerum exceptorem *e*. nam lubet aliquid dictare. Da mihi illos calamos, & pennas duas aut tres cannæ *f* amplæ, & thecam pulverariam *g*. Profer mihi ex armario Ciceronem & Demosthenem, tum ex pluteo codicem exceptorium *h*? & regesta *i* majuscula (audin'?) & mea schedia *k*, in quibus libet nonnulla ex-

N poli-

a *fulcra erecta, ut stant tibia canentes, qui propriè tibicines.*

b *parvum pluteum, in quo libri collocantur ad erectum ex obliquo situm, ob commoditatem lectionis.*

c *fixum.*

* *qui circumagi queat, q.* πολυηλόν.

d *servus anagnostes, qui auscultanti prælegit,* lese-knecht.

e *qui dictanda excipiat calamo.* f *caulis.*

g *qua pulvis continetur ad siccandas literas, ne quid moretur perrecturum. Est a. vox analogicè facta.*

h *in quo notentur excerpta ex auctoribus,* ἐκλογαὶ, χρηστομάθειαι, σημειώσεις, παρεκβολαὶ. *Sic iterum ex analogia.*

i *hic est liber alphabetici ordinis, in quem regeruntur, quæ ex facili invenire volumus. In agricultura regestum est terra è sulco egesta & nonnihil acervata.*

k *chartas, in quas* σχέδια, *i. e. extemporalia scripsi. aliter scheda.*

polire *l.* DIDYM. Non arbitror, esse schedas tuas in pluteo, sed in scrinio conclavis. PLIN. Id verò ipse scrutator. Affer mihi Nazianzenum *m*. DIDYM. Non nosco. PLIN. Liber est minimè spissus, consutus, & tectus membrana rudìter. Affer quoque codicem quintum à primo. DIDY. Quod est lemma *n* illius? PLIN. Xenophontis commentarii: liber est expolitus, tectus corio cum uncinulis *o* & umbilicis cupreis *p*. DIDY. Non invenio. PLI. Nunc memini, in quarto loculamento *q* eum reposui: illinc prome. In eo loculamento non sunt nisi libri soluti *r*, & rudes, quales recèns afferuntur ab officina. DIDYM. Ecquod corpus Ciceronis poscis? nam sunt quatuor. PLI. Secundum. EPIC. Nondum est relatum à librario glutinatore *s*, cui dedimus nudius, ut puto, quintus. DIDYM. Quàm placet tibi hæc penna? PLI. Non sum in eo valde sollicitus: quæcunque in manus venit, ea sic utor, tan-

l *limare.*

m *Gregorium theologum Nazianzi episcopum, patrem Græcum.*

n *i.e. inscriptio, nomen.*

o *quibus clauduntur adversa latera.*

p *quibus munitur liber contra attritum ex frequentiore usu.* Ex *cupro fiunt: elegantiæ causâ.*

q *i e. asfere, aut tabula, in qua locantur libri.*

r *nondum compacti, glutinati, ligati.*

s *bibliopego.*

quam

quam bona. Didy. Hoc habes Ciceronis *t*. Pli. Conquiescite: reclude mihi Ciceronem, aperi, evolve adhuc tria aut quatuor folia ad quartum Tusculanarum quæstionum: quære ibi de mansuetudine & lætitia. Epic. Cujus sunt hi versus? Didym. Ejus ipsius, quos de Sophocle vertit: quod facit sanè lubens, ac proinde sæpe. Epic. Erat credo ad carmen componendum satis aptus. Cels. Aptissimus ac facillimus *u*: nec, ut illo seculo, infelix, contrà quàm existimant plurimi. Epic. Sed tu quomodo intermisisti studium poëtices? Plin. Aliquando repetemus succisivis *x* horis, ut spero. nam habet multum levamenti ab studiis gravioribus. Defessus sum jam studendo, meditando, scribendo: sterne mihi lectum. Epic. In quo cubiculo? Plin. In lato illo & quadrato: & tolle ex angulo anaclinterium *y*, transfer in cœnationem *z*. pone su-

t *hoc commune habes cum Cicerone: qui ita solebat: vide Volaterr. l. 33.*

u *vide P. Rami Ciceronianũ, eruditum sanè librum.*

x *quas succidemus de gravioribus negociis. alii subsecivum dicunt.*

y *ubi ἀνακλίντηρ: quasi recubitorium dicas. aliter ἀνάκλιντρον. Id esse volunt quidam, quod Lampridius in Heliogabalo* accubitum *seu* accubitam *vocat. Hic est id, in quo interdiu cubatur, ad nocturnas cubationes minùs commodo. grabatus, grabatulus, quem Hesychius λαχὸν voce quasi vernacula nostra vocat* ein lager. λέχος *a.* est *cubare.* z *i.e. cœnaculum.*

N 2 per

per culcitram *a* plumeam alteram
lanei: vide, ut fulcra lecti sint satis
Quid refert tua, qui non cubas
spondarum *c*, sed in medio? sed
ret, si lectus esset durior, & qui cor
ret. PLIN. Tolle cervical *d*, & p
ne pulvinos *e* duos: & in hoc æs
gam *f* illam, quàm arcta isthæc lin
Sine lodice *g*? PLIN. Etiam. EPI
nam surgis ab studiis *h* extenuat

a *meliùs culcita, auctoritate veterum* ...*rum exemplarium. Et glosf.* culcita τύλη, ... *Suidas exponit* στρωμνὴν, *i.e. stragulum.* ... *textum illud (lineum seu aliud) in quod ca*... *inculcatur tomentum: imprimis ad pulvinos:*

b *id quo farcitur culcita, sive sit* κνα... πῖλον. *sive aliquid vilius, ut fœnum, stram*... *ma spicarum; ut olim solebant. Ex Ciliciis an*... *tomenta fiebant.* κνάφαλον *dicitur floccus, qu*... *duo detrahitur è panno, dum pectitur. Tome*... *à* τομῆ, *i.e. sectione: vel quia ex eo tumet culc*... *minutivum est* culcitula.

c *laterum lecti,* ortbretter/bettplanck*en.*

d *quod capiti (cervici molliùs cubatura) subjicitur.* προσκεφάλαιον, hauptpfül.

e *qui molliores sunt & supra cervical collocari solent, ut caput altiùs collocari queat.*

f *Varro* eburneos lectos & plagas sigillatas *dicit. Nonius plagam exponit* grande lineum tegmen, quod nunc torale vel lecticariam sindonem dicimus: *quia, ut videtur, plagam, i.e. spatium magnum occupat, tanquam tapetum: ut Gallus vertit* tapis.

g *operimento.*

h *post studia.*

v. Injice ergo periſtroma *i* aliquod leve. Iſtud; nullum aliud ſtragulum *k*? Plin. m. ſi ſentiam frigus in lecto, poſcam eſtium; aufer illa peripetaſmata *l*. nam ces *m* excludendos malo conopeum *n*. Culices paucos hìc ſenſi, pulices & pe- ſatis multos. Plin. Ego verò miror, uid ſentire, qui ſic dormias & ſtertas. E- emo dormit meliùs, quàm qui non ſen- m malè dormit. Plin. Nihil horum a- ulorum, quibus per æſtatem in cubicu- ſtamur, tam movet nauſeam, quàm ci- *o*, odore illo teterrimo. Epic. Satis proventus eſt eorum Lutetiæ ac Lo- vanii.

uod περιστρώννυται, *i.e. circuminſternitur, ad latera enda: id eſt tapete, ſive aulæum aut ſimile, quo le- ntur &c.*

uo aliquid ſternitur, decke/ στρῶμα.

lum, cortinam, quæ περιπετάννυται, *i. e, circum nditur.* gardijne *vel* gordijne/ *à cortina.*

vermiculus alatus parvus quidem, at pungens acri- ter: ... à cute lacienda ſeu laceſſenda di... us videtur.

n *velum, contra* κώνωπας, *i.e. culices:* κωνωπεῖον: *er- go rectè* conopēum. *Latini tamen poëtæ conópeum di- cunt. Conopēum autem eſt velum ad arcendos culices. Bel- gis* vliegennet/ *q. rete muſcarum, quod lectis imminet, ad abigendas muſcas.*

o *vermiculus fœtidus, qui imprimis vitio aëris in le- ctorum ſpondis naſcitur & in parietibus argillaceis. unde à* wand *dicitur* wantze/ wandlaus. *etiam Belgis* wal- luys. *à* walgen/ *i.e. nauſeare. &* weeghluys. *Nam & weegh eſt lutamentum, paries. vide* Plin. lib. 27. 29 & 29, 4.

num calumniæ, ut Diaboli ipsius, flocci pendendæ sunt: quia appetet tempus, quo illorum judiciis, divinæ justitiæ spongiâ deletis, veris preciis omnia æstimentur. Interim conscientiæ precium nobis satis sit, donec famæ precium, ab iniquis & superbis per mendacia & stultam arrogantiam occupatum, in integrum suis justis possessoribus restituatur.

11. Discipuli sapientis est, quæ à præceptore accepta sunt, ruminare. Ut enim illa animalia lege Dei munda judicantur, quæ & ruminant & scissas ungulas habent: ita illi idonei sunt divinarum & humanarum literarum sectatores, qui doctrinam perceptam animis attentis digerunt & in vitæ officia utiliter dividunt.

12. Certo ordine in scholis discendum est, ne quis antè ad superiora admittatur, quàm imis & mediis subselliis satisfecerit.

13. Scholarum armamentaria sunt instructæ bibliothecæ.

14. Res libraria non est promiscuè congerenda; sed cum delectu optimorum scriptorum.

15. Non tantùm qui bene scripserunt, sed etiam dicendo eruditionem in alios propagarunt, sunt inter doctos & bene de rebus humanis meritos censendi & honorandi.

16. Multi libri magni fiunt, flammis digniores, quàm hominum lectione.

17. Disputationes scholasticæ modestæ sint, ad inquirendam & proferendam veritatem directæ.

ctæ. non ubi adolescentes garrire & altercari discant, sed ad rectè sentiendum de rebus & ad dicendum assuefiant.

18. *Præsidum est, imprimis ea, quæ ad rem pertinent, monere auditores; ne discentes inani multiloquio bonas horas audientibus intercipiant.*

19. *Non semper dignitate sua digni sunt homines, et sub magnificis atque adulantibus titulis modica sæpe eruditionis est supellex. Quare non tam inde, quàm operibus suis, homines probantur.*

20. *Ambitus, astus, & obtrectatio eorum, quibus se æquare non queant, fucis nonnullus est modus, quo grandescere volunt & famam sibi aucupari. Infirmum vero nimis existimationis fundamentum est, & in maledictionis ruinam vergens, fictis & pomposis gloriationibus popularem favorẽ captare, qui per veritatis lucem & rerum testimonia ridiculum in modum evertetur: ut, qui indigni supra omnes nituntur eminere, miserè evilescant & propalam sint contemtui. Sed*

Quàm cæcis homines in vita mentibus errant!

21. *Insanum est, primas te appetere, si neque secundæ neque tertiæ tibi debeantur.*

22. Rationi beneficium est, quòd unà vivimus, quòd inter nos commercia agitamus; literarum autem, quòd homo se melior evadere, & alium meliorem facere possit. *Jos. Scalig. proleg. in chronol. canon.*

23. *Impius disputandi mos est, pertinaciam pro palmario argumento habere.* 24. *Di-*

24. *Discendi meta erit pia utilitas. ideòque sanctis præceptoribus opus est, qualem Julium Genitorem laudat Plinius lib. 3. ep. 3. Ibi scribit ad Hispullam:* In hoc lubrico ætatis non præceptor modò, sed custos etiam rectórque quærendus est. Vita hominum altos recessus magnásque latebras habet; cujus pro Genitore me sponsorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, nisi profuturum: nihil discet, quod nescisse rectiùs fuerit.

DIALOGUS XIV.

Lucubratio & cubiculum.

Hic nempe describitur I. nocturnum studium. II. itio cubitum.

*Plinius, Epictetus, Celsus, Didymus *.*

I. Lucubratio. PLINIUS. Hora est à meridie quinta. Heus Epictete, claude mihi fenestras istas, & infer

* *Nomina petita sunt ex historia: C.* Plinius Secundus *Veronensis temporib. Vespasiani vixit, cui naturalis historia lib. 37. inscripsit. Ei lucubratio congruenter est attributa. Nam, ut in præfatione sui operis ait*; Succisivis horis ista curamus, id est nocturnis, ne quid vestri putetis cessatum horis. Dies vobis impendimus, cum somno valetudinem computamus, vel hoc solo præmio contenti, quòd dum ista (ut ait M. Varro) mugi-

fer huc lumina ad lucubrandum *a*. EPICT. Quæ lumina? PLIN. Interea, dum hi adſunt, candelas ſebaceas *b* aut cereas *c*: ubi receſſerint, tolletis eas, & ſtatuetis hic mihi lychnum *d*. CEL. Quorſum id? PLIN. Ad lucubrandum. CEL. Quin ſtudes potius de mane? tum enim videtur & temporis ratio, & qualitas corporis invitare, quum eſt minimum vaporum in cerebro, peracta concoctione illa evaporatoria *e*. PLIN. Etiam hæc hora tranquillis-

muginamur, pluribus horis vivimus. Profectò enim vita vigilia eſt. *Hic fuit avunculus alterius C. Plinii Secundi Novocomenſis, qui illius exitū deſcribit* li.6.ep.16. Epictetus *philoſophus ex Phrygia Hierapolitanus ad M. Antonini tempora pervenit, qui ex tenui vir celebris factus eſt, ita, ut propter famam ejus lucerna fictilis tribus drachmarum millibus dicatur veniiſſe. Cornelius Celſus cùm alios, tum de re medica libros octo conſcripſit. Cultum & nitorem ejus commendat Quintilianus* lib. 10. cap 1. *Didymus grammaticus Alexandrinus dicitur exaravuſſe libros ſupra* 3500, χαλκέντερος κληθεὶς, διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονὴν *q. area habens inteſtina, quòd perpetuò libris inhæreret. Suidas meminit.*

a *ut ſtudeam ad lucernam. nam à luce nocturna, quam ex oleo &s. habemus, verbum ductum eſt.*

b *Apul.l.4.met.* Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis nocturni luminis inſtrumentis clareſcunt tenebræ.

c *etiam abſolutè pro face cerea eſt cereus; unde nobis* ſcerge.

d λύχνος *eſt lucerna*: λυχνοῦχος *a., cui lucerna imponitur vel appenditur: à* λύχνον ἔχειν. *hic lychnus lampas olearia.*

e *à qua vapores è ventriculo in cerebrum efferuntur. Sol.l.8.de aquis Sextus.* Quarum calor olim acrior exhala-

quillissima est, quũ quiescunt & silent omnia, atque iis, qui prandent & cœnant, non incommoda. Nam sunt, qui cœnant tantùm more prisco *f*, alii prandent solùm ex placitis recentium medicorum: alii & prandent & cœnant more Gothico *g*. CEL. An non ante Gothos erant prandia? PLIN. Erant, sed levia. Gothi morem invexerunt, bis in die saturum fieri. CELS. Qua de causa * Plato *h* mensas Syracusanas damnat, in quibus quotidie exsaturentur bis. PLI. Ex eo colligas, fuisse rarissimas. CELS. Sed missa isthæc faciamus. Cur lucubras ad lychnum potiùs, quàm ad candelam? PLIN. Propter flammam æquabilem, quæ minùs lædit oculos. illa enim crispatio *i* myxi *k* officit oculis, & sevi odor inamœnus est. CELS. Utere cereis, quorum odor non est

exhalatus per tempora evaporavit, nec jam par est fama priori. *Prima concoctio est vaporifera; non item reliquæ.*

f *hoc est* μονοσιτεῖν, *cui opponitur* δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρας *apud Hippocr. lib de vict. rat. in acut. Quia autem prandio potiùs, quàm cœna abstinebant: ideò* ἀριστᾷν *est ei bis de die vesci, lib. 2. de diæta.*

g *populi frigidioris cœli plus cibi poscunt; & qui laboribus corporis magis occupantur.*

* *i. e. eam ob causam.* h *epist. 7. ad Dion. amicos.*

i *i.e. tremor.*

k myxæ *malim, &* myxas *quoq; apud Martialem legere: μύξα Græcis dicitur mucus, quem μύσσομεν, i.e. ἀπομύσσομεν. emungimus. Deinde est ellychnium, funiculus, quo uncto flamma lucernæ alitur; quæ varia hinc, δίμυξος.*

est ingratus. PLIN. Myxus est in his magis tremulus, nec vapor salubris: & in sebaceis ellychnium *l* est lineum plerumque, non xylineũ *m*: ut propolæ *n* isti ex rebus omnib. quærunt compendium cum fraude. Infunde oleum in lucernam hanc, profer acu *o* myxum, & exfunga *p*. EPIC. Quàm hæret fungus acui? signum dicunt esse pluviæ, quemadmodum est apud Virgilium.

Scintil-

μυξ@, τρίμυξ@, πολύμυξ@. μύξ@ autem alia significat. vide Suidam.

l *quia ἐν λύχνῳ est, & pingue attrahit, quo accenso ipsum uritur, & aliis serviens consumitur.* Dacht / *à* dauchen *mergere. Hinc etiam nonnullis* mergulus *dicitur,* linamentum lucernarum, fungus, scirpus laneus lychni. *Belgis* lemmet *à linamento. Cæterùm ex varia materia fit ellychnium. vide* Plin. l. 23. c. 4. & 15. 2.

m *malo* xylinum, *ut q. Græcum planè sit ξύλινον. sicut λίνα ξύλινα, lina xylina dicuntur.* Plin. l. 19. c. 1. *Nam frutex est ξύλον; ut diximus suprà.*

n Propola *à præp. Latina pro & πωλεῖν. Nam prima est longa. Ergo non est nudè προπώλης; quod alioqui Græci quoq; dicant. Est propriè, qui primus vendit, merces, in portu præoccupatas. Et nos dicimus* fürkäuffer. *Hic autem est institor, mercator.*

o *acus hîc est stilus ferreus, quo προμύσσομεν vel προβύσσομεν λύχνον,* darmit wir den dacht vortschůren/*promovemus ellychnium.*

p *fungus, pars ellychnii exusta, quæ velut in fungum abit. Belg.* snützel/ *quod emungitur.* schneutzen *Misn. emungere, à* naso. *Hinc* exfungare *factum est; fungo liberare, à fungo repurgare: ut* Exfibrare *fibris liberare Columell: exfilare, à filis expedire. August.*

Scintillare oleum, & putres r *concrescere fungos.*

Plini, Adfer etiam furcinulam *t*, & emunge candelam hanc, ne projicias fungum in pavimentum, ne fumiget: sed opprime intra furcinulam, quando est contecta. Profer mihi pallam lucubratoriam *u*, prælongam illam pellitam. Celsus. Ego te tuis libris commendabo. Minervam *x* tibi opto propitiam. Plinius. Paulum *y* malim, vel, quod dicere debui, Christum Jesum, Dei sapientiam. Celsus. Fortasse Christus Minervæ fabulâ adumbratur, ut quæ ex Jovis cerebro sit nata *z*. Plinus. Statue mensam super tibicines

r *inanes, in quibus nihil utile superest.*

s τὸ περὶ τὴν θρυαλλίδα ἀνάστημα σπογγοειδὲς, *quod circa ellychnium assurgit seu erigitur spongiolæ specie. Aratus vocat etiam* μύκητας. *Servius ex Plinio rationem reddit his verbis:* Nam, quum aër humidus esse cœperit, favilla, quæ cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate in lucernis residet & quasdam velut fungorum imitatur imagines. *Plin. lib. 18. c. 35.*

t *qua ellychnium candelæ supervacuum, & jam officio functum, emungitur.*

u *i.e. qua uti soleo lucubraturus*, studirrock / studirpeltz.

x *præsidem literarum. Loquitur, ut Celsus gentili*

y *at nec Paulus præest studiis nostris, potentiâ, seu doctrina.*

z *indicare vult, Christum ex corde patris velut genitum esse. Sed id gentiles non intellexerunt, quibus nonnunquam nimis opulentos sensus affingimus.*

bicines *a* in cubiculo. EPICTE. Mavis mensam, quàm pluteum? PLINIUS. Etiam, hoc quidem tempore: sed pone supra mensam pluteolum *b*. EPICTE. Stabilem *c* an volubilem *? PLINIUS. Quem males. Ubi est Didymus meus à studiis *d*? EPICTE. Eo illum accersitum. PLIN. Et huc adducito puerum exceptorem *e*. nam lubet aliquid dictare. Da mihi illos calamos, & pennas duas aut tres cannæ *f* amplæ, & thecam pulverariam *g*. Profer mihi ex armario Ciceronem & Demosthenem, tum ex pluteo codicem exceptorium *h*? & regesta *i* majuscula (audin'?) & mea schedia *k*, in quibus libet nonnulla ex-

a *fulcra erecta, ut stant tibia canentes, qui propriè tibicines.*

b *parvum pluteum, in quo libri collocantur ad erectum ex obliquo situm, ob commoditatem lectionis.*

c *fixum.*

* *qui circumagi queat, q.* πολητόν.

d *servus anagnostes, qui auscultanti prælegit.* leseknecht.

e *qui dictanda excipiat calamo.* f *caulis.*

g *qua pulvis continetur ad siccandas literas, ne quid moretur perrecturum. Est a. vox analogicè facta.*

h *in quo notentur excerpta ex auctoribus,* ἐκλογαὶ, χρηστομάθειαι, σημειώσεις, παρεκβολαί. *Sic iterum ex analogia.*

i *hic est liber alphabetici ordinis, in quem regeruntur, quæ ex facili invenire volumus. In agricultura regestum est terra è sulco egesta & nonnihil acervata.*

k *chartas, in quas* σχέδια, *i. e. extemporalia scripsi. aliter scheda.*

polire *l.* DIDYM. Non arbitror, esse schedas tuas in pluteo, sed in scrinio conclavis. PLIN. Id verò ipse scrutator. Affer mihi Nazianzenum *m*. DIDYM. Non nosco. PLIN. Liber est minimè spissus, consutus, & tectus membrana ruditer *.* Affer quoque codicem quintum à primo. DIDY. Quod est lemma *n* illius? PLIN. Xenophontis commentarii: liber est expolitus, tectus corio cum uncinulis *o* & umbilicis cupreis *p*. DIDY. Non invenio. PLI. Nunc memini, in quarto loculamento *q* eum reposui: illinc prome. In eo loculamento non sunt nisi libri soluti *r*, & rudes, quales recèns afferuntur ab officina. DIDYM. Ecquod corpus Ciceronis poscis? nam sunt quatuor. PLI. Secundum. EPIC. Nondum est relatum à librario glutinatore *s*, cui dedimus nudius, ut puto, quintus. DIDYM. Quàm placet tibi hæc penna? PLI. Non sum in eo valde sollicitus: quæcunque in manus venit, ea sic utor, tan-

l *limare.*

m *Gregorium theologum Nazianzi episcopum, patrem Græcum.*

n *i.e. inscriptio, nomen.*

o *quibus clauduntur adversa latera.*

p *quibus munitur liber contra attritum ex frequentiore usu. Ex cupro fiunt: elegantiæ causâ.*

q *i e. asseres, aut tabula, in qua locantur libri.*

r *nondum compacti, glutinati, ligati.*

s *bibliopego.*

quam

quam bona. Didy. Hoc habes Ciceronis *t*. Pli. Conquiescite: reclude mihi Ciceronem, aperi, evolve adhuc tria aut quatuor folia ad quartum Tusculanarum quæstionum: quære ibi de mansuetudine & lætitia. Epic. Cujus sunt hi versus? Didym. Ejus ipsius, quos de Sophocle vertit: quod facit sanè lubens, ac proinde sæpe. Epic. Erat credo ad carmen componendum satis aptus. Cels. Aptissimus ac facillimus *u*: nec, ut illo seculo, infelix, contrà quàm existimant plurimi. Epic. Sed tu quomodo intermisisti studium poëtices? Plin. Aliquando repetemus succisivis *x* horis, ut spero. nam habet multum levamenti ab studiis gravioribus. Defessus sum jam studendo, meditando, scribendo: sterne mihi lectum. Epic. In quo cubiculo? Plin. In lato illo & quadrato: & tolle ex angulo anaclinterium *y*, transfer in cœnationem *z*. pone su-

t *hoc commune habes cum Cicerone: qui ita solebat: vide Volaterr. l. 33.*

u *vide P. Rami Ciceronianũ, eruditum sanè librum.*

x *quas succidemus de gravioribus negociis. alii subsecivum dicunt.*

y *ubi ἀνακλίντηρι: quasi recubitorium dicas. aliter ἀνάκλιντρον. Id esse volunt quidam, quod Lampridius in Heliogabalo* accubitum *seu* accubitam *vocat. Hic est id, in quo interdiu cubatur, ad nocturnas cubationes minùs commodo. grabatus, grabatulus, quem Hesychius λαχὸν voce quasi vernacula nostra vocat* ein lager. *λέχος a. est cubare.* z *i.e. cœnaculum.*

N 2 per

per culcitram *a* plumeam alteram tomenti *b* lanei: vide, ut fulcra lecti sint satis firma. Epic. Quid refert tua, qui non cubas in alterutra spondarum *c*, sed in medio? sed salubrius foret, si lectus esset durior, & qui corpori resisteret. Plin. Tolle cervical *d*, & pro eo repone pulvinos *e* duos: & in hoc æstu malo plagam *f* illam, quàm arcta isthæc lintea. Epic. Sine lodice *g*? Plin. Etiam. Epic. Algebis. nam surgis ab studiis *h* extenuato corpore.

Plin.

a *meliùs culcita, auctoritate veterum manu scriptorum exemplarium. Et gloss.* culcita τύλη, *quam vocem Suidas exponit* στρωμνὴν, *i.e. stragulum. Sed propriè est textum illud (lineum seu aliud) in quod calcatur hoc est, inculcatur tomentum: imprimis ad pulvinos: centunculus.*

b *id quo farcitur culcita, sive sit* κνάφαλον, *sive* πῖλον. *sive aliquid vilius, ut fœnum, stramen, palea, gluma spicarum; ut olim solebant. Ex Ciliciis autem pilis ferè tomenta fiebant.* κνάφαλον *dicitur floccus, qui fullonio carduo detrahitur è panno, dum pectitur. Tomentum dicitur* ἀ τομῆ, *i.e. sectione: vel quia ex eo tumet culcita: cujus diminutivum est* culcitula.

c *laterum lecti,* ortbretter/bettplancken.

d *quod capiti (cervici molliùs cubaturæ) subjicitur.* προσκεφάλαιον, hauptpfül.

e *qui molliores sunt & supra cervical collocari solent, ut caput altiùs collocari queat.*

f *Varro* eburneos lectos & plagas sigillatas *dicit. Nonius plagam exponit* grande lineum tegmen, quod nunc torale vel lecticariam sindonem dicimus: *quia, ut videtur, plagam, i.e. spatium magnum occupat, tanquam tapetum: ut Gallus vertit* tapis.

g *operimento.*

h *post studia.*

PLIN. Injice ergo peristroma *i* aliquod leve. EPIC. Istud; nullum aliud stragulum *k*? PLIN. Nullum. si sentiam frigus in lecto, poscam plus vestium; aufer illa peripetasmata *l*. nam ad culices *m* excludendos malo conopeum *n*. EPIC. Culices paucos hîc sensi, pulices & pediculos satis multos. PLIN. Ego verò miror, te aliquid sentire, qui sic dormias & stertas. EPIC. Nemo dormit meliùs, quàm qui non sentit, quàm malè dormit. PLIN. Nihil horum animalculorum, quibus per æstatem in cubiculis infestamur, tam movet nauseam, quàm cimices *o*, odore illo teterrimo. EPIC. Satis bonus proventus est eorum Lutetiæ ac Lovanii.

i *quod* περιστρώννυται, *i.e. circuminsternitur, ad latera etiam tegenda: id est tapete, sive auleum aut simile, quo lecti sternuntur &c.*

k *quo aliquid sternitur,* decke/ στρῶμα.

l *velum, cortinam, qua* περιπετάζεται, *i. e, circum circa extenditur.* gardijne *vel* gordijne/ *à cortina.*

m *vermiculus alatus parvus quidem, at pungens acriter: unde à cute lacienda seu lacessenda di*[illegible]*us videtur.*

n *velum, contra* κώνωπας, *i e. culices:* κωνωπεῖον: *ergo recte* conopéum. *Latini tamen poëtæ conópeum dicunt. Conopéum autem est velum ad arcendos culices. Belgis* vliegennet/ *q. rete muscarum, quod lectus imminet, ad abigendas muscas.*

o *vermiculus fœtidus, qui imprimis vitio aëris in lectorum spondis nascitur & in parietibus argillaceis. unde à* wand *dicitur* wantze/ wandlaus. *etiam Belgis* walluys. *à* walgen/ *i.e. nauseare. &* weeghluys. *Nam & weegh est lutamentum, paries. vide* Plin. lib. 27. 29 *&* 29, 4.

vanii. PLIN. Est genus ligni, quod illos creat, Lutetiæ, & argilla Lovanii. Colloca hîc mihi horologium excitatorium *p*, & obicem *q* infigito in horam quartam matutinam. neque enim volo diutius dormire. Excalcia *r* me, pone hîc sellam plicatilem *s*, in qua sedeam; matula in scabello sit mihi juxta lectulum parata. Nescio, quid hîc olet malè, suffias *t* paulum turis,

29.4. *κίμβιξ inter alia est, ῥυπαρὸς sordidus: unde dici potest aut à* cama, *i.e. lecto.* Diosc. l. 2. 33. Arist. hist. anim. l. 5. 31. *Græcis κόρεις est. κείρω est tondeo, & ἀπλήστως ἐσθίω*, insatiabiliter edo.

p *imitatur copiam Græcorum, qui ἐγερτικὸν dicunt. Nos istam machinulam vocamus* ein wecker / *q. excitatorem ad vigilias.*

q *ut scilicet ejus motus certa dispositione cohibeatur, donec sit hora quarta matutina, ut tunc demum sonet. Galli vocant eleganter* un resveillematin, *quasi nos dicamus* ein morgenwecker / *suscitabulum matutinum, vel diluculare, suscitabulum sonorum, auctore Budæo. Nos audebimus orthroboam una voce dicere à gallo: vide supra p. 128.*

r *calceos detrahe. fac discalceatum. Id Græcis est ἐμβάδας ὑπολύειν: & simpliciter ὑπολύειν, ἐξυπολύειν.*

s *quæ complicari & explicari potest. Ita Hesych. ὀκλαδίας θρόνος, πτυκτὸς δίφρος, ταπεινὸς, ὃν οἱ ἀκόλουθοι φέρουσι τοῖς εἰς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις, id est, ocladias, sella plicatilis, humilis, quam assecla ferunt exeuntibus in forum divitibus, vocatur etiam absolutè ὀκλαδίας. Aristoph. in Equit. Lucian. in Lexiph. ὀκλάζω est genibus flexis subsido.*

t *suffio penultima brevi est odores accendo, θυόω ὑποθυμιάω. Et ex illo θυόω hoc fio natum putant.*

turis *u*, aut juniperi *x*. Cane hîc mihi lyra aliquid lectum ingredienti, more Pythagorico *y*, ut citiùs obdormiam, & somnia sint placidiora. EPIC.

Somne quies rerum, placidissime somne deorum z,

Pax animi a, quem curafugit; qui pectora longis

u *thus vel* tus, *si à tusis glebis nomen habet, ut post Varronem, volunt Servius & Priscianus. Propior tamen est origo à* θύω. *Nam* θῦμα *est* θυμίαμα *suffimentum. Interim tamen vox est Latina: etsi Græcæ originis; ideóq; Latino more scribenda.* θύον *Græcis* τὸ θυόμενον, *quod sacrificatur, & arbor, quæ aliter* θύα. *Nos* weihrauch *dicimus, q. sacrum fumum, qui scilicet fumat in sacrificiis. Nam* weih *olim sacer erat, unde* weihen / *consecrare. Græcis tus est* λίβανος *ex Hebræo* lebhonáh, *quæ idem facit, à candore. nam* labán *est albus. Et, ut Dioscorides ait,* manna turis probatur candore, micarum frequentia & puritate. Tus *ex arbore stillat, quæ & ipsa* λίβανος. *Gloss.* tus λιβανωτὸς, θυμίαμα. *vide Diosc. l.* 1. *c.* 70. 71. 72. *Diod. Sicul. l.* 3. *&* 6. *Sol. l.* 36. *Siccandi facultate emendat pituitam.*

x *Juniperus arbor est, quæ semper juniores fructus parit, antiquis maturescentibus. nobis* wachholterbaum / *&* weckholder / *q. acer sacrum vel ad suffiendum à* weih. *Etiam* reckholder / *q.* rauchholder. *caloris & siccitatis viribus commendatur.*

y *Pythagorei ad fides somnū inibant.* Quintil. l. 9. c. 4.

z *inter deos. Fingebant enim, somnum esse deum.* Ovid. l. 11. metamorph.

a *qui pacas animum:* *unde* domitor curarum & malorum *Seneca tragico, ut Theogn.* λυσίκακος, *Orph.* λυσιμέριμνος *dicitur.*

24. *Discendi meta erit pia utilitas. ideòque sanctis præceptoribus opus est, qualem Julium Genitorem laudat Plinius lib. 3. ep. 3. Ibi scribit ad Hispullam:* In hoc lubrico ætatis non præceptor modò, sed custos etiam rectórque quærendus est. Vita hominum altos recessus magnásque latebras habet, cujus pro Genitore me sponsorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, nisi profuturum: nihil discet, quod nescisse rectiùs fuerit.

DIALOGUS XIV.

Lucubratio & cubiculum.

¶ *Hic nempe describitur I. nocturnum studium. II. itio cubitum.*

Plinius, Epictetus, Celsus, Didymus.*

I. Lucubratio. PLINIUS. Hora est à meridie quinta. Heus Epictete, claude mihi fenestras istas, & infer

* *Nomina petita sunt ex historia:* C. Plinius Secundus Veronensis *temporib. Vespasiani vixit, cui naturalis historiæ lib. 37. inscripsit. Ei lucubratio congruenter est attributa. Nam, ut in præfatione sui operis ait;* Succisivis horis ista curamus, id est nocturnis, ne quid vestri putetis cessatum horis. Dies vobis impendimus, cum somno valetudinem computamus, vel hoc solo præmio contenti, quòd dum ista (ut ait M. Varro) mugi-

fer huc lumina ad lucubrandum *a*. EPICT. Quæ lumina? PLIN. Interea, dum hi adſunt, candelas ſebaceas *b* aut cereas *c*: ubi receſſerint, tolletis eas, & ſtatuetis hic mihi lychnum *d*. CEL. Quorſum id? PLIN. Ad lucubrandum. CEL. Quin ſtudes potius de mane? tum enim videtur & temporis ratio, & qualitas corporis invitare, quum eſt minimum vaporum in cerebro, peracta concoctione illa evaporatoria *e*. PLIN. Etiam hæc hora tran-

quillis-

muginamur, pluribus horis vivimus. Profectò enim vita vigilia eſt. *Hic fuit avunculus alterius C. Plinii Secundi Novocomenſis, qui illius exitũ deſcribit* li.6.ep.16. Epictetus *philoſophus ex Phrygia Hierapolitanus, ad M. Antonini tempora pervenit, qui ex tenui vir celebris factus eſt, ita, ut propter famam ejus lucerna fictilis tribus drachmarum millibus dicatur veniiſſe. Cornelius Celſus cùm alios, tum de re medica libros octo conſcripſit. Cultum & nitorem ejus commendat Quintilianus* lib. 10. cap. 1. *Didymus grammaticus Alexandrinus dicitur exaravisſe libros ſupra* 3500, *χαλκέντερος κληθεὶς, διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονὴν q. area habens inteſtina, quòd perpetuò libris inhæreret. Suidas meminit.*

a *ut ſtudeam ad lucernam. nam à luce nocturna, quam ex oleo &c. habemus, verbum ductum eſt.*

b *Apul. l. 4. met.* Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis nocturni luminis inſtrumentis clareſcunt tenebræ.

c *etiam abſolute pro face cerea eſt cereus; unde nobis* Kertze.

d *λύχνος eſt lucerna: λυχνοῦχος a., cui lucerna imponitur vel appenditur: à λύχνον ἔχειν. hic lychnus lampas olearia.*

e *à qua vapores è ventriculo in cerebrum efferuntur. Sol. l. 8. de aquis Sextus.* Quarum calor olim acrior

exhala-

quillissima est, quũ quiescunt & silent omnia, atque iis, qui prandent & cœnant, non incommoda. Nam sunt, qui cœnant tantùm more prisco *f*, alii prandent solùm ex placitis recentium medicorum: alii & prandent & cœnant more Gothico *g*: CEL. An non ante Gothos erant prandia? PLIN. Erant, sed levia. Gothi morem invexerunt, bis in die saturum fieri. CELS. Qua de causa * Plato *h* mensas Syracusanas damnat, in quibus quotidie exsaturentur bis. PLI. Ex eo colligas, fuisse rarissimas. CELS. Sed missa isthæc faciamus. Cur lucubras ad lychnum potiùs, quàm ad candelam? PLIN. Propter flammam æquabilem, quæ minùs lædit oculos. illa enim crispatio *i* myxi *k* officit oculis, & sevi odor inamœnus est. CELS. Utere cereis, quorum odor non est

exhalatus per tempora evaporavit, nec jam par est fama priori. *Prima concoctio est vaporifera; non item reliquæ.*

f *hoc est* μονοσιτεῖν, *cui opponitur* δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρας *apud Hippocr. lib de vict. rat. in acut. Quia autem prandio potiùs, quàm cœna abstinebant: ideò* ἀριστᾷν *est ei bis de die vesci, lib. 2. de diæta.*

g *populi frigidioris cœli plus cibi poscunt; & qui laboribus corporis magis occupantur.*

* *i. e. eam ob causam.* h *epist. 7. ad Dion. amicos.*

i *i.e. tremor.*

k myxæ *malim, &* myxas *quoq; apud Martialem legere:* μύξα *Græcis dicitur mucus, quem* μύσσομεν, *i.e.* ἀπομύσσομεν. *emungimus. Deinde est ellychnium, funiculus, quo uncto flamma lucernæ alitur; quæ varia hinc,* δίμυξος,

est ingratus. PLIN. Myxus est in his magis tremulus, nec vapor salubris: & in sebaceis ellychnium *l* est lineum plerumque, non xylineũ *m*: ut propolæ *n* isti ex rebus omnib. quærunt compendium cum fraude. Infunde oleum in lucernam hanc, profer acu *o* myxum, & exfunga *p*. EPIC. Quàm hæret fungus acui? signum dicunt esse pluviæ, quemadmodum est apud Virgilium.

Scintil-

μυξ@-, τρίμυξ@-, πολύμυξ@-. μύξ@- autem alia significat. vide Suidam.

l *quia ἐν λύχνῳ est, & pingue attrahit, quo accenso ipsum uritur, & aliis serviens consumitur.* Dacht / *à* dauchen *mergere. Hinc etiam nonnullis* mergulus *dicitur,* linamentum lucernarum, fungus, scirpus laneus lychni. *Belgis* lemmet *à linamento. Caterùm ex varia materia fit ellychnium. vide* Plin. l. 23. c. 4. & 15. 2.

m *malo* xylinum; *ut q. Græcum planè sit ξύλινον. sicut λίνα ξύλινα, lina xylina dicuntur.* Plin. l. 19. c. 1. *Nam frutex est ξύλον; ut diximus suprà.*

n Propola *à præp. Latina pro & πωλεῖν. Nam prima est longa. Ergo non est nudè προπώλης; quod alioqui Græci quoq; dicant. Est propriè, qui primus vendit merces, in portu præoccupatas. Et nos dicimus* fürkäufer. *Hic autem est institor, mercator.*

o *acus hic est stilus ferreus, quo προμύσσομεν vel προσβύσσομεν λύχνον,* darmit wir den dacht vortschüren, *promovemus ellychnium.*

p *fungus, pars ellychnii exusta, quæ velut in fungum abit. Belg.* snützel/ *quod emungitur.* schneutzen *Misn. emungere, à* naso. *Hinc* exfungare *factum est; fungo liberare, à fungo repurgare: ut* Exfibrare *fibris liberare Columell: exfilare, à filis expedire. August.*

Scintillare oleum, & putres r concreſcere fungos s.

PLINI, Adfer etiam furcinulam *t*, & emunge candelam hanc, ne projicias fungum in pavimentum, ne fumiget: ſed opprime intra furcinulam, quando eſt contecta. Profer mihi pallam lucubratoriam *u*, prælongam illam pellitam. CELSUS. Ego te tuis libris commendabo. Minervam *x* tibi opto propitiam. PLINIUS. Paulum *y* malim, vel, quod dicere debui, Chriſtum Jeſum, DEI ſapientiam. CELSUS. Fortaſſe Chriſtus Minervæ fabulâ adumbratur, ut quæ ex Jovis cerebro ſit nata *z*. PLINIUS. Statue menſam ſuper tibicines

r *inanes, in quibus nihil utile supereſt.*

s τὸ περὶ τὴν θρυαλλίδα ἀνάστημα σπογγοειδὲς, *quod circa ellychnium aſſurgit ſeu erigitur ſpongiolæ ſpecie. Aratus vocat etiam* μύκητας. *Servius ex Plinio rationem reddit his verbis:* Nam, quum aër humidus eſſe cœperit, favilla, quæ cum fumo ſolet egredi, prohibita aëris craſſitate in lucernis reſidet & quaſdam velut fungorum imitatur imagines. *Plin. lib. 18. c. 35.*

t *qua ellychnium candelæ ſupervacuum, & jam officio functum, emungitur.*

u *i.e. qua uti ſoleo lucubraturus*, ſtudjrrock / ſtudjrpeltz.

x *præſidem literarum. Loquitur, ut Celſus gentili*

y *at nec Paulus præeſt ſtudiis noſtris, potentiâ, ſed doctrina.*

z *indicare vult, Chriſtum ex corde patris velut genitum eſſe. Sed id gentiles non intellexerunt, quibus nonnunquam nimis opulentos ſenſus affingimus.*

bicines *a* in cubiculo. EPICTE. Mavis mensam, quàm pluteum? PLINIUS. Etiam, hoc quidem tempore: sed pone supra mensam pluteolum *b*. EPICTE. Stabilem *c* an volubilem *? PLINIUS. Quem males. Ubi est Didymus meus à studiis *d*? EPICTE. Eo illum accersitum. PLIN. Et huc adducito puerum exceptorem *e*. nam lubet aliquid dictare. Da mihi illos calamos, & pennas duas aut tres cannæ *f* amplæ, & thecam pulverariam *g*. Profer mihi ex armario Ciceronem & Demosthenem, tum ex pluteo codicem exceptorium *h*? & regesta *i* majuscula (audin'?) & mea schedia *k*, in quibus libet nonnulla ex-

N poli-

a *fulcra erecta, ut stant tibia canentes, qui propriè tibicines.*

b *parvum pluteum, in quo libri collocantur ad erectum ex obliquo situm, ob commoditatem lectionis.*

c *fixum.*

* *qui circumagi queat, q.* πολητόν.

d *servus anagnostes, qui auscultanti prælegit,* leſe⸗knecht.

e *qui dictanda excipiat calamo.* f *caulis.*

g *qua pulvis continetur ad siccandas literas, ne quid moretur perrecturum. Est a. vox analogicè facta.*

h *in quo notentur excerpta ex auctoribus,* ἐκλογαὶ, χρηστομαθεῖαι, σημειώσεις, παρεκβολαί. *Sic iterum ex analogia.*

i *hic est liber alphabetici ordinis, in quem regeruntur, quæ ex facili invenire volumus. In agricultura regestum est terra è sulco egesta & nonnihil acervata.*

k *chartas, in quas* χέδια, *i. e. extemporalia scripsi. aliter scheda.*

polire *l.* DIDYM. Non arbitror, esse schedas tuas in pluteo, sed in scrinio conclavis. PLIN. Id verò ipse scrutator. Affer mihi Nazianzenum *m*. DIDYM. Non nosco. PLIN. Liber est minimè spissus, consutus, & tectus membrana ruditer. Affer quoque codicem quintum à primo. DIDY. Quod est lemma *n* illius? PLIN. Xenophontis commentarii: liber est expolitus, tectus corio cum uncinulis *o* & umbilicis cupreis *p*. DIDY. Non invenio. PLI. Nunc memini, in quarto loculamento *q* eum reposui: illinc prome. In eo loculamento non sunt nisi libri soluti *r*, & rudes, quales recèns afferuntur ab officina. DIDYM. Ecquod corpus Ciceronis poscis? nam sunt quatuor. PLI. Secundum. EPIC. Nondum est relatum à librario glutinatore *s*, cui dedimus nudius, ut puto, quintus. DIDYM. Quàm placet tibi hæc penna? PLI. Non sum in eo valde sollicitus: quæcunque in manus venit, ea sic utor, tan-

l *limare.*
m *Gregorium theologum Nazianzi episcopum, patrem Græcum.*
n *i.e. inscriptio, nomen.*
o *quibus clauduntur adversa latera.*
p *quibus munitur liber contra attritum ex frequentiore usu.* Ex cupro *fiunt: elegantiæ causâ.*
q *i e. asfere, aut tabula, in qua locantur libri.*
r *nondum compacti, glutinati, ligati.*
s *bibliopego.*

quam

quam bona. Didy. Hoc habes Ciceronis *t.* Pli. Conquiescite: reclude mihi Ciceronem, aperi, evolve adhuc tria aut quatuor folia ad quartum Tusculanarum quæstionum: quære ibi de mansuetudine & lætitia. Epic. Cujus sunt hi versus? Didym. Ejus ipsius, quos de Sophocle vertit: quod facit sanè lubens, ac proinde sæpe. Epic. Erat credo ad carmen componendum satis aptus. Cels. Aptissimus ac facillimus *u*: nec, ut illo seculo, infelix, contrà quàm existimant plurimi. Epic. Sed tu quomodo intermisisti studium poëtices? Plin. Aliquando repetemus succisivis *x* horis, ut spero. nam habet multum levamenti ab studiis gravioribus. Defessus sum jam studendendo, meditando, scribendo: sterne mihi lectum. Epic. In quo cubiculo? Plin. In lato illo & quadrato: & tolle ex angulo anaclinterium *y*, transfer in cœnationem *z*. pone su-

t *hoc commune habes cum Cicerone: qui ita solebat: vide Volaterr. l. 33.*

u *vide P. Rami Ciceronianũ, eruditum sanè librum.*

x *quas succidemus de gravioribus negociis. alii subsecivum dicunt.*

y *ubi ἀνακλίνεται: quasi recubitorium dicas. aliter ἀνάκλιντρον. Id esse volunt quidam, quod Lampridius in Heliogabalo* accubitum *seu* accubitam *vocat. Hic est id, in quo interdiu cubatur, ad nocturnas cubationes minùs commodo. grabatus, grabatulus, quem Hesychius λαχὸν voce quasi vernacula nostra vocat* ein lager. *λέχος a. est cubare.* z *i.e. cœnaculum.*

per culcitram *a* plumeam alteram tomenti *b* lanei: vide, ut fulcra lecti sint satis firma. Epic. Quid refert tua, qui non cubas in alterutra spondarum *c*, sed in medio? sed salubrius foret, si lectus esset durior, & qui corpori resisteret. Plin. Tolle cervical *d*, & pro eo repone pulvinos *e* duos: & in hoc æstu malo plagam *f* illam, quàm arcta isthæc lintea. Epic. Sine lodice *g*? Plin. Etiam. Epic. Algebis. nam surgis ab studiis *h* extenuato corpore. Plin.

a *melius culcita, auctoritate veterum manu scriptorum exemplarium. Et gloss.* culcita τύλη, *quam vocem Suidas exponit* στρωμνήν, *i.e. stragulum. Sed propriè est textum illud (lineum seu aliud) in quod calcatur hoc est, inculcatur tomentum: imprimis ad pulvinos: centunculus.*

b *id quo farcitur culcita, sive sit* κνάφαλον, *sive* πῖλον. *sive aliquid vilius, ut fœnum, stramen, palea, gluma spicarum, ut olim solebant. Ex Ciliciis autem pilis ferè tomenta fiebant.* κνάφαλον *dicitur floccus, qui fullonio carduo detrahitur è panno, dum pectitur. Tomentum dicitur* ἀπὸ τομῆς, *i.e. sectione: vel quia ex eo tumet culcita: cujus diminutivum est* culcitula.

c *laterum lecti,* ortbretter/bettplancken.

d *quod capiti (cervici molliùs cubaturæ) subjicitur.* προσκεφάλαιον, hauptpfül.

e *qui molliores sunt & supra cervical collocari solent, ut caput altiùs collocari queat.*

f *Varro* eburneos lectos & plagas sigillatas *dicit. Nonius plagam exponit* grande lineum tegmen, quod nunc torale vel lecticariam sindonem dicimus: *quia, ut videtur, plagam, i.e. spatium magnum occupat, tanquam tapetum: ut Gallus vertit* tapis.

g *operimento.*

h *post studia.*

PLIN. Injice ergo periſtroma *i* aliquod leve. EPIC. Iſtud; nullum aliud ſtragulum *k*? PLIN. Nullum. ſi ſentiam frigus in lecto, poſcam plus veſtium; aufer illa peripetaſmata *l*. nam ad culices *m* excludendos malo conopeum *n*. EPIC. Culices paucos hîc ſenſi, pulices & pediculos ſatis multos. PLIN. Ego verò miror, te aliquid ſentire, qui ſic dormias & ſtertas. EPIC. Nemo dormit meliùs, quàm qui non ſentit, quàm malè dormit. PLIN. Nihil horum animalculorum, quibus per æſtatem in cubiculis infeſtamur, tam movet nauſeam, quàm cimices *o*, odore illo teterrimo. EPIC. Satis bonus proventus eſt eorum Lutetiæ ac Lovanii.

i *quod περιστρώννυται, i.e. circuminſternitur, ad latera etiam tegenda: id eſt tapete, ſive aulæum aut ſimile, quo lecti ſternuntur &c.*

k *quo aliquid ſternitur,* decke/ *στρῶμα.*

l *velum, cortinam, quæ περιπετάζεται, i. e, circumcirca extenditur.* gardijne vel gordijne/ *à cortina.*

m *vermiculus alatus parvus quidem, at pungens acriter: unde à cute lacienda ſeu laceſſenda di[illegible]us videtur.*

n *velum, contra κώνωπας, i.e. culices: κωνωπεῖον: ergo recte* conopéum. *Latini tamen poëtæ conópeum dicunt. Conopéum autem eſt velum ad arcendos culices. Belgis* vliegennet/ *q. rete muſcarum, quod lectis imminet, ad abigendas muſcas.*

o *vermiculus fœtidus, qui imprimis vitio aëris in lectorum ſpondis naſcitur & in parietibus argillaceis. unde à* wand *dicitur* wantze/ wandlaus. *etiam Belgis* walluys. *à* walgen/ *i.e. nauſeare. &* weeghluys. *Nam &* weegh *eſt lutamentum, paries. vide* Plin. lib. 27. 29 & 29, 4.

vanii. Plin. Est genus ligni, quod illos creat, Lutetiæ, & argilla Lovanii. Colloca hîc mihi horologium excitatorium *p*, & obicem *q* infigito in horam quartam matutinam. neque enim volo diutius dormire. Excalcia *r* me, pone hîc sellam plicatilem *s*, in qua sedeam; matula in scabello sit mihi juxta lectulum parata. Nescio, quid hîc olet malè, suffias *t* paulum turis,

29.4. *χίμβιξ inter alia est, ῥυπαρὸς sordidus: unde dici potest aut à* cama, *i.e. lecto.* Diosc. l.2.33. Arist. hist. anim. l.5.31. *Græcis κόρις est. κείρω est tondeo, & ἀπλήστως ἐσθίω*, insatiabiliter edo.

p *imitatur copiam Græcorum, qui ἐγερτικὸν dicunt. Nos istam machinulam vocamus* ein wecker / *q. excitatorem ad vigilias.*

q *ut scilicet ejus motus certa dispositione cohibeatur, donec sit hora quarta matutina, ut tunc demum sonet. Galli vocant eleganter* un resveillematin, *quasi nos dicamus* ein morgenwecker / *suscitabulum matutinum, vel diluculare, suscitabulum sonorum, auctore Budæo. Nos audebimus orthroboam una voce dicere à gallo: vide supra p.128.*

r *calceos detrahe. fac discalceatum. Id Græcis est ἐμβάδας ὑπολύειν: & simpliciter ὑπολύειν, ἐξυπολύειν.*

s *quæ complicari & explicari potest. Ita Hesych. ὀκλαδίας θρόνος, πλυκτὸς δίφρος, ταπεινὸς, ὃν οἱ ἀκόλουθοι φέρουσι τοῖς εἰς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις, id est, ocladias, sella plicatilis, humilis, quam assecla ferunt exeuntibus in forum divitibus, vocatur etiam absolutè ὀκλαδίας. Aristoph. in Equit. Lucian. in Lexiph. ὀκλάζω est genibus flexis subsido.*

t *suffio penultima brevi est odores accendo, θυόω ὑποθυμιάζω. Et ex illo θυόω hoc fio natum putant.*

turis *u*, aut juniperi *x*. Cane hîc mihi lyra aliquid lectum ingredienti, more Pythagorico *y*, ut citiùs obdormiam, & somnia sint placidiora. EPIC.

Somne quies rerum, placidissime somne deorum z,

Pax animi a, quem cura fugit; qui pectora longis

u *thus vel* tus, *si à tusis glebis nomen habet, ut post Varronem volunt Servius & Priscianus. Propior tamen est origo à* θύω. *Nam* θῦμα *est* θυμίαμα *suffimentum. Interim tamen vox est Latina: etsi Græcæ originis; ideòq; Latino more scribenda.* θύον *Græcis* τὸ θυόμενον, *quod sacrificatur, & arbor, quæ aliter* θύα. *Nos* weihrauch *dicimus, q. sacrum fumum, qui scilicet fumat in sacrificiis. Nam* weih *olim sacer erat, unde* weihen / *consecrare. Græcis tus est* λίβανος *ex Hebræo* lebhonáh, *quæ idem facit, à candore. nam* labán *est albus. Et, ut Dioscorides ait,* manna turis probatur candore, micarum frequentia & puritate. Tus *ex arbore stillat, quæ & ipsa* λίβανος. *Gloss.* tus λιβανωτὸς, θυμίαμα. *vide Diosc.l.1.c.70.71. 72. Diod. Sicul.l.3. & 6. Sol.l.36. Siccandi facultate emendat pituitam.*

x *Juniperus arbor est, quæ semper juniores fructus parit, antiquis maturescentibus. nobis* wachholterbaum / *&* weckholder / *q. acer sacrum vel ad suffiendum à* weih. *Etiam* reckholder / *q.* rauchholder. *caloris & siccitatis viribus commendatur.*

y *Pythagorei ad fides somnũ inibant.* Quintil.l.9.c.4.

z *inter deos. Fingebant enim, somnum esse deum.* Ovid.l.11.metamorph.

a *qui pacas animum*: *unde* domitor curarum & malorum *Seneca tragico, ut Theogn.* λυσίκακος, *Orph.* λυσιμέριμνος *dicitur.*

Fessa ministeriis fulcis, reparásque labori b.

b *ad laborem: instauras lapsas & fractas vires, ut ad intermissos labores sint recentes.*

SENTENTIÆ.

1. Ne mediocris quidem eruditio parabilis est, nisi diurnis & nocturnis vigiliis.

2. Lucubrationes tamen cavendæ sunt immodicæ & intempestivæ, quæ pariter animi & corporis vires obtundunt.

3. Ita simplici cultui in vita est studendum, ut tamen valetudinem imprudentia & temeritate nostra non prosternamus.

4. Pars officii nostri est, opportunissima laborandi & operandi tempora observare. Quædam enim meliùs noctu fiunt, quàm interdiu & s. vide Luc.5. Petri nocturnam piscationem.

5. Moderatio in cibo & potu cumprimis literarum studiosis inter legitima & solennia erit.

6. Qui institores sunt, æquo lucro contentos esse oportet, & operam dare, ut merces sint integræ, & hominum usibus accommodatæ.

7. Inter quotidiana vitæ experimenta paulatim adolescẽtes colligent multijugam rerum notitiam; ut non incogitabili socordia transmittant ea etiam, quæ ex rebus naturalibus utiliter in rem domesticam aliquando observari possint.

8. Christiani hominis est ita religiosè tueri fidei suæ castum, ut ne speciem quidem approbatæ superstitionis & idolotatriæ admittat.

9. Mos

9. Mos laudabilis est, ex iis, quos legimus, scriptoribus excerpere insigniora rerum & verborum, eáque velut mella collecta in futuros usus stipare.

10. *Tales legendi sunt libri, è quorum præceptis & sapientiores & probiores evadamus. cæteri fugiendi, ut pestilentes.*

11. *Quædam studia amœniora debent severioribus interponi. ita tamen, ut nunquam virtutis tenor rumpatur.*

12. *Stultum adeóque improbum est, ex παρέργοις facere ἔργα, ex ἡδύσμασιν ἐδέσματα: ex condimentis ordinaria alimenta.*

13. *Non ad mollitiem carnis, sed ad necessariam requiem lecti sunt curandi.*

14. *Quoad ejus fieri potest, tranquilla & sedula mente somnus est ineundus: rebus nostris in divinam tutelam commendatis.*

15. *Somni beneficium præclarum est: sed cavendum, ne ad somniculosam inertiam extendatur.*

16. *Somnus virium refectioni concessus est, ut ad intermissos labores quasi novi redeamus.*

DIALOGUS XV.

Culina.

¶ *Primùm ad eam popino conducitur: deinde res coquinariæ tractantur: & accedit tertiò parergum cantionis culinariæ.*

Lucul-

Lucullus, Apicius, Pistillarius, Abligurinus.*

I. *Cōdu-ctio popinonis* LUCUL. Es tu popino *a*? APIC. Sum. LUC. Ubinam agis *? APIC. In popina *b* galli

* *Nomina priora duo sumuntur ex historia: altera duo finguntur ab actionibus praesentibus. Tempore Ciceronis Publius Licinius Lucullus, quum post expeditionem Ponticam venisset Romam, se conjecit in luculentè sumtuosam vitam: aedibus, pretoriis, coenationibus, sed & bibliotheca exstruenda ex utriusq; lingua scriptoribus, obvia vulgo. Ejus epularum apparatus in proverbium abiit. vide Plutarchum Ath. l. 12. Dion l. 57. Vellejum lib. 2. Flor. 3. c. 5. Eutropium lib. 6. Apicius, ut Seneca ait de consol. ad Helviam, cap.* 10. scientiam popinae professus disciplina suum seculum infecit. *cujus exitum ibidem ostendit, quod, quum* aere alieno oppressus, rationes suas tūc primum coactus inspexisset & supperfuturum sibi sestertiûm centies computasset, velut in ultima fame victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitam finiverit. Abligurino *autem hic impositum nomen & persona delicias abligurientis. Pistillarius, quasi qui pistillo praefectus est; quo scilicet tunduntur aromata. &c.*

a *i. e. popinae magister; quem Lampridius in Severo popinarium vocat,* e.n Koch. *Sed ut hospes etiam eum significat, qui excipitur, ita popino quoq; sectatorem popinonis, heluonem.*

* ἄγεις *i. e degis, habitas, vivis, ut Tacit.* agere inter homines desiit. *Integra phrasis est* agere aetatem, aevum, vitam. *Cic. Ovid Liv.*

b *locus ubi obsonia cocta venduntur & eduntur. nobis* gahr Küche, *à* gahr, *i. e.* coctus. *popa qui victimas venales habet: à* πέπτω *coquo. coquus & popa olim idem erat. venter popa Persio est gulosus.*

li gallinacei *c.* num eges me *d* ? Lucul. Etiam, ad nuptias. Api. Sine me domum transcurrere, ut præcipiam uxori, quemadmodum ſint tractandi ganeones *e*, quos ſcio non ſolere in hac civitate deeſſe, tum etiam adventores *f*. Lucul. Audin' tu ? reperies me in vico lapideo, in ædibus ſutorum. Apic. Continuò adero. Luc. Bene eſt. ingredere culinam. Ap. Heus Piſtillarie *g*, & tu Abligurine, ignem in Lare *h* exſtruite ſub fumali *i* grandibus lignis, &, quantum fieri poterit, acapnis *k*. Pist. Putàs te eſſe Romæ ? hic tabernas co- *II. Res coquinaria.*

ctili-

c *nomen ſigni, quo diſcernitur domus.*

d *an opus eſt tibi opera mea* ? Num *alioqui infert negationem.*

e *qui ganeas frequentant. Donat. Adeplh. 3. 3. veteres ganeum tabernam meritoriam dixerunt,* ἀπὸ τῆς γῆς, *quòd ipſa ſit in terra, non, ut cœnacula, ſuperiùs. Hic popinones hoſpites ſignificantur.*

f *advenæ, hoſpites. vide ſuprà.*

g *Ergo ut appellativum uſurpant, quaſi qui Piſtilla præſit.*

h *i.e. in foco, ubi* Lar *colitur. Eam verò vocem, ut ethnicæ idololatriæ, fugiamus. Ita autem focum nominabant, quia Lari familiari aſſignabant curam foci & familiæ; quæ etiam in foco, tanquam coram Deo ſuo cibum capiebat.*

i *camino. ut ſuprà.*

k ἄκαπνον *eſt fumi expers, nõ fumificũ: ligna acapna, quæ fumum non emittunt, arida, qualia Homerus vocat* ξύλα κάγκανα, αὖα πάλαι *Odyſſ. l. 6. quæ fumoſa nõ ſunt, bene ardent. Cat. de re ruſt. cap. 130. Martial. in Xen. Mox coctilia dicuntur, ad quæ coquimus, vel quæ à ſole ſunt co-*

cta

ctilitias *l* non habemus, è quibus ligna coctilia *m* promuntur, habebis bene arida. Apic. Ni ita sit, tu, Abligurine suffitor *n*, perdes oculos sufflando. Abli. Imò bibam largiùs. væ vino. Apic. Væ aquæ. nam vinum hodie non attinges, si sim sanus. Nolo mihi evertas ollas, & auxillas *o* confringas, & cibos corrumpas. Abl. Non vult *p* ardere hic ignis. Api. Injice fasciculum aliquem sulphuratorum *q* & fomitem *r*, frustula aliquot cum his assulis *s*. Abli. Exstinctus est prorsum. Apic. Transcurre

cta seu siccata. Plin. l. 36. lenibus aridisq; lignis coquitur. Ibi lenia ligna sunt, quæ flammam lenem emittunt, tenuia, cremia, ut fasces et sarmenta, quibus facilè decoquuntur obsonia. Colum. lib. 12. c. 19. *Hæc etiam* cocula *dixerunt* Kochholtz; *quibus grandia opponuntur. Fest.*

l *sumta est phrasis ex Julio Capitolino in Pertinace: qui* coctilitiam tabernam exercere *dixit, in qua venderentur ligna cocta.*

m *arida, apta ad coquendum quæ & cocta, vel sole tosta, ut nihil succi fumifici insit, maximè si amurcâ sint conspersa.*

n *Puer* suffitor *apud Plinium lib. 34. c. 8. aliter sufflator. Et hic certè idem est, qui prunas sufflat, ut ignem accendat: ut sequentia verba arguunt. Is autem suffit i.e. fumum facit.*

o *parvas ollas, ab aula.*

p *prunæ contumaces sunt & in flammam excitari nequeunt.*

q *Sulfurata, sc. ligna, sunt fomenta ad ignem suscipiendum, sulfure prælita.*

r *materiam siccam, quæ facilè inflammetur & foveat ignem.* s *quæ ab assibus sectis aut rasis decidunt,* spåne, *minutiæ securibus excusæ.*

curre ad ædes proximas cum batillo *t*, & affer nobis torrem aliquem prægrandem, & prunas bene incensas. Abli. Metallarius *u* est illic dominus, nec sinet carbonem unum sub fornacibus sibi detrahi: citiùs oculum. Apic. Non est metallariùs, sed metallicida *x*. ito ergo ad furnum *y*. Quid affers, titionem *z* magis, quàm torrem. Abli. Non habebant prunas carbonis. Api. Quid (malum) carbonis *a*, cæspitum hic dixeris. Tu furcilla *b* hac move ligna, & agita fomitem, ut ignem concipiat, sume pyrolabem *c*, asine. Abl. Quid

t *vas est patulum, (ut pala) quo pruna colligitur,* πύραυνον, πυρφόρον.

u *qui metalla effodit, aut fundit: metallicus. Gallicus vertit* alquimiste, *alchymista.*

x *qui metalla cædit, qui metalla elaborat:* der in metall arbeitet.

y *fornacem. Furnus propriè est, in quo panis coquitur. Una tamen est origo, à* ferveo, *unde &* formus *calidus.*

z *Titio est exstincti, torris accensi ligni. unde* exstinctos titiones *Celsus,* ambustum *autem* torrem *Cicero dixit. Utrumq; Græcis est* δαλὸς.

a *i.e. non ex igne carbones habent, sed prunas cæspitū. Cæspes in Saxonia & Belgio est* torf / turf / *cæspes fossitius, bituminosus, gleba fossilis, siccata; pro nutrimento ignis. ita à torrendo dicividetur.* torftrager *dossuarius.*

b *parva furca.*

c *vox analogicè facta, si quidem dicamus* πυρολάβος *aut* πυρολαβὶς: *sicut Medicis dicitur* σαρκολάβος *&* σαρκολαβὶς. *Igitur malim pyrolabum, vel pyrolabidem.* λαβὶς Esa. 6. 6. *est forceps.*

Quid rei est isthuc verbum? Apic. Forceps igniaria *, pruniceps *d*. Abli. Quid mihi cum verbis Græcanicis? quasi desint Latina. Apic. Etiámne asini sunt grammatici *e*? Abli. Quid mirum, quum & grammatici sint asini *f*? Apic. Fac finem altercandi: volo carbones aliquot aut cæspites accendas mihi in hoc foco, ad testuacia *g* lentè incoquenda *. Suspende ahenum ad ignem, ne desit aqua calida: tum in cacabum *h* injice armum *i* illum vervecinæ, cum bubula salita, cucumam *k* igni admove cum vitulina, & agnina, in chytropode *l* elixabimus oriza *m*. Abl. Quid pul-

* *qua ignis tractatur, analogica vox.*

d *à prunis capiendis dicta, & effcta.*

e *ut de vocum discrimine disputare possint.*

f *imperiti, indocti. ut plurimùm insulsi homines sunt, qui nesciunt, quàm latè literarum imperium pateat.*

g *quæ in testo calido coquuntur. Testus, us, vel testum, est tegmen testaceum, sub quo placentæ & alia esculenta coquuntur; quæ testuacea vocantur.*

* *i.e. lento calore intus coquenda.*

h *olla, in qua pulmentum coquitur κακκάβη vel κάκκαβος, etiam per unum κ. Putant à sono dici.*

i *Festus.* Antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. *Et hinc nobis* arm *pro brachio mansit. Latini autem postea armos in brutis, humeros in homine dixerunt: qui rectus cœlum spectat etsi tamen.*

k *Cucuma hic est vas avum calefacienda aqua. Gall.* un paellon. *fortè quòd fiunt* cucumis.

l *χυτρόπους est χύτρα πόδας, i.e. olla pedes habens, pedata.*

m *genus frugum, ὄρυζα. Theophrasto ὄρυζον, unde nos* reiß. *Mediocriter alit, sed alvum supprimit.*

pulli? Apic. Coquentur in auxilla ærea, quæ stanno est illita *n*, quo sapor sit gratior: sed non tam maturè verua† proferes sub nonam, & pinguiaria *o*. lupum hunc sines in aqua lusitare paulisper, tum exenterabis *p*. Abli. Carnes & pisces in eadem mensa? Apic. Maximè, more Germanico *q*. Abli. Atqui hoc non placet medicis. Api. Medicinæ non placet, medicis placet *r*. Ego stipitem *s* hunc grammaticum tantum esse existimabã: medicus etiam est. Abli. Nunquámne de quæstione illa audivisti, utrùm sint in civitate plures medici, an stulti *t*? Ap. Quis te detrusit

n *κεχαλκωμένον, κασσιτέρῳ ἠλειμμένον. Plinius lib.* 24. Stannum illitum æreis vasis saporem facit gratiorem, & compescit virus æruginis.

† bratspiesse ὀβελοῖς.

o *pinguiaria i.e. sartagines, in quas defluit pingue, ex carnibus, quæ assantur: frixorium, patella pinguiaria, adject. ex analog. Male pinguaria scriptum erat. Pinguiarium vocant Latini, qui pinguia amat.*

p ἔντερα, *i.e. intestina ei eximes, exinanies: & Græci dicunt* ἐξεντερίζειν.

q *ut Germani has jungunt dapes.*

r *Nam medici ipsi non semper medicè vivunt, sed palato sunt, quum suis præceptis, aliquando obsequentiores.*

s *vox contumeliæ hoc loco pro grandi & fatuo, ut Ter. in Eun.* In me quidvis earum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus plumbeus. truncum & stipitem *pro bardo Cicero dixit.*

t *nam medici omnes esse volunt, etiam imperitissimi.*

ſit in culinam, quum ſis tam ſaperda *u*? Ab. Adverſa mea ſors. Ap. Imò, quod manifeſtum eſt, ſegnities tua, & ſocordia, & gula, & lurcacitas *x*, & ingluvies, & animus degener, ac abjectus. ideo ambulas nudis pedibus, ſemiamictus *y* veſte obſoleta, & natibus breviore *z*? Ab. Quid tibi cùm mea paupertate? Ap. Nihil omnino, nec velim eſſe. Sed ad rem, ne præter rem *a* plura, quàm oportet. Satísne ſunt hæc juſſa, ſupérque *b* infixa & inculcata? Scilicet vobis nunquam ſatis. Da mihi meam braccam *c*. nam foràs lubet prodire. continuò *d* adero. Cedo tudiculam *e*, inſigne artis noſtræ: hoc eſt meum fulmen & tridens. Pist. Heus Abligurine, ſtatue hydrias *f* illas

u *Feſt.* Saperda genus peſſimi piſcis. *σαπέρδης Ponticus, fortè quód facilè putreſcat, à σαπρὸς putridus. ita noſtra apua cobitis* ſtint, *q.* ſtinckfiſch. *Ex Varrone citatur: Omnes videmur eſſe belluli & feſti vi ſaperdæ: quum ſimus σαπροί. alii autem legunt,* quum ſimus copreæ, *i.e. ſcurræ, κοπρίαι.*

x *vox ficta, conveniens culinariæ Latinitati, à* lurcone, *i e. guloſo, qui à* lura *id eſt, ore culei ſeu utris.*

y *ita Apul. 1. de aſin.*

z *id eſt, quæ non tegat nates.*

a *præter propoſitum, aliena.*

b *id eſt, inſuper.*

c *ſcribitur etiam braca, & meliùs; item bracha, quod convenit cum Germanico* bruch: *ſubligaculum, femoralia.*

d *illico, confeſtim, ut cum verbo factum continuetur.*

e *i e. cochleare majus; à tundendo.*

f *æquales.*

illas in urnario *g*, & hanc bubulam *h* abluito diligenter, & confricato in labro *i*. AB. Etiámne tu hîc quoque imperas? Unus imperator unis castris sufficit: non sufficiet culinę unus? facito ipse; tu es acrior exactor operæ *k*, quàm ipse magister culinæ. Non vocabo te posthac pistillarium *l*, sed stimulum acutum *m*. PIST. Imò voca me onocentron *n*. Frange tu ergo vitulinam hanc in epixenio *o*. Comminue paulum hujus casei, ut spargamus super hanc offam. AB. Quomodo? manu? PIST. Non, sed tyrocnesti *p*. Instilla huc gut-

O tas

g *Varr. l. 4. de ling Latin.* Urnarium genus mensæ & quadratæ vasorum, vocatur, quòd urnas cum aqua positas ibi potissimùm habebant in culina.

h *carnem. Frequens ellipsis in hoc genere.*

i *hic est vas amplum, in quod aqua è fonte labitur: in genere, ubi aliquid lavari potest.*

k *qui es ἐργοδιώκτης severus, & exigis laborum pensa.*

l *qui pistillo utitur. vox ficta à pistillum vel pistillus. Id est instrumentum, quo in mortario aliquid pisitur, vel pinditur, hoc est tunditur.*

m *quia pistillum est obtusum; nunc acutum stimulum opponit, quo quid foditur,* ein stachel/prickel. *q. d.* ein spitzer dorn.

n *q.* ὄνου κέντρον, *asini stimulus, quo is agitatur.*

o *Legamus epixénio.* ἐπίξηνον *vel* ἐπίξηνος, *mensa quinaria, supra quam carnes concidunt: aliter* ξάνιον *à* ξαίνω, *carpo cado Aristoph. Acarnan. Potest etiam dici* κόπανον, ἐπικόπανον, ἐπικόρμιον, ein hawblock / hawanck/ *lanionia mensa, truncus sectionis.*

p κνῆστις radula, à κνάω rado. τυρόκνηστις, τυρόκνη. *scribi-*

tas aliquot olei ex lecytho *q*. Ab. Dicísne ex hoc capsace *r*? Pi. Statue hic mortarium. Ab. Quod istorum*? Pi. Illud æneum, cum pistillo ejusdem metalli. Ab. Qua gratia? Pi. Ad terendum petroselinum hoc. Ab. Satius est in pila *s* id fieri marmorea, pistillo ligneo. Pi. Quæso cantilla, sicut consuevisti: Abl.

III. Cantiones culin.

Ego nolo Cæsar esse,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas t.

Ut sapiant fatuæ Fabiorum prandia betæ,
O quam sæpe petet vina piperque coquus u!

Pi. Fabiorum, an fabrorum *x*? Ab. Quare à

ludima-

scribitur etiam τυροκνῆστις, culter, quo casus raditur. Radula, ut ξυνήλη, à ξύω.

q *ampulla olearia. quæ ἔλαιον κεύθει oleum occulit.*

r *καψάκης ὁ capsaces, æ, aliter legitur καμψάκης, 1 reg. 17. v. 12. 14. & 19. 6. pro Hebræa voce* צַפַּחַת, *quæ alibi vertitur φακὸς lenticula. 1 reg. 26. 11. 16.*

* *quodnam ex istis* s *vide suprà.*

t *verba sunt Flori poëtæ apud Spartianum in vita Adriani. Huic autem Floro respondebat Cæsar, adulatione derisa:*

Ego nolo Florus esse
Ambulare per tabernas
Culices pati rotundos.

u *Mart. Xen. n. 12.*

x *recepta lectio est* fabrorum *i.e. plebejorum hominum, unde Persio Sat. 3. plebeja beta dicitur. Si* Fabiorum *legamus, eorum Romanorum nobilium frugalitas significabitur.* Fatuas *autem dixit pro insipidis, nisi condiantur. vide etiam Pseud. act. 3. 2.*

ludimagiſtro loripede *y*, & pro fabris & Fabiis referes egregium colaphum in gena, vel in bucca. P I. Sic eſt homo*? A B. Vir ſtrenuus & fortis, & manu promtus †, celeritate manuum compenſat linguæ tarditatem. P I. Cedo urnulam cerviſiariam, exſiccatum habeo palatum, gurtur, fauces. ABL.

Et gravis attrita pendebat cantharus anſa z.
Claudere† quæ cœnas lactuca ſolebat avorum,
Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes ⊥?
Filia Picenæ venio Lucanica porcæ:
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

API. Unde tu didiciſti adeò ῥαψωδεῖν *a*? A B. Inſervivi nupèr in Calabria* ludimagiſtro cuidam poëtaſtro *b*: qui ſæpenumerò cænam

 aliam

y *Loripes, ut Græcis* ἱμαντόπους, *qui lori inſtar pedem tortum habet: cui* rectum *Juvenalis opponit. Hic eſt vox convicianti, habitum corporis improperantis. Sunt &* ἱμαντόποδες *populi.* Plin. l. 5. c. 8.

* *i.e. ſic eſt moratus.*

† *ad verbera,* πληκτικὸς, fertig mit der fauſt.

z *verſus Virgilii in Sileno, cujus ebrii dormientis habitus deſcribitur.* † *Mart. Xen.* 13. 34.

⊥ *cauſa mutati ordinis in lactuca edenda affertur iſta, quòd olim ultimis menſis ſumta ebrietati obſiſteret, ſequuturæ nempe potationis vim, humoris ſui benignitate, frangeret aut ſomno conciliando eſſet. nos ab initio cœnæ eâ edimus in acetariis, ad excitandam tibi appetentiam.*

a ῥαψῳδέω, *q. conſuo carmina,* ῥάπτω ᾠδάς: *item carmen recito, ut hoc loco.*

* *regione Italiæ, fertili ſanè. aliter dicitur Meſſapia, Salentina, Peucetia.*

b *qui poëta volebat videri. Eſt enim hic potiùs infelicis*

aliam non dabat mihi, quàm cantillationem centum versuum, quibus mirificum ajebat saporem inesse: ego verò paulum panis & casei maluissem. aquæ erat satis domi, & licebat nobis de puteo bibere ex animi sententia. inde ego, quum esuriens concessissem cubitum, pro epulis versus illos ruminabam & concoquebam: nec mihi aliud visum est remedium ad bulimiam *c* illam depellendam, quàm culinariam *d* arripere. Api. Quæ illi præbebas ministeria *e*? Abl. Quæ Cæsar reipublicæ. Ego eram illi omnia. eram illi à consiliis *f*, etsi nihil unquam ageret consilio *g*: à secretis *h*, quum nihil haberet secreti *i*, ne latrinam quidem: ego fundebam ei aquam lavandis manibus, quas nunquam abluebat: ego servabam ejus

felicis imitationis nomen, quàm diminutionis: ut philosophaster.

c *βουλιμία, magna fames. βοῦς & ἵππος augendi vim habent à capite vocum, quia sunt magna animalia. Dicitur & βούλιμος in gloss.* furcilla, curcilla, oppilago *βούλιμος ὁ μέγας λιμός.*

d *sc. artem. Solet hîc substantiva vox aliquandò eleganter omitti.*

e *officia, servitia:* was für dienste: *qua in re inserviebas?*

f *i.e. consiliarius.*

g *i.e. nihil consultò ac prudenter ageret, sed temere omnia.* h *secretarius.*

i *i.e. nihil quod abscondere posset; & adeo paupertina domus erat, ut neq; secessum haberet ad naturæ necessitatem. Jocus est ex occultatis in una voce duabus significationibus. à re enim secreta seu arcana, ad locum transitur.*

ejus thesaurum. AP. Quem thesaurum? AB. Schedas aliquot pessimarum cantilenarum, quas tineæ exedebant, & opici *k* mures arrodebant. AP. Imò docti mures, qui malis poëmatis dentem infigebant *l*.

k opicus *pro immundo, fœdo, putido. ut Juven. Sat.* 3.

Et divina opici rodebant carmina mures.

Opici erant populi Italiæ inhonesti & obscœni, ut vitium in nomen abierit. Stephanus, quasi ophicos dictos putat, à serpentum immunda colluvie. In manuscript. quodam interprete ex bibliotheca cl.v. Gerhardi Baumani reip. Bremensis medici laudatissimi p.m. invenio de opico annotatū, quasi sit ab ὀπίζειν, *quod est succum excipere. Vertit a.* rosores; *& addit.* opizin. Dicuntur ergo diminuere. Hinc & opicos vocam' eos, qui verba inter dentes ita strendentes & velociter diminuunt, ut non possint intelligi. Hinc opici mures diminuentes, rosores literæ, & opizare à verbo opizo dicimus minuere literam in loquendo. ab ope, i.e. terra, quæ corpora diminuit. Et opici dicuntur Italici ab ope uxore Saturni, ut cùm Græci essent libri Italici, è terra essent mures eos rodentes. *Verè dixeris grammaticè, hoc est ineptè. Ita etiam Sat.6. opicam amicam exponit* balbutiennem & diminuentem verba quæ plena non potest proferre verba, quasi lasciviendo profert blæso sermone.

l *i.e. eos rodebant, tanquam vita indignos, ut qui genio carerent. Nam, ut Martialis ait,*

Victurus genium debet habere liber.

SENTENTIÆ.

1. *Luxuriæ comes est paupertas & infamia.*

2. *Utinam, quàm sunt popinones occupati*

in tractandis ganeonibus, exigui lucelli causa; tam diligenter nos occupemur informando bono viro, quem reip. aut ecclesia laboranti adjutorem tradamus!

3. *Pigritia facile est obvia excusatio, ut se non moveat.*

4. *Qui docti videri volunt, non contemnent aut negligent linguarum studia.*

5. *Prædicanda est Dei providentia, qui defectum earum rerum, quibus abundant aliæ regiones & carent aliæ, succedaneo aliquo subsidio levat. Ita, qui carent lignis, cæspites habent, non contemnendum ignis nutrimentum; & in quorum effossorum locum procedente tempore nova materia congeritur.*

6. *Vestitus neque sit sordidus neque fatuè sumtuosus: imprimis autē corpus pudice tegat, ne quid nudetur, quod natura verecundiæ magistra tegi jussit.*

7. *Ita comparata sunt hominum ingenia, ut quisque insolens sit in arte suà & ex ea velut regnum faciat. Sic Apicius Neptunia loquitur.*

8. *Turpe est alienæ operæ rigidum esse exactorem, & immemorem suæ.*

9. *Ingenui homines vexationum culinariarum fuliginosis sordibus ne assuescant. Quem n. agendo sequi pudeat, eum & loquendo.*

10. *Adulatores fugient viri principes.* Vides, *inquit Senec. lib. 6. de benef. v. 30,* quemadmodum illos in præceps agat extincta liber-

tas & fides in obſequium ſervile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet disſuadétque, ſed adulandi certámen eſt, & unum omnium amicorum officium, una contentio, quis blandiſſimè fallat? Ignoravere vires ſuas, &, dum ſe tam magnos, quàm audiunt, credunt, attraxere ſupervacua & in diſcrimen rerum omnium perventura bella; utilem & neceſſariam rupére concordiam, ſequuti iram, quam nemo revocabat, multorum ſanguinē hauſerunt, fuſuri noviſſimè ſuum, dum vindicant inexplorata pro certis, flectíque non minùs turpe exiſtimant, quàm vinci; & perpetua credunt, quæ in ſummum perducta maximè nutant.

11. *Laborioſum pro tuenda rep. decet eſſe principem virum, non autem ocio & voluptatibus marceſcere.*

12. *Peſſimum ſcholarum vitium eſt, ſi ad plagas inferendas, quàm optimas doctrinas inſerendas ſint magiſtri affectiores.*

13. *Certa quædam opificia, ob gentilia quaſi vitia, ut fraudes, ebrietatem, inſolentiam male audiunt. Tantò itaque circumſpectiores ſint parentes in liberis educandis & ad certa vitæ munia deſtinandis.*

14. *Multa fiunt contrario ordine, at tamen ſimul rectè ob diverſos fines. Quare ne facilè carpamus, quibus non asſuevimus.*

15. *Fœdum eſt magnis viris, de rebus levib. &*

ſape facilè excuſabilibus movere controverſias. Ita lingua cenſores interdum eſſe volunt & pereruditi apparere; qui vitilitigatorum titulis ſe interim adaugent. Ita ſæpe alienam imperitiam falſo reprehendentes veram ſuam produnt.

16. Ut in paupertate putida eſt arrogantia: ita inſolentia & alios cupidè reprehendendi libido in inſcitia.

17. Quæ ſcribunt homines, ita eruditionis & virtutis ſucco tingant, ne digna ſint, quæ à muribus potiùs rodantur, quàm ab hominibus legantur.

18. Publica culpa publicam meretur infamiam. Et quæ etiam magnates licenter agunt, licentiùs continget aliquando traduci, ſi non viventibus at mortuis illis : ſicut de Suetonio dicunt, eum in hiſtoria Cæſarum deſcribenda, ipſorum in vita degenda libertatem ſtili libertate adæquaſſe. Quare ſecundùm Deum diſcamus metuere vocem vulgi, ſuperato metu prodituram in libertatem, et graphium, ad poſteros transmiſſurum, cum vitis deorum terreſtrium, eorundem quoq; vitia. Cui enim non eſt religio malè agere: idem meritò ſuo tempore & malè patietur & audiet. Ita omnis Apicius inveniet Senecam, & omnis Nero Suetonium aut Juvenalem.

DIALOGUS XVI.

Triclinium.

¶ *Membra ſunt I. de ſera ſurrectione. II. de cauſa*

causa ejus, pridiana immoderatiore cœna, ubi ejus narrator, invitator, cœnaculum, & apparatus describitur.

Aristippus & Lurco.*

ARIST. Quid tu tam serò surgis, & quidem semisomnis *a*? LU. Mirum est, me esse toto hoc die experrectum; adeò heri edimus & bibimus. AR. Imò, ut apparet, devorasti, ingurgitasti, obruisti te epulis & vino. sed ubinam onerasti celócem *b*? LU. Apud Scopam † in convivio: AR. Quin potiùs more

I. Sera surrectio.

II. Cœna pridiana.

* *par heluonum.* Lurco *quidem nomen occupationis suæ profitetur sine interprete, quòd sit* lurco, comedo, venter. *quæ Lucilius jungit. Aristippus autem Cyrenæus Socratis auditor fuit, sed comessator melior, quàm philosophus; divitum assecla, imprimis Dionysio charus simulator; unde à Diogene* canis regius *nuncupatus est. vide Horat. 1. epist. 18. Hoc tamen boni habuit, quòd absentes voluptates facile contemnebat, etsi præsentibus lubenter frueretur. Ei frequens hæc vox fuit, lautiorem victum nemini esse impedimento ad bene vivendum.*

a *vel semisomnus, non penitus vigil.*

b *celox, ut ait Fulg., est* genus naviculæ modicum, quod bamplum dicimus, *quod majoribus & tardioribus servit,* κέλης. Celox, *ut celer, opponitur corbitæ ut magnæ. Hic intelligitur venter saburratus cibo & potu. quo sensu Plautus act. 5. 2. Pseudolum* celocem onustam *vocat.* κέλης *est desultorius equus & eques. & hinc navis parva, actuaria.* Polyb. lib 5. Gell. lib. 10. cap. 25; *Ducit Eustathius à* κέλλω, *id est,* eo, curro.

† *De cœnatione Euripidis apud Scopam, ubi conclave concidit, ubi epularetur. vide* Ciceron. lib. 2. de orat.

more Græco συμπόσιον *c* vocaris, quàm Latino verbo convivium *d* ? LUR. Bucca buccam impellebat *e*, intrituræ *f* & condimenta vellicabant *g* atque instigabant desidem stomachum *h*, & appetentiam * non patiebantur delassari. AR. Refer, quæso, ordine omnia, ut vel auditione ipsa videar mihi interesse, & quasi vobiscum potare: ut ille, qui in caupona Hispaniæ duos grandes panes comedit ad nidorem perdicis assæ †, qui nidore utebatur pro obsonio. LUR. Quis enarrârit omnia? majus negocium id fuerit, quàm vel apparasse, vel (quod omnia superat) comedisse. ARI. Assideamus in hoc saliceto, ad crepidinem *i* hujus ripulæ: &, quando sumus ociosi, pro colloquutione aliis de rebus utemur hac ipsa, gramen erit nobis vice pulvinorum, innitere hac

c *à combibendo dictum*, συμπόσιον *: ut Hebrais* מִשְׁתֶּה *: quia in potu major est voluptas.*

d *voce generali, q.* συμβίωσιν.

e *nos dicimus* auf beiden backen essen/ *q. ambabus buccis edere.*

f *dixit ab interendo; id quod interitur,* einbrockens. Brecte *bolus, buccella, frustum esculentum. est enim à* brechen.

g *Vellebant atq; instigabant.*

h *h e. alioqui languidum futurum ad edendum, & impromtum.*

* ὄρεξιν. *orexin Juvenalis etiam Latinó carmine dixit. Sat* 6. & 11.

† πέρδιξ ὀπτή. *vide* Arist. hist. anim. l.6. c.1. l.9. c.8. Plin. l.10. c.33.

i *ora terræ, quam aqua alluit, ut crepet.*

hac ulmo: Lur: In herba ? an non humor nocebit ? Ari. Quid ? insanis ? humor in ortu caniculæ *k* ? Lur. Antea recusabam, nunc animus prurit *l* mihi recensere tibi plus, quàm postulas. De convivio solùm quærebas; accipies etiam de domino, & de triclinio; rogabas, ut loquerer; efficiam, ut mox paulò silentium roges, indicas, imperes: ut Arabius *m* tibicen, qui ad canendum obolo conducitur, ad tacendum tribus. Ari. Tu verò, quantum libuerit, non eris molestus: quandoquidem in opaco loco consedimus, & orationem tuam carduelis illa vel adjuvabit, vel ad harmoniam moderabitur: ut orationẽ C. Gracchi servus fistulator*. Lur. Quid isthuc est rei ? Ari. Postquam tu feceris narrandi finem, audies de Gracchis & graculis, & de Græculis *n*. Lur. Deambulabamus fortè transverso foro *o*, ego & Thrasybulus: nacti pluscullum ocii, quàm solemus: adjunxit se nobis Scopas. Is à nobis, post primas salutationes & blandum congressum, cœpit vehementer con-

k *nam Sirio ardente terra sicca est.*

l *discupit.*

m *in eos dicitur, qui semel cœpta relinquere non possunt. Versiculus de Arabio tibicine est,* Δραχμῆς μὲν αὐλεῖ τεττάρων δὲ παύεται. *i.e.* Drachma quidem canit, sed quatuor *sc. drachmis conductus* desinit. *Vide Cic. 3. de orat.*

n *i.e. potatoribus. Nam intemperantia in bibendo* Græcandi *verbo occasionem dedit.*

o *i.e. per forum obliquè.*

contendere, ut postero die, qui hesternus fuit, apud se essemus*. excusare nos primùm, alius alia *p*: ego autem vadimonium grave *q*, & apud prætorem† valde irritabilem. Sed ille, ut libenter ostentat suam magnificentiam, quasi de capite ageretur, orsus est accuratum sermonem. Quid multa? addiximus; ne molestus esse pergeret. ARI. Scin', quænam fuerit causa convivii? LUR. Quæ tandem quæso? ARI. Est quidem ipse homo locuples, ornatus argento, veste, supellectile: sed emerat phialas *r* argenteas tres deauratas, & pateras sex. perisset precium, ni aliquos invitasset, quibus ostentaret: & alioqui eum ille existimat esse divitiarum fructum. Habétque uxorem, à qua exstimulatur ad profusionem, quam illa magnificentiam nuncupat. LUR. Heri ergo sub meridiem convenimus in ejus triclinium. ARI. Qualis erat cœnatio? LUR. Hypæthra *s*, in opaco frigore: omnia sanè apparata, ornata, exculta

* *cibum caperemus.* p *sc. dicere.*

q *est sponsio sistendi & comparendi in judicio. à vade id est, sponsore.* † *quasi causa sit forensis.*

r *pocula*, schalen. *sed* φιάλη *à* πιεῖν: *hoc verò à cranio, quam* schale *dicimus. P. Diaconus lib* 1. *de gest. Langob.* Alboinus Chunimundum occidit, capútque illius auferens, ad bibendum ex eo poculum fecit: quod poculi genus apud eos scala dicitur: lingua verò Latina patera vocitatur. *patera autem est, quæ patet & non clauditur.*

s *hypæthra, subdialia.* ὑπαιθρα *&* ὑπαίθρια *loca, quæ sub* αἴθρῃ. *i. e. aëre.*

excùlta: nihil deerat ad elegantiam, ſplendorem, & lautitias. Planè primo ingreſſu exhilarati ſunt omnium oculi & animi, aſpectu illo pulcherrimo atque amœniſſimo. Erat abacus ingens, plenus bonis vaſis materiæ omnis, ex auro, argento, cryſtallo, vitro, ebore, murrha *: alia etiam vilioris materiæ, ſtannea, cornea, oſſea, lignea, teſtacea ſeu figlina *t*, in quibus ars commendabat vilitatem ſubſtātiæ. nam erant toreumata *u* permulta, omnia expolita, exterſa, fulgor penè perſtringebat oculos. Illic vidiſſes duo magna malluvia argentea, oris deauratis: umbilicus erat aureus, cum inſignibus illius. Habebat utrumque malluviū ſuum gutturniū *x*, quorum epiſtomium *y* erat deauratum: ſtabat & alterum aquiminarium *z* vitreum, fiſtulâ deauratâ cum pollubro *a* figlino, operis Malacenſis *b*, probè

* *murrha eſt μύῤῥα, σμύρνα. De murrhinis vaſis & potionibus variè diſputāt auctores. Plin. lib. 37. c. 2. ait:* Humorem putant ſub terra calore denſari. *Vide* Turneb. lib. 28. cap. 6.

t *à figulo facta è terra.*

u *torno facta. τορνεύειν eſt* tornare, *nempe τόρνῳ, i. e. torno inſtrumento facere.*

x gieſſfaſs, *ex quo aqua guttatim datur in manus.*

y *obturamentum, quo ἐπὶ ςόματι in ore ponitur; aramentum, quod ora ſalientium clauduntur & laxantur, quum opus eſt.*

z *aquarium, vas ad aquam continendam.*

a *eſt id, in quo tum manus tum pedes lavamus: à polluta aqua, quam excipit.*

b *urbs eſt Hiſpaniæ.*

bè ſandarachato *c*. Phialæ omnis generis, & argenteæ duæ ad vinum generoſiſſimum. Ar. Ad uſum meum ampullas vitreas malim, aut etiam teſtaceas, ex iis, quæ lapideæ dicuntur. Lur. Quid facias? ita eſt hominum ingenium. non tam in his quæritur commoditas, quàm opinio divitiarum. Ari. Iſti opulentiſſimi ſæpius videntur aliis tales, ſibi inopes: ideò nullus finis proferendi & ingerendi oculis, præſertim qui nullam habent aliam bonam artem, qua fidant. Sed perge. Lur. Erat cymatium *d* abaci tapete villoſo tectum, ex Turcia uſq; allato: poſitæ erant duæ menſulæ procul ab abaco, cum quadris & orbibus argenteis: unicuique additū erat ſuum ſalinulum *e*, cultellus, panis & mantile. Sub abaco refrigeratorium *f*, & œnophora *g* grandia. Tum

c *i.e. ſandaracha tincto. Sandaracha duplex eſt, foſſitia colore cinnabaris, vulgò arſenicum rubrum: & factitia ceruſſa in fornace cremata.* Philand. in lib. 7. Vitruv. c. 12. *quem vide &* Matthiol. in l. 5. Dioſc. c. 81. *ubi ait*, Sandaracha Arabum eſt gummi juniperi. *Feſtus dicit:* Sandaracha eſt genus coloris, quod Græci ſandycem appellarunt.

d *κυμάτιον propriè eſt parva unda, parvus fluctus. in columnis eſt ſuprema pars epiſtylii, i.e. capituli, in oblongū ducta & velut fluens.* Vitruv. l. 4. c. 6.

e *Plauto & Catullo dicitur* ſalillum.

f *vas, in quo vina immiſſis poculis refrigerantur. Per ſe adjectivum eſt, ut Plinius* refrigeratoriam vim *dicit. Vas autem illud vocant ἀπύρωτον, quòd igni admoveri non ſoleat.*

g *οἰνοφόρος adjectivè eſt vinum ferens: ut οἰνοφόρος*

ſedilia varia,ſellæ,biſellia *h*, ſubſellia *i*: & dominæ ſella plicatilis parata, viſendi operis,cum pulvino ſerico,& ſuppedaneo *k*. Ari. Pone tandem menſam,& explica mappam.nam mihi inteſtina præ fame rugiunt. Lurc. Erat menſa cibila *l* ingens, ſegmentata *m*, operis teſſellati *n* antiqui,quæ fuerat principis Dicæarchi *o*. Ari. O menſa antiqua, quàm diſpari domino! Lur. Illam ipſe emit in auctione ſatis magno,ſolùm,quòd illius fuiſſet,ut aliquid haberet principis *p*. Lur. Datur aqua lavandis manibus,primùm magnis recuſationibus & invitationibus mutuis,& cedendo invicẽ *q*. Ari. Idem factum eſt in conſeſſu,quum quisque ſe inferiorem altero faceret, illum extolleret comitate arrogantiſſima, quũ unusquisque potiorem ſe reliquis omnibus cenſeret *r*.

ϱ⊙ κύλιξ, οἰνοφόρ. σκεῦ⊙. *Latini hinc ſubſtantivum formant œnophorum* weinkanne. *quod legitur apud Lucill., Martial., Apulejum.*

h *ubi duo ſedere queunt.*

i *propriè ſcamna humiliora, ut vocula* ſub *minuat. Deinde quasvis ſellas ſignificat.* k ὑποπόδιον.

l *menſa Varr.l.4.* a cibo cibilla dicta eſſetiſch.

m *ex ſegmentis facta,i.e.ex diverſis partibus compoſita elegantiùs.*

n *quod teſſellis,i.e.quadratis lignis parvis vel lapillis eſt fabrefactum*, rautenwerck/verſchroten werck.

o *fuit etiam hoc nomine philoſophus Siculus & Alexandrinus grammaticus.*

p *i.e. quod & principes habent.*

q *per contentionem modeſtiæ de honore.*

r *vox Ulpiani eſt:i.e.feſtinando,ut ſolet,qui vult ſine*

mora

Lur. Sed dominus jure ſuo diſtribuit loca, ſacrata eſt menſa à puerulo breviter, & perfunctoriè *r* & non ſine rhythmo: Quod appoſitum eſt, & apponetur, Chriſtus benedicere dignetur. Explicat quisque ſuum chiromactrum *s*, & injicit ſuper humerum ſiniſtrum: hinc cultellulo repurgat panem, ſi quid non ſatis putabat à miniſtro purgatum. nam decruſtatus *t* erat appoſitus. Ari. Sedebatis commodè? Lur. Nunquam commodiùs. Ari. Non potuiſti malè prandere. nam reliqua, ſat ſcio, ſuppeditatum iri redundanter *u*, ſi qua modò fuerant in macello. Lur. Nusquam verius: copiàque ipſa nocet. Asſtat menſæ ſtructor *x*, cultellos & furcinulas cōponens. ingreditur magna pompa architriclinus cum longo agmine puerorum, & exoletorum *y*, qui geſtabant fercula primi miſſus *z*.

mura perfungi ſacris & ad finem pervenire. Dicitur etiam defunctoriè, ὁσίας χάριν, dicis causâ, πρὸς ἀφοσίωσιν.

s *χειρόμακτρον mantile, linteum quo μάσσομεν χεῖρας, i.e. abſtergimus manus.*

t *i.e. cruſta exutus, liberatus.*

u überflüſſig gnung. *Plinius conjunxit* immodicè & redundanter.

x *qui menſas ſtruit & cibaria appoſita arte ſecat, τραπεζοποιός.*

y *adultorum, grandium, qui Græcis βούπαιδες, ἔξωρα μειράκια.* z Die eſſen oder gerichte der erſten tracht, *edulia prima immiſſionis ſeu illationis, quæ παρατίθενται illa.*

Senten-

SENTENTIÆ.

1. Qui matutinus in studiis vult esse, ei cavendum erit, ne stomachum habeat pridiani cibi onere marcentem.

2. Convivia hominum Christianorum sint moderata, ut in diem posterum quoque accidant jucunda.

3. Quisque lubenter de iis audit, quæ tractat. Videndum igitur nobis est, ut sermones nostri tales sint, ex quibus de animo & vita nostra velimus judicium fieri.

4. Multi sunt repentini nec opinati vitæ humanæ casus; qui nos monent, ut semper paratis animis morti velut occurramus. Ita, quum Crannone in Thessalia Scopas epularetur, conclave concidit, eáque ruina oppressus ipse cum suis interiit.

5. Deus providentia sua omnibus hominibus virtutis amantibus consulit, & neque inter gentiles neglexit naturalis integritatis cultores, quia eos præcipua cura haberet. Ita ex ruina conclavis Scopæ Simonides ereptus fuit. Quum enim inter convivas assideret, nunciatum est ei, ut prodiret; juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent, surrexit ille ipse, prodiit, vidit neminem. Hoc interim spatio conclave illud concidit.

6. Gloriatio & ostentatio, etiam in veris rebus, odiosa: admodum autem putida est in falsis.

7. Vani homines opinantur, bonis suis sua perire precia, nisi ea jactitent. at sic ipsorum hominum, sæpe etiam bonorum, valor minuitur.

8. Stultum est alios rebus malis recusandis nolle offendere, & tamen bonis impediendis id subinde facere.

9. Miserum est in divitibus nonnullis, quòd res ipsorum quidem sint laudabiles, illaudati ipsi.

10. Opinionibus plura, quàm rerum veritate apud mortales constant.

11. Vanitas mundanarum rerum evidens est illa, quòd, quæ aliàs erant bonorum, mox pessimorum fiunt possessiones.

12. Circa frivola interdum est ambitiosum præstandæ reverentiæ studium, quæ tamen de præfacili in arduis hominum vitio negligitur.

13. Preces quidem longas esse non est necessum, nisi id ratio postulet: debent tamen justa cum gravitate concipi; ne in maximè seriis rebus ludere videamur.

DIALOGUS XVII.
Convivium:

¶ De quo tria habentur. Primò convivator de Simonidis conviva exspectatione agit & eum venientem excipit. Deinde apparatus describitur. Tertiò gratiarum actio instituitur erga Deum & convivatorem.

Sco-

Scopas, Simonides, Crito, Democritus, Polemon *.

SCOP. Ubi nobis Simonides *a*? CRIC. Illico dixerat se venturum, simulac convenisset debitorem apud forum. Sc. Rectè habet. à debitore faciliùs se extricabit, quàm à creditore. CR. Quî istuc *? Sc. Sicut in victoria, belli conditiones fert victor, non victus †. Nā à debitore *b*, qùum ipse idem *c* volet *d*: à creditore *e* quum alter *f*. Sed convenistís-

1. Simonidis exspectatio & exceptio.

 ne

* *Ex historia petita sunt nomina. De* Scopa *&* Si*monide vide Cic.2. de orat. ut jam superiore dialogo diximus.* Simonidis *antè facta est mentio. Fuit is autem lyricus poëta ex Cea insula, cui harum literarum ζ, η, ψ, ω inventio tribuitur.* Plin. lib.8. c.36. Crito *erat philosoph⁹ Atheniensis, Socrati familiaris, quem etiam ille, utpote in re lautiore constitutus, opibus suis juvit. Democritus philosophus Pythagoræ imitator fuit. De hoc Juvenal.* Sat.10.

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus.

Quoties enim domo egrediebatur, ridebat: ut contrà Heraclitus flebat; quòd illi omnia, quæ agimus, ineptiæ, huic autem miseriæ viderentur. Polemon (πολέμων) Atheniensis initio σφόδρα ἀσώτως εἶτα ἐφιλοσόφησεν, i. e. admodum luxuriosus postea ad philosophiæ studia se vertit: ut scribit Suidas. Historiam vide apud Valer. Maxim. lib.6. cap.9.

a *sc. manet, moratur?*
* *i.e. isthoc.* † *sic scil. creditor debitori.*
b *sc. extricabit.*
c *ὁ αὐτὸς debitor.*
d *res fuerit expedita.* e *se extricabit.*
f *sc. debitor solvet. Quamvis enim creditor alteri in usu*

ne omnes, ut erat condictum, relicta domi severitate, afferentes vobiscum hilaritatem, lepóres, venustates, gratias? CRI. Planè ita spero: & erimus, sicut monet M. Varro, belli homines *g*? SCO. Reliqua meæ curæ sunto. CR. Ecce tibi Simonides. SC. Feliciter. SIM. Et vobis faustè. SC. Exspectatissimè *h*. SIM. Planè rusticanè *i*. nam ad prandendum eram invitatus, non ad exspectandum*. Sed quæso, fui vobis diu in mora? SC. Non valdè SIM. Cur non accumbebatis sine me? essetis

in usuram relinquere velit æra; tenebitur oblata condicto tempore recipere.

g *elegantes, boni prudentes. Nonius ex Varronis ταφῇ Μενίππου:* Diogenem literas scisse, dum usioni quod satis esset, nunc quod etiam actu bellorum hominum. *In Bimargo:* Socius es hostibus, socius bellum ita geris, ut bella omnia domum afferas, *i.e. bona. Bellus nobis est elegans, quæ vox tamen etiam olim in vitio erat. Ita ex Catonis carmine de moribus citatur:* Avaritiam omnia vitia habere putabant. Sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. *Ita Gell. lib.* 11. *c.* 2. *ait:* Elegans homo dicebatur cum laude. sed id ferè verbum ad ætatem M. Catonis vitii non laudis fuit. *Bellum etiam aliquando dicimus, qui ad aliorum arbitria se accommodat. &* bellè dicit, *qui studet loqui, quæ alii velint,* ἄρεσκος.

h *optatò admodum, post longam exspectationem, admodum desideratus ades. Gall.* fort attendu. προσδόκιμος, τριπόθητος.

i *sc. à me actum esse intelligo, non urbanè & civiliter.* ist grob von mir gethan. * *ut exspectarer.*

saltem procemiati *k* de fructibus *l*, quibus ego non admodum capior. Sc. Bona verba *m*, te absente assedissemus *n*? Cr. Satis comitatum *o*, exordiamur jam opus. Optimum panem & levissimum *p*. non plus habet ponde- *II. Apparatus.*

P 3 ris

k *i.e. exordium, & quasi procemium fecissetis. Plinius junior Græcum verbum προοιμιάζομαι vel φροιμιάζομαι reddidit Latino procemiandi.*

l *intelligit de iis, quæ legitimæ cœnæ solebant præmitti. Isid. lib.* 17. Contra venena radices, nuces, lupini, citrium, apium prosunt, sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Unde & apud veteres ante alias epulas hæc solebant mensis apponere. *vide Casaub in Ath. l. 2, c 17.*

m *Sic Ter. Andr.* 1.2. D. Bona verba quæso. S. Irrides. nihil me fallis. Hîc, *inquit Donatus*, in εἰρωνείᾳ est εὐφημισμὸς, quasi dicat, meliora loquere, rogo te, Ergo cum admonitione, Bona verba, inquit, rogo. *Aliter dicimus parce in hæc verba, ut Apulejus* 1. *met.* Parce in verba ista, hæc tam absurda tam immania mentiendo. *Ibid.* Parce in fœminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxiam contrahas. *Nos dicimus,* halt gemach/ verzeihe mirs / *ut Galli* pardonne moy, Bona venia tua dixerim.

n *i.e. assidere debuissemus? Hoc agreste & inhumanum fuisset.*

o εὐπρεπὴς ἐρεῖν & φιλοφρονούνων. *i.e. satis jam indultum est, comitati & affabilitati & officiosis excusationibus mutuæq; reverentiæ datum est. Gall.* Ce'est assez fait de courtoisies, *q.d. satisfactum est aulicis ritibus, &c, ut loquimur cerimoniis seu civilitati.* der ehre ist nuhn einmahl gnung.

p κουφότερον, *non ponderosum, non gravem.*

ris, quàm si esset spógia: siligineus *q* est sitanius *r*. industrium habetis pollinctorem *s*. Sc.

.Rosci-

q *Sic in Genevensi editione legitur*, siligineus est setanius. *appellatio scilicet est ejus panis, quem optimum vocaverat: q. dicas, est ex siliginea, q̃ setania. Vertitur Gallicè* c est un pain de fleur de froment, *i.e.* hic est panis de flore frumenti, *nempe ejus, quod siligo dicitur. Plinius lib.*18.*cap.*9.*ait*: E siligine lautissimus panis pistrinarúmque opera laudatissima. *Et cap.*8. Summa laus panis/siliginis bonitate & cribri tenuitate constat. *Gal lib.*1. *de facult. alim.* Apud Romanos panis purissimus σιλιγνίτης *i.e. siligineus*: qui autem huic est proximus σεμιδαλίτης, *i.e. similaceus* nuncupatur. verùm σεμίδαλις quidem Græcum nomen est & antiquum: σίλιγνις verò neq; Græcum est, neq; ipsum aliter possum exprimere. inter panes igitur siligineus plurimùm alimenti præstat/ post ipsum autem similaceus, tertio loco medius, qui & συγκόμιστος & αὐτόπυρος dicitur: quartum post hunc sordidorum genus; in quibus furfuraceus postremus. *Ne igitur confundatur cum olyra & secali, itémq; tritico. Legendus autem est Plinius lib.*18. *cap.*10. Mirum (*inquit Matthiolus in Dioscor. libr.* 2. *cap.* 84. *de siligine*) quòd sequuta à Romanis ætas adeo hoc præstantissimum semen neglexerit, ut non solùm in Italia, ubi frequentissimum habebátur, sed in tota Europa nusquam hoc ævo reperiatur.

r σιτάνιος *vel* σιτανίας *scil.* πυρὸς. *est tritici genus, quod* τρίμηνον *vel* τριμηνιαῖον *i.e. trimestre vocant: quòd scil. vere ineunte seminetur & post tres menses colligatur. quod quidem minùs est furfurosum, quàm hibernum. Hinc* sitanius panis *Plin. lib.* 22. *cap.* 25. *Simpliciter igitur ducamus à* σῖτος *frumentum, alii à* ἔτος, *ut sit, hoc anno satus, ut certe* ἐπέτειον *est* hornum. *Suidas tamen à* σήθω *cribro, quasi cribratũ dicas. Hic a. de sitania siligine agit.*

s *aliter scribitur* pollinator. *Hic est qui pollinem faeit,*

Roſcius *t* eſt piſtrini curator. SIM. Nunquámne in id *u* conjicitur? SCO. Abſit, tam frugi ſervus? DEM. Affer mihi autopyrum *x*. SIM.

P 4 Mihi

cit, farinam pollinario cribro excutiens. Gall. un muſnier de bon eſprit. *q.d. molitorem boni ingenii. Cato de re ruſt.* c. 5. *&* c. 136. pollintionem dare. *Sipontinus* pollincére eſt farinam in piſtrino lucrifactam dividere. *Sed, ſi ſequamur prius, princeps notio vocis erit pollinem facere. Plin. lib.* 18. *cap.* 10. Similago ex tritico fit laudatisſima. Ita autem appellant in tritico, quod florem in ſiligine. *Pollis verò eſt pollens & optima farina, à furfuribus ſecreta:* ſtaubmehl/ *q. pulverea, minutisſimus farinæ pulvis, farina volatica. Aliud autem verbum eſt pollinctor pro mortuorum curatore. Vide, quæ de eo collegit F. Taubmannus (optimè ſanè de his ſtudiis meritus) in Pœnul. prol. Fulgentius in libello de priſc. ſerm.* Pollinctores dicti, quaſi pollutorum unctores, id eſt, cadaverum curatores.

t *Roſcium dicit, quaſi perfectisſimum in arte ſua. Feſt.* Roſcii vulgò appellari ſolent, in omni arte ita perfecti, ut Roſcius Comœdus in arte ſua perfectus fuerit, cui nihil deesſet ad perfectiónem: *ut lib.* 1. *de orat. ait Cicero.*

u *Ad alium vocis uſum abit. In piſtrinum enim conjici eſt dari in locum plenum moleſtiæ*, in ein mühſelig loch geworfen werden. *Nam labor piſendi, ut veteres loquebantur, erat admodum gravis, quum ſcilicet in pila (vaſe concavo) grana in farinam pinſerent & contunderent. qui id faciebant, piſtores dicebantur, ante uſum molarum inventum. Poſtea verò piſtores dicti ſunt* ἀρτοποιοὶ, *quorum eſt panificium*, becken / *qui pagunt, id eſt, faciunt panem, & cogunt masſam ignis calore.*

x αὐτόπυρος ἄρτος, *qui etiam* αὐτόπυρίτης *dicitur panis, in quo αὐτὸς πυρὸς, i.e. ipſum triticum ſervatum eſt, ut natum, nulla parte ablata, furfure tantùm leviter ſuc-*

certo.

Mihi verò secundarium *y*, aut typhaceum *z*.
Sc. Curtalem? Sim. Quoniam audivi, & ita
sum

ereto, *Cels. lib. 2. cap.* 18. Firmius est triticum quàm milium; idipsum, quam hordeum: & ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde, cui nihil ademtum est (quod αὐτόπυρον Græci vocant) infirmior est: ex polline infirmissimus cibarius panis. hausbrot *vocatur*: *melius* mittelbrot. *Gall. vertit* le pain bis, *panem atrum: an q. malum colore? Sæpe dicimus* bonùm *comparate pro præstantiore, ut* gut brot/gut bier/*quæ opponimus secundariis. Ita* bis *esset à* bös/*quod Syris* בִּישׁ, *Arabibus* בִּיס, malus, miser, pauper: *nisi nostrum malis à* pejus *ducere. Ille autem panis est medius inter* pain blanc, *id est, candidum, primarium, &* pain bourgeois, gros pain, *hoc est, civilem, secundarium. aut* bis *à numero, in quo duo sunt, farina & furfur: aut quia* bas *humilis*.

y non primarium Gall. gruau, *id est*, graw.

z ex typha τύφη *vel* τίφη *est frumenti genus. Hesychio quidem* τίφαι *sunt* ἄλυραι. *Plinius tamen distinguit, qui lib.* 18. *cap.* 8 Ciliciæ & Asiæ ac Græciæ peculiares lea, olyra, tiphe. *Gall. hic vertit* de seigle, *id est, de secali.* τῖφος *Græcis est uliginosus locus, inde fortè* τίφη. τύφη *autem longè alia est illa, quam nos* mosskolben *&* narrenkolben *vocamus. Nascitur in stagnantibus aquis, cujus clavarum pappi tenues expetunt vice plumarum ad grabatos faciendos. Gal. lib.* 1. *de facult. alim. etiam olyram & typham distinguit. Ait enim:* Olyrini sanè panes, si ex bona olyra fiant, post triticeos saltem sunt præstantissimi, secundi autem ab his typhini. Quodsi olyrini ex vitioso semine sint facti, typhini non erunt eis inferiores. *Plinius etiam seorsim scripsit & olyra. Secale vocat farraginem, olyram autem arincam*, lib. 18. cap. 16: *Id* nigritia triste & pondere præcipuum *vocat. nobis* rogge/ *quo imprimis nostri* ῥογοὶ, *id est, horrea ditantur & nos* ῥαγοῦμεν.

ſum expertus, minus me eſſe *a*, quum panis non eſt ſciti *b* ſaporis. Sc. Heus puer, afferto ei panem cibarium, & vulgarem, etiam ex atro *c*, ſi ita mavult. ita demum jucundiſſimè conviyabitur, ſi quiſque, quod maximè collubitũ erit, ſumſerit. Pol. Panis hic, quem tu tantopere probas, ſpongioſus *d*, aquaticus eſt, malo denſiorem. Cri. Mihi verò non diſplicet

γέμεν, id eſt, vigemus: quódq; nobis eſt pro uſitatiſſimo שֶׁבֶר *, id eſt, frumento, quo famem frangimus ſeu ſolvimus, ῥήσσομεν, κλῶμεν, λύομεν: aut quod molis frangitur. Secale duplex eſt, unum autumno, alterum vere ſeritur:* winter-und ſommer rocken.

a *edere.*

b *i.e. ſuavis, grati. Sicut enim ſapiens, ita & ſcitum eſt ambiguum. Inde* ſcitamenta *dicuntur edulia bella.*

c ſpeisbrot. *qualis ſervis datur, in ordinarium cibum aliter ſordidum vocant. Plebejum panem ſiligineo opponit Seneca epiſt.* 119. *opponitur albo, qualis eſt triticeus.*

d *i.e. rarus, ut eſt ſpongia,* hohl/ luck/ *q. multum loci ſpatii relinquens. Plin. lib. 18. cap. 11. docens de variis panis generibus ait:* Alias ab obſoniis appellati, ut oſtrearii: alias à deliciis, ut artolagani: alias a feſtinatione, ut ſpeuſtici: nec non à coquendi ratione, ut furnacei vel artoptitii, aut in clibanis cocti: non pridem etiam è Parthis invecto, quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur, tenuem & ſpongioſa inanitate, alii Parthicum. *alii legunt* ad tenuem & ſpongioſam inanitatem. *Aquaticum eſt, quod in aquis, vel ad aquas ſeu prope eas naſcitur, ut* aquatica lotus; *etiam, quod aquas inducit, ut* aquaticus auſter. *Hic autem aquaticus panis dicitur, qui aqua multum attrahere poteſt, vel qui aquâ trahitur ſeu diducitur.*

plicet ſpongioſus, modò ne ſit ſpeuſicius *e*, hic verò etiam hectas *f* attollit, quod focacei *g* ſolent facere: quum ſit, uti ſatis apparet, furnaceus *h*. POL. Cibarius hic panis & aceroſus *i* eſt, & acetoſus *k*: typhaceum dicas. SC. Sic conſueverunt noſtri agricolæ triticum omne, quod huc important, acerare *l* priùs in villa, & miſcere multis generibus ſeminum: ſapor autem ex fermento eſt nimio. POL. Nullum hominum genus eſt hoc fraudulentius: non malefaciunt, niſi quum neſciunt. CRI. Panis

e *dicendum eſt ſpeuſticus, σπευστικὸς, qui feſtinando coquitur, atque ita non ad juſtam maturitatem: σπεύδω feſtino.*

f Hetta, puſula, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere. *Feſtus; qui etiam ab hiatu deducit. Legitur quoq; in gloſſariis* ecta φλυκὶς ἄρτου, & hitta, hicta, *ὑμὴν ῥοιᾶς, id eſt, ciccum,* & hittus φαντὸ κυνὸς. *Hinc* hecta *pro re minimi precii ponitur.*

g *qui ad focum coquuntur. vox analogicè facta: aliter focarius. Interpres bibliorum* ſubcineritios *panes dicit* Gen. 18. 6. Exod. 12. 39. Jud. 7. 13. 1 reg. 17. 13. & 19. 6. *ubi eſt* ἐγκρυφίας ὀλυρίτης Ezech. 4. 12. & 7. 8. *Græcis eſt* ἐγκρυφίας, *quaſi occultatius. quæ vox etiam vertitur tortula. Hebr. eſt* עֻגָה.

h *furnaceus in furno coctus,* καμινίτης, *quaſi caminarius, apud Athen.*

i *acerum plenus: ex frumento, quod à paleis non ſit ſatis mundatum. Ita Lucilius* far aceroſum *dixit: ut Græci* ἀχυρώδες & cœnum aceroſum. *vide Non.*

k *acidus. ita ab aceto facit, ut* ὀξώδης *ab* ὄξος *dicitur.*

l *i.e. aceribus miſcere. unde apud Nonium & Feſtum,* aceratum, *id eſt, paleis miſtum,* ἀχυρωτὸν.

Panis hic non est satis fermentatus *m*. DEMO. Puta, te hodie Judæum, qui azymo *n* vescebantur jussu Dei. CRI. Id quidem *o*; quòd homines essent pessimi *p*: ut interdicta est illis suilla *q*, qua nihil palato gratius: nec, si moderatè sumas, salubrius *. Et quidem azyma jussi sunt comedere cum lactucis agrestibus *r*, quæ

m *ζυμώδης*, gesewret/gehöfelt/ *ab* hefel. *ita fermentum dicimus ab* heben *id est elevare. Fermentum enim acorem & tumorem confert massa. Ita Gallis* levain, *Ital.* levato, *à levando.*

n *non habente ζύμην i.e. fermentum; quòd παρὰ τὸ ζέειν, à fervendo.* o *sc. factum est ea de causa.*

p *fingitur hoc. Causa quæratur apud theologos.* q *In cerimoniali illa lege spectabatur hoc, ut Judæi monerentur de suinis moribus fugiendis.* 2 Pet. 2. 22. *Varro lib. 2. cap. 4.* Suibus Judæi & Ægyptii abstinent, quòd animal sit anthropophagon; quòd graves morbos esus suillæ gignat: quòd obscœnissimus sit illorum victus. *Id notat Dalecampius ad Plinii lib.* 8 *c. 51. qui ait*, animalium hoc maximè brutum est, animamq; ei pro sale datam nõ illepidè existimatur. * *Gal. l. 3. de alim. facul. docet, quod non facilè alia caro sit valentioris nutrimenti, quàm suilla.*

r *lactuca dicitur, quia lactis copia exuberat. Est autem & sativa & agrestis. Hebræam vocem* merorim *verterunt LXX. πικρίδας; Latinus,* lactucas silvestres. *alii simpliciter cum* amaris herbis. *Plin. lib. 19. cap. 8. pricrida inter lactucæ genera refert*, appellatam cum exprobratione amaritudinis. *Et* lactuca agrestis *est gustui amara Diosc. lib. 2. c. 166. Vocatur etiam* cichorium Plin. lib. 17. cap. 21.

† *obsonium vel opsonium ὀψώνιον, quicquid ad panem comedimus In primis a. pisces sunt ὄψα & ὀψάρια; quia solebant ὀπτᾶσθαι assari.* Joh. 6. 9. *collat. cum* Matt. 14. 3.

quæ ſunt perquam amaræ. POL. Illa omnia ſenſu habent altiores, omittamus hæc. SCO. Et quidem disputationem de pane. Si de obſonii †fuerit tanta controverſia: magna erit in toto convivio diſcordia. CRIT. Accidet nimirum, quod Horatius inquit:

Tres mihi convivæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multùm diverſa palato.

SCOP. Appone lances *s* illas, & tympana *t*, cum ceraſis & pruni*s*, & malis granatis *u*, & Perſicis *x* pomis, & Perſicis præcocibus *y*. POL. Cur Mar. Varro dixit, convivas non debere excedere numerum Muſarum *z*, quũ de numero non conſtet? alii enim ponunt tres, alii ſex, alii novem. CRIT. Dixit, tanquam ſi

conſtar

14.3. & Marc.6.38. ὀψώνης, *qui* ὄψα ὠνεῖται, *id eſt, emit.* ὀψώνιον, *id, quod obſonator emit.*

s *vaſa lata*, ſchüſſeln, *quod eſt à ſcutella.*

t *hic eſt nomen vaſis. Plin l.33.c.11. monet*, Tympana appellata ſtateras & lances, quas antiqui magidas appellaverant. *Ibi Dalecamp.* ſunt vaſa potoria figura ſimili tympanis, quibus utebantur galli Cybeles. eadem dicuntur & κύμβια à ſcaphæ forma: parva & cava pocula. *Alioquin* τύμπανον *&* τύπανον *eſt baculus, & inſtrumentum bellicum, quod baculo pulſatum ſonat, à* τύπτειν *pulſare.*

u *quæ granorum plena.*

x pferſich, *à Perſica regione orientis, unde primũ hoc genus pomorum ad nos eſt advectum.*

y *præcocia & præcoqua, quæ præ aliis à ſole coquuntur & matura fiunt.* frühzeitig. *opponuntur ſerotinis.*

z *Vide* Gell.l.13.c.11. Macr.l.1. Saturn.c.7. Cic.lib. 1. Academ.

cōſtaret eſſe novem, & ita erat vulgò receptum. unde Diogenis jocus in ludimagiſtrum, qui paucos haberet diſcipulos, depictas autē Muſas in ludo. Præceptor, inquit, σὺν ταῖς Μούσαις *a* multos habet diſcipulos. DEM. Sed éſtne verum, Perſas *b* pomum hoc, quòd apud ipſos eſſet letale, invexiſſe in Græciam, ad peſtem eorum, quibus cum bellum gerebant? CRIT. Sic accepi. DEM. Admirabilis eſt in ingeniis *c* terrarum varietas. *India mittit ebur,* inquit Virgilius, *molles ſua tura Sabæi.* Hem cydoniperſica *d*. SIM. Novum inſitionis inventum, priſcis incognitum. Cedo nobis pateram illam cum ficis duricoriis *e*, qui ſunt (ut noſtis) prodromi *f*. SCO. Satis eſt fructuum. expleamus nos rebus aliis, ſalubrioribus corpori. CR. Quid his ſalubrius? SC. Nihil, ſi ſalubre & ſapidum *g* idem ſunt, ſicut in meridiano

a *i.e. cum Muſis; iis annumeratis.*

b *Error natus eſt ex confuſione Perſicæ mali & Perſea, quæ in Perſide exitioſa naſcitur: in Ægyptum translata, cœli illius clementia mortiferam in ſalutarem verterit naturam.* Vide Plin. lib. 15. c. 13. *Gal. 2.* κατὰ τόπους. Matthiol. in lib. 1. Dioſc. c. 131.

c *conditione, habitu, qualitate.*

d *fructus ex malo mixta, Cydonia & Perſica. Vide* Plin. lib. 15. cap. 11. 17.

e *à duro corio i.e. cortice,* σκληρόδερμα.

f *ſunt ficus præcoces.* Plin. l. 16. c. 26. πρόδρομος *præcurſor eſt, de homine, vento, fico.*

g *at multùm differunt. Sunt enim quædam palato grata, at ſtomacho & cordi infeſta. ut thunnorum ventres. Vide* Matth. Dioſc. l. 2. c. 30.

ridiano somno *h*. CR. Ego condono *i* illis nocumentum propter oblectamentum. SC. Non meministi versiculum Catonis: *Pauca voluptati debentur, plura saluti*? Dato singulis singulas gabatas cum jure carnium, ut sorbeant. id verò & calfaciet intestina, & blandè abluet, ad molliendum ventrem. SI. Profectò, puer, amo te *k*, de suilla hac salita. ô pernam *l* sapidissimam! majalis *m* est. Brassicas *n* illas cum larido *o*, si mihi vis auscultare, redde coquo,

h *qui quidem gratus est languidis & pigris, sed noxius. Matthiolus lib. de morbi Gallici curatione*: Somnus diurnus generat ægritudines humectantes & rheumatismos & corrumpit colorem & gravat splenem, laxat nervos & generat pituitam, debilitat desideriũ & generat apostemata & febres. *Veteribus tamen mos erat æstate meridianum somnum levem dormire, de quo ita Varro de re rust. lib. 1. c. 2.* Ego hîc, ubi nox & dies modicè redit & abit, tamen æstivo die, si non diffinderem meo insititio somno meridie, vivere non possem.

i *i.e. voluptas facit, ut noxam non admodum curem.*

k Amo te, *venustè, quum respondenti alicui significamus, ejus dicta aut facta nobis accepta esse & satisfacere. Plaut.*

l *perna est armus porci, coxa prior & posterior porcina salita cum toto pede, à πτέρνα* calx, *ut* schincke *à* schenckel. *i.e. crus. deinde est petaso.*

m *porcus castratus,* barg, *fortè à porcus.*

n köhl/kapskraut, *quasi capitata herba. volunt brassicam dici à βράσσω. βράξαι, Hes. est comprehendere, mordere, absorbere. Malim à πρασιαῖς, i.e. hortorum areis, in quibus disponitur, utile familiis pabulum.*

o *laridum nos vocam⁹* speck: *quod propriè est pinguedo subcutanea, dici videtur à spectile, quæ est caro sub umbilico*

coquo, per hoc quidem temporis, aut serva in brumam *p*. Lucanicæ *q* hujus; scinde mihi bucceam unam aut alteram; quò suaviùs bibam primum cyathum. CRIT. Pareamus medicorum consilio, admonentium, ut porcinæ addatur merum. funde vinum *r*. Sc. Sequitur actus fabulæ *s*; fortassis hoc anni tempore præcipuus. Spectate hujus actus apparatum. Primùm omnium à caliculis custos abaci *t* scyphos exposuit vitreos crystallini vitri, cum vino albo purissimo: aquam putes solo aspectu.

bilico exos, Fest. ἤτοι ὑπογόγιλιον, *quod imprimis speci solet. Norvegis tamen pro carne in genere est* speck. *Cæterùm lardum & laridum videtur omnino ductum inde, quòd sit ex* λαρινοῖς. *Eratosthenes autem vocavit sues* λαρινούς. λαρὸν & λαρινὸν *est* dulce, λαρινεύεσθαι haberi molliter & *delicatè. Athenæus interpretatur* σιτίζεσθαι, *i.e.* impinguari, saginari. *Aliis videtur dictum q. largè vel latè aridum, vel à Laribus.*

p *bruma propriè est brevissimus dies circa solstitium hibernum,* βραχὺ ἦμαρ. *Deinde pro hieme ponitur.*

q *Lucanica est farcimen ex porcinis carnibus, quod inventoribus Lucanis, Italiæ populis, nomen debet. Quia in Piceno agro sues imprimis boni erant, filiam Lucanicæ porcæ illud fartum Martialis dixit.*

r *coctionis & nutritionis facilioris ergo. ex alia causa post crassos cibos vini potus dissuadetur, ne chylus spissior in corpus subitò didatur; non satis subactus.*

s *quasi post prologum. Loquitur de convivio, ut comœdia quadam.*

t *lege conjunctim, à caliculis custos abaci,* ὁ ἐπὶ τῶν κυλίκων *vel* περὶ ταῖς κύλιξι φύλαξ.

Sanmar.

Sanmartinium *u* est,& partim Rhenense non infectum *x*: ut solent in Belgia *y*: sed quale in media Germania bibitur. Oenophorus *z* relevit *a* hodie serias *b* duas, alteram vini Helvelli,

u *contractum ex sancto Martino, oppidum Hispaniæ. Ita complura nomina locorum habent ut Sangallum* Sint Galle: *Helvetiorum.* Sainct Moritz *Agaunum Sabaudorum. Sainct Quentin, Augusta Veromanduorum; q. fanum Quintini.*

x *purum, incorruptum, ut natum est. Mercurius in Amphitr.*1.1.*ait*: Hirneam, ut matre natum fuit, vini eduxi meri*: i. e ut ex vite natum est, non jugulatum aquis. inficere est tingere, imbuere: unde infector succus Plinio, quo lana vel aliud tingitur. infectum verò* geschmierter wein, *ut lenocinio quodam saporis vilitas occultetur.*

y Belgium *Cæsari*, Belgica Gallia, Belgica provincia *Plinio, populi* Βέλγαι *&* Βέλγες *Straboni.*

z οἰνοφόρος *est qui vinum fert, cui vini curandi custodia tradita. posset etiam dici* οἰνόπτης, *qui ab œnophoris, à lagenis. Gallus vertit* le bouteiller, *& nobis est* bottelir. bouteille *Gallis est ampulla, lagena, quasi parva butta.* Butte *est nobis (etiam Italis, Hispanis & Anglis nota voce) dolium, orca, cupa ex* πίθ&. *Hinc* bottelerie. *cella penaria, cella vinaria.*

a *ut* linere *dolia est obturare, linendo super illa: ita relinere est id, quod obturatum erat, aperire.* Colum l.12. cap.50. Terent.Heaut.3.1. *ubi Donatus*: Ut inquit Plinius, in Italia resina vino condendo maximè probatur Brutia: circa Alpes ligneis vasis condunt circulisq; cingunt. Picantur autem protinus à canis ortu: dehinc perfunduntur marina aqua aut salsa, ac levi cinere sarmenti asperguntur. Dum igitur vina aperiuntur, dolia relinuntur. *vide* Plin.l.15.c.7. *&* 23.1.

b seria est dolium, & propriè vas fictile de limo, oblongum. *Donat. Heaut.*3.1.

velli *c*, seu flavi ex agro Parisiensi: alteram sanguinei *d* Burdegalensis. Habetis in apyroto *e* alia parata, fuscum *f*, Aquitanicum *g*,

c Helvolus color, neque purpureus neque niger ex Columellæ tertio. Varro bobus statuit inter rubrum & album; ut sit cum gilvo idem. *Sic Scalig. exerc.* 325. 14. *Ita g & h inter, e alternarent; quod & in aliis quibusdam vocibus. ut Hispanis certè gentile est Latinum* h *in* g *vertere. Scal. ibid.* 13. Gilvus est qualis lateri semicocto, κιῤῥὸς Græcis. *Festus habet*: Helvacea genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui est inter rufum & album. *Item*: helvela holera minuta: helus & helusa antiqui dicebant, quod nunc holus, holera. *Ab horum quodam colore ducamus.* helvellum *autem est quasi diminutiva ex* helvolum, *vel helveolum. vide Caton. de re rust. c.* 63. *Varr. l* 2. *de re rust. cap.* 8. *& Colum. l.* 3. *c.* 2. *Nos gilvum (i.e. subrufum vocamus* fahl / *unde Belgis hedera* vaele. *Item* bleich: *unde helvolum* bleichart / bleichroht. *Origo utriusq; hu'vocis est à* palleo. bleichgäl *luteus*, gälroht *rufus.* Galeno vinorum colores sunt λευκὸς, albus: ἐρυθρὸς ruber, sive sanguineus: ξανθὸς flavus, sive gilvus quem idem vocari posse ait πυῤῥὸν ὠχρὸν è ruso pallescentem: μέλας niger: ὠχρὸς pallidus, medius inter album & fulvũ; ut fulvus medius est inter album & nigrum. Color κιῤῥὸς annis & vetustati in ξανθὸν transit. *Dalec. in Plin. l* 14. *c.* 9.

* *flavum est croceum* gäl: à flamma, cujus colorem imitatur. *Scal exerc. l.* 25. 12.

d *i. e. rubri. Vinum sanguinem terræ vocabat Androcydes. Plin l.* 14. *c.* 5.

e *labro refrigerationis, Gall.* tinot *à tina.*

f *fuscum est subnigrum.* braun (*voce etiam Anglis, Gallis, Italis, Hispanis nota*) *dicimus à* brennen / *ut fuscũ à φώσκειν ustulare. Gall.* halé, *quasi ab ἅλιος sol, quòd sit sole perustus.*

g *ex Aquitania, quæ Galliæ pars est aquosior. Armorica,*

& nigrum è Sagunto *h* : petat quisque ex sententia palati sui *i*. CR. Quid potest nunciari lætius? ut † nihil est durius, quàm perire siti. Ego verò mallem optimam nobis aquam prospexisses : hunc nuncium audivissem libentiùs, quàm de vino. SCOP. Nec ea deerit. SI. Nuper quum essem in urbe Roma, bibi apud cardinalem quendam vina generosissima, omnifariam *k* saporis. nam eram præfecto cellæ vinariæ perquam familiaris: vinum dulce, acutum *l*, lene, suave, austerum *m*. DE. Mihi

morica, i.e. ad mare sita, Gasconien. *Plinius libro* 4. *c.*17 *ibi Dalec.*

h *Saguntus est Hispaniæ à Zacynthiis condita. Strab. l.*3. *Hinc Saguntina fames pro maxima. Martialis etiam celebrat.*

———— Saguntino pocula facta luto.

i *i.e. ex cupiditate palati.* wie es dem munde gut dünckt. *Gall.* selon son appetit. *i.e. secundùm suum appetitum.* † *i.e. ut sanè verum est &c.*

k *omnis generis vina, quot fari possis.* Omnimodū, omnigenūm *Lucretius dicit. posset etiam adjectivè dicere omnifarium; ut Suetonius plurifarium, in Claud. c.*21. *Ita Græci dicunt* διφάσιον, *pro* διπλοῦν, διπλάσιον *&c.*

l *quod nos* scharf *dicimus, quod suaviter radit & purgat linguam.* Acutos cibos *Plinius in epistol.* 3. *lib.* 7. *vocat, qui appetentiam excitant & stomachum quasi acuunt.* Ut si, *inquit*, cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutósq; miscerem, ut obtusus illis & oblitus stomachus his excitaretur: Ita nūc hortor, ut jucundissimū genus vitæ nonnullis interdum, quasi actoribus condias.

m *subacerbum: vulgó viride dicitur; ut significetur sapor immaturorum fructuum.*

Mihi vehementer placet aigleuces *n*. Po l. Sic ferè Belgicis fœminis. S i. In pagis quibusdam Galliæ flocces *o*, apponuntur, secundarium autem vinum & tertiarium *p* habent in deliciis: ſed ea villa *q* ſunt magis quàm vina, & alioqui vinum Gallicum toto genere * nec aquam, nec ætatem fert *r*: itaque paulò poſt quàm eſt diffuſum *s*, bibitur, quippe poſt an-

n *Plinius lib.14.c.9.* Medium inter dulcia vinũ eſt, quod Græci *aigleuces* vocant, hoc eſt, ſemper muſtum. Id evenit curâ, quoniam fervere prohibetur. *Eſt igitur ſubſtantivum τὸ αἰγλεῦκες ex adjectivo*: *ut οἶνος ἀειγλευκὴς, qui eſt ἀεὶ γλεῦκος. Eſt autem γλεῦκος* muſtum, ἀγλευκὴς non dulcis.

o *Non.* Floces fæx vini. Cæcilius: Ego neque florem neque flóces volo mihi, vinum volo. *Gell. lib.11. c.7. exponit* floces vini fæcem a vinaceis expreſſam, ſicut fraces ex oleis: *quaſi floccos vini*, håfe, *q. d. fermentum.*

p *Plinius lib.14.c.10* Non poſſunt jure dici vina, quæ Græci δευτερεῖα appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis: ſed tamen inter vina operaria numerantur. *Heſ. δευτερίας οἶνος ὁ κατὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχυθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα, qui ex vinaceis lotus, id eſt, aqua perfuſis, quibus* illuti *opponuntur. Cato c.147.*

q *villum eſt ὑποκόρισμα vini*: *ut vannus, vallus, Donat. in Ter. Adelph. ſ. 1.*

* durch die banck, *univerſaliter, in univerſum.*

r *non eſt durabile, non durat longum tempus. Cic. de amic. dixit* vinum vetuſtatem ferre.

s *vinum diffuſum*, abgelaſſen wein, *nempe, quod in alia vaſa tranſlatum eſt. poſtquam deferbuit. Id maturitatem habet & ſuavitatem. opponitur* vino doliari novo. *Horat.* l.1.epiſt.5. & l.2.ſat.2. Juven. ſat.5. Cic. lib.2. de fin.

num inclinat *t* illico,& fit dubium *u*, tum fugiens *x*, & acuit *y*: quod si manserit diutius, emucet *z*, & in vappam *a* vertitur. Hispanum vinum & Italicum bene fert & aquam, & ætatem. DEMO. Quid rei est vinum fugiens? vientur *b* probè dolia, & obseretur cella, imò &

t *sc. in vitium: fit deterius, declinat.* fället ab.

u *de quo dubites, sitne vinum an aliud,* abstehender wein/abgefallen. *ut Græcè τροπίας, ἐξιστάμενος οἶνος. sic argentum dubium, de cujus pondere vel bonitate dubitari potest. At* cœna dubia *apud Ter. Phorm. act. 2. 2,* ubi tu, *inquit*, dubitas, quid sumas potissimùm.

x *quod velut fugit à statu suo, è quo vis fugit. Turneb. advers. l* 20. *c.* 3. fugiens & exolescens, quod ætati cedit & exolescit.

y *acuit, i.e. in acetum degeneravit.* Ulpia. Si vinum venditum acuerit. *Cat. de re rust. c.* 148. Vinum, quod neque aceat neque muceat. *Colum.* Vinum acescere *dixit. ita hic meliùs legeris*; acet *vel* acescit.

z *Plin. l* 17. *c.* 22. Vitis *quadam* festinatione pariendi gracilis ac emucida *dicitur. Ita Colum. l* 5. *c.* 5. situ putrescere. *& c.* 24. *lib.* 4 *ait*, muscum compedis more crura vitium comprimere, situ & veterno emaciare, *id est, mucida reddere.*

a *vappa, vinum marcidum,* verrochener wein, *è quo vis evanuit, unde Italis* suanito, *id est, evanidum. Belg.* verschaelde / *q. quod in scala, h. e, poculo stans diutulè evaporavit. Ita vento corrumpitur, ut odorem et saporem amittat: ex* vano *aut potiùs* vapore; *nisi à vapulando; ut Galli pulsum vinum dicunt,* verschlagen/da die kraft ausverschwunden *Vide de eo* Plin. lib. 14. cap. 20. b *Sic legunt omnia exempl. Sed dicendum est, vieantur, id est, vinculis seu viminibus probè religentur & constringantur. Gall.* qu'on relie bien les tonneaux, man thue ein dinge vnd verbinde die fasse woll faste. *Viére est religare, unde*

victus

& domus claudatur*, si sit opus. Pol. Ut poma fugientia, quæ ætati cedunt, nec servantur, & φ discedere vulgò dicimus; cujus contrariũ est, vinum consistens†. Demo. Funde mihi priùs aquam ad dimidium calicem, super hanc infundes vinum, more veteri *c*. Cri. Imò & hodierno multarum gentium. Galli & Germani contrà faciunt *d*. Demo. Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam *e*, aquæ addunt vinum; quæ vinum aquatum, vino sui perinfundunt aquam. Cri. Quæ verò vino aquam non affundunt, quid bibunt? Dem. Vinum purum putum *g*. Cr. Etiam, nisi priùs à

victus mollis, flaccidus, flexibilis, victis virgis magis religare possumus quidlibet: *ut Donatus Eun.* 4.4.

* *scil. ut non possit effugere. ludit quasi fugiens vinum dicatur, quòd sit effugiturum.* φ *lego* ea; *etsi omnia habeant* et. † *firmum, ferens ætatem*, beſtendiger wein, *quod putant nonnulli esse* πρᾳμνιον, *q.* παραμενον. *Macr. l. 7. cap.* 12. vinum defæcatum validius viribus, sed infirmius ad permanendum *dicit*.

c *quum miscerent aquâ vinum: unde phrasis* miscere pocula, *pro, dare bibere*.

d *bibunt meracum, nec opus est simpliciorib. vinis minúsq; generosis aquam admiscere.*

e *dicit, pro vino respersam, curatam.*

f *aqua mistam,* ὑδαρωθέντα οἶνον.

g *purissimum.* putum *pro puro antiqui dixerunt. inde* putatæ vites, *quibus decisum est id, quod impedimento erat.* & ratio putata, *id est pura facta. Fest. Ita argentum & aurum putum. Catachresis igitur est, quum vinum putum dicitur, quum non putetur. Scaliger tamen putum dici vult à* πυθέσθαι, *quod est explorare, q. sit* πυστόν.

num inclinat *t* illico, & fit dubium *u*, tum fugiens *x*, & acuit *y*: quod si manserit diutius, emucet *z*, & in vappam *a* vertitur. Hispanum vinum & Italicum bene fert & aquam, & ætatem. DEMO. Quid rei est vinum fugiens? vientur *b* probè dolia, & obseretur cella, imò &

t *sc. in vitium: fit deterius, declinat.* fâllet ab.

u *de quo dubites, sitne vinum an aliud,* abstehender wein/abgefallen. *ut Græcè* τροπίας, ἐξιστάμενος οἶνος. *sic argentum dubium, de cujus pondere vel bonitate dubitari potest. At* cœna dubia *apud Ter. Phorm. act. 2. 2,* ubi tu, *inquit,* dubitas, quid sumas potissimùm.

x *quod velut fugit à statu suo, è quo vis fugit. Turneb. adversl. 20. c. 3.* fugiens & exolescens, quod ætati cedit & exolescit.

y *acuit, i.e. in acetum degeneravit.* Ulpia. Si vinum venditum acuerit. *Cat. de re rust. c. 148.* Vinum, quod neque aceat neque muceat. *Colum.* Vinum acescere *dixit. ita hic meliùs legeris;* acet *vel* acescit.

z *Plin. l. 17. c. 22.* Vitis *quadam* festinatione pariendi gracilis ac emucida *dicitur. Ita Colum. l. 5. c. 5.* situ putrescere. *& c. 24. lib. 4 ait,* muscum compedis more crura vitium comprimere, situ & veterno emaciare, *id est, mucida reddere.*

a *vappa, vinum marcidum,* verrochener wein, *è quo vis evanuit, unde Italis* suanito, *id est, evanidum. Belg.* verschaelde / *q. quod in scala, h. e, poculo stans diutulè evaporavit. Ita vento corrumpitur, ut odorem et saporem amittat: ex* vano *aut potiùs* vapore; *nisi à vapulando, ut Galli pulsum vinum dicunt,* verschlagen/da die kraft ausverschwunden *Vide de eo* Plin. lib. 14. cap. 20. b *Sic legunt omnia exempl. Sed dicendum est, vieantur, id est, vinculis seu viminibus probè religentur & constringantur. Gall.* qu'on relie bien les tonneaux, man thue ein dinge/ und verbinde die fasse woll faste. *Viére est religare, unde*

victus

& domus claudatur*, si sit opus. Pol. Ut poma fugientia, quæ ætati cedunt, nec servantur, & φ discedere vulgò dicimus; cujus contrariũ est, vinum consistens†. Demo. Funde mihi priùs aquam ad dimidium calicem, super hanc infundes vinum, more veteri *c*. Cri. Imò & hodierno multarum gentium. Galli & Germani contrà faciunt *d*. Demo. Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam *e*, aquæ addunt vinum; quæ vinum aquatum, vino superinfundunt aquam. Cri. Quæ verò vino aquam non affundunt, quid bibunt? Dem. Vinum purum putum *g*. Cr. Etiam, nisi priùs à

victus mollis, flaccidus, flexibilis, victis virgis magis religare possumus quidlibet: *ut Donatus Eun. 4. 4.*

* *scil. ut non possit effugere. ludit quasi fugiens vinum dicatur, quòd sit effugiturum.* φ *lego* ea; *etsi omnia habeant* et. † *firmum, ferens ætatem,* beſtendiger wein, *quod putant nonnulli esse πράμνιον, q. παράμονον. Macr. l. 7. cap.* 12. vinum defæcatum validius viribus, sed infirmius ad permanendum *dicit.*

c *quum miscerent aquâ vinum: unde phrasis* miscere pocula, *pro, dare bibere.*

d *bibunt meracum, nec opus est simpliciorib. vinis minúsq; generosis aquam admiscere.*

e *dicit, pro vino respersam, curatam.*

f *aqua mistam,* ὑδαρωθέντα οἶνον.

g *purissimum.* putum *pro puro antiqui dixerunt. inde* putatæ vites, *quibus decisum est id, quod impedimento erat.* & ratio putata, *id est pura facta. Fest. Ita argentum & aurum putum. Catachresis igitur est, quum vinum putum dicitur, quum non putetur. Scaliger tamen putum dici vult à πεύθεσθαι, quod est explorare, q. sit πυστόν.*

à vinario *h* ſit irrigatum *i*. POL. Baptizare *k* id vocant, ut vinum ſit Chriſtianum *l*. ea erat meo tempore elegantia philoſophica *m*. DE. Illi baptizant vinum, & ſeipſos exbaptizant *n*. POL. Pejùs agunt, qui injiciunt calcem, ſulfur, mel, alumen, & alia dictu tetriora, quibus nihil eſt corporibus pernicioſius: in quos publicè * deberet animadverti, ut in latrones aut ſicarios. inde ſunt enim incredibilia morborum

h *i.e. vini venditore, œnopola. Plaut. Sueton. Lamprid. ſic olearius, olei; pomarius pomorum.* *At* vinarius ſervus *Ulp. eſt vino deditus.*

i gewäſſert/*aqua miſtum. Quò autẽ ſunt generoſiora vina, eò πολυφορώτερα, i.e. plus aqua poſtulant, ſi naturã mutare & nativum ſaporem amittere debeant.*

k βαπτίζειν *tingere*, tauffen.

l *quaſi baptiſmi ſacro initiare. Ita jocantur irreligioſè. Hoc enim eſt nomine Dei abuti, res ſanctas ad profana ludicra trahere.*

m *quaſi elegans dictum, & philoſophum oſtendens.*

n *vox ficta joculariter, i.e. ſeipſos baptiſmo exuunt & privant: dum non vivunt, ut baptizatos decet, & ut hi promiſerunt, ſe merſuros & necaturos eſſe veterem hominem.*

* *ſunt de uvis premendis, vinis diffundendis & firmandis bonæ leges, quas inter conſtitutiones Maximiliani Imperatoris anno 1498 lege. ubi in dolium vehis* (in ein fuderig faß) *præſcribitur ſemuncia puri ſulfuris: & ſi aliò exportandum ſit & ampliùs firmari opus ſit, inſuper dimidium illius, & quidem, ut ei indicium fiat, cui vẽditur, nè bis ſulfuratio fiat. etiam vectores & caupones, qui vina è vaſis ſuffurantur, & ea aquis affuſis replent, vult, pro delicti modo, exiſtimationis, corporis, & bonorum læſione ſine indulgentia coërceri, & in eos ſine venia animadverti. Etiam inter politicas conſtitutiones anni 1577. Francofurti tit. 16. ſub Rudolpho eadem lex ſeverè eſt repetita.*

borum genera, & potiſſimùm arthritica *o*. Cri. Ex conſpiratione cum medicis id agunt, ut utrique rem augeant. Dem. Nimis mihi porrigis plenum calicem: deple *p*, quæſo, eũ aliquantum, ut ſit locus aquæ infundendæ. Cr. Funde mihi in ſcyphum illum coloris caſtanei *q*. Quid rei eſt? Sc. Nux prægrandis Indica †, ab labris argento circumcluſa *r*: viſne in culullo *s* illo ligni hébeni *t*? quod fe-

o *ἀρθρῖτις est ἄρθρων, i.e. articulorum dolor, ex incumbente in eos fluxione: morbus articularius: qui in pedibus podagra, in lumbis iſchias, in manibus chiragra, in genibus gonagra. nos vocamus* zipperlein/ *à cippo, ut videtur, quo ſervorum & captivorum pedes religabantur.* gicht *à* gehen/ *quia vagus morbus; vel à gutta: ſicut Gallis eſt* goutte: *à fluxu & ſtillatione* fledercjn *à* flederen/ *volitare, vagari, plaudere alis.*

p *Deplere (verbum Catonis & Columellæ) eſt de pleno demere: contrarium vel implere. Stat.* fontes deplevimus hauſtu.

q *qui imitatur corticem caſtaneæ, ſi fuſcior ſit,* käſten braun. *Caſtaneæ Caſtanum Magneſiæ urbs nomen dediſſe exiſtimatur.*

† Indianiſche nuß/ *eſt palmæ effigie prægrandis, magnorum malorum inſtar.*

r *ἀπὸ τῶν τὰ χειλῶν περιηργυρωμένη. Labrum hic eſt margo & ora poculi, στεφάνη.*

s *fictili cyatho. factus tamen eſt etiam aureus. videtur, eſſe à κύλιξ.*

t *ex hebeno facti. Hebenum* hobním *Hebr. eſt lignum in India clarum, & nigrum, ponderoſum, nulla folia, nullum fructum fert, tantúm radices è terra eruuntur. Valent. Schindl. in lex. Pentagl. ducit ab* אֶבֶן *i. e. lapis. vide Dioſc. l. c. 111. Plin. l. 24. c. 11.*

runt esse saluberrimum. Ne addas tantum aquæ. nescis vetus verbum: Perdis vinum infusa aqua *u*? DEM. Imò perdis utrumque: aquam & vinum. POL. Malo utrumque perdere, quàm ab alterutro perdi. SC. Lubétne potare more Græco ex illis pateris, & capacioribus poculis? DE. Minimè verò. Admonebas nos modò antiqui proverbii. vicissim admoneo te præcepti Paulini: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* *. Et Servatoris nostri: *Videte, ne graventur corda vestra crapula & ebrietate* †. CRIT. Unde est hæc frigida, tam pura & pellucida? SCO. E fonte proximo. CR. Ad vinum diluendum malim cisternam *x*, modò defæcatissimam. DEM. Quid? putealem? CR. Usibus lavandi aptior est, quàm bibendi. POL. Fluvialem commendant plurimi *x*. CR. Rectè: si fluant amnes per venas auri,

u *proverbium est* ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ: *perdidisti vinum, infusâ aquâ. Olim merum bibebant: donec Staphylus Sileni filius ostendisset vinum diluere aqua.* Plin. l. 7. c. 56. *Dici proverbium potest in eos, qui levi de causa malefactis bene facta subvertunt.*

* ἀσωτία, *luxus, dissoluti mores, ratione turbata & ligatis corporis membris.* Eph. 5. 18. † *Luc* 21. *v.* 34.

x *malo* cisterninam *scilicet aquam. Vivam aquam non habet cisterna, sed pluviam per canaliculos exceptam. cisternina aqua verò non est admodum commendabilis, ut quæ est diversarum aquarum quædam miscella; & omnis aqua stationaria facilè putrescit. alioqui pluvialis judicatur præstantissima, eáque præsertim, quæ media æstate, silete cælo cadit. vide Diosc. l. 5. c. 14. & ibi A. Matthiol. optima*

..i, ut ferè in Hispania *y*: & sit quieta, & liquida. SIM. Mihi verò in phiala Samia *z* illa affer aliquantum cervisiæ *a*, quam puto refrigerando corpori hoc æstu utilissimam. Sc. Ex qua tandem cervisia? SI. Ex tenuissima. nam aliæ nimiùm incrassant spiritus, & reddũt obesum corpus. PO. Mihi item dato, sed in vitro illo terete *b*. Sc. Curre ad culinam. quid illi cessant? quin mittunt missum alium? vides jam hinc neminem attingere? Affer pullos gallinaceos, elixos cum lactucis, buglossa horten-

ma aqua est, quæ maximè ἄποιος, quæ, ut Hippocr. ait, τὸν οἶνον φέρει ὀλίγον, i.e. minimo vino infuso recipit saporem.

y *Aurum enim cor & vitalem facultatem roborat: quod solis influxui acceptum sapientes referunt.*

z *i. e. fictili è terra Samia, insula scil. Sami. Hinc* Samium *est teste Lucil.* Samia vasa *Cic. pro Mur. Ausonius* fictilia & Samium lutum *in epigrammate de Agathocle conjunxit.*

a *cerevisia & cervisia, cereale poculum, potus cerealis: nos* bier. *fortè, quòd initiò ex piris fieret. sicut* pomatium & piratium *sunt quædam sicera, apud Hieronymum. Caterùm cerevisiam à Cerere, id est, fruge dictam existimant omnes. Et Isidorus hoc tradit* lib. 20. cap. 3. *vocabulum autem in Gallia olim natum est. Plinius lib. 22. cap. 25. scribit:* Ex frugibus fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia aliisq; provinciis: *ut sabajum in Illyrico, parabia apud Pæonas, ὀλ / q. oleũ, apud Danos: curmi apud alios. vide ibi Dalecampium, & copiosiùs Fridericum Lindebrogium in lib. 26. Amm. Marcell. Gregorius lib. 5. epist. 37.* juritheum, & cognidium *inter factitios potus recenset.*

b *teres est longus & rotundus* rund in die länge/ *cylindri figura.*

hortensi *c*, & intubo *d*, vervecinam quoque & vitulinam. CR. Adde etjam in scutellis *e* paulum sinapis, aut petroselinati *. DE. Violenta res videtur sinapis *f*. CR. Non admodum congruit biliosis †: iis tamen, qui crassis &

c *non silvestris.*

d *vulgo endivia, voce exotica, ut videtur. Et Mauritanis est* endeba, הנדבא *Arabibus.* Hend *iidem vocant Indiam. Græcis* σέρις: *cujus diversa sunt genera. Hic intelligitur illud, quod amplo foliosóque cæspite proveniens, foliis magnis sed ubiq; crenatis ac fimbriatis, caule cæteris minore, crassiore teneriorég; in acetariis expetitur, satum in hortis.*

e *scutella est vas rotundum concavum, nobis in Saxonia* schüttel, *quod alii, qui sibilos amant, mutarunt in* schüssel. *Dicitur etiam scutula. Diminutivum est à scutra; quæ vox legitur in Plaut. Pers. act. 1. 3.* Bene ut in scutris concaleant. *à similitudine scuti, ut videtur.*

f *Græcis est* σίνηπι. *hinc sinapi neutrum, & elegantiùs sinápis fœmin. nobis* sänf. *Item* mustard, *voce Gallis, Italis & Anglis usitata. à musto & ardore. ardens enim est sinapis, unde Bohemis dicitur* horčice *ab* hořeti *ardere*: horauch / hořich *ardens, quæ vox assonat* erucæ. *Musto autem solebat præparari ad frangendam acrimoniam: quod adhuc fit Divione & Andii. Matthiol. in l. 2. Diosc. c. 148. ait: Ad calfaciendum, extenuandū extrahendum efficax est. Ideoq; crassis cibis condimentum ex eo additur, intinctus, qui sinapismus dicitur. Sinapi sativum semine albo minúsq; acri, tritum & musto recenti commistum diutiùs ejus dulcedinem tuetur, atq; eam deficere prohibet, quòd ebullitionem reprimat eáq; propter qui ex Tridentino agro in Germaniam mustum comportant, hoc sinapis genere cadis imposito dulcedinem musti conservant.*

* *condimentum, seu embamma est ex petroselino. Dictum, ut* filatum.

Dici-

& ...gidis humoribus redundant, haud inutilis. Pol. Idcirco sapiunt *g* populi septentrionales, quibus illa est magno usui, præcipuè cibis crassis & duris addita, ut bubulæ & salsamentis *h*. Sc. Hoc loco existimo pultes *i* & ptisanas *k* venturas in tempore, leucophagum,

Dicitur autem petroselinon, in petris seu saxis natum selinon. vide Plin.lib.20.c.12.

† *qui bile flava abundant.*

g *sapienter faciunt, consulunt in valetudinem suam.*

h *ut caveant scorbutum, frequentem sibi morbum: qui sic dicitur quasi ruptura ossium vel tibiarum.* schören *est rumpere*, butt *est os*, *Westphalis. Aliter* schörbein/ schörbuck, *quasi ruptura ventris, quòd totus venter & hypochondria quasi discindantur. Aliter* schörmund / *Hollandis* blauscuit / *i.e.* blawsucht / *q livida l..es. Gingipedium à gingivis & pedibus, corrupto sanguine infectis: Scelotyrbe, stomocace, stomocaxia, magni lienes, oscedo, melancholica cachexia, scirrhus splenis. Non est, ut quidam opinantur, icteritia nigra. Causa est humor melancholicus. ex prava & putri victus ratione. Signa sunt, spontanea lassitudo, oris & spiritus graveolentia, gingivarum laxus tumor, dentes vacillantes, crurum maculæ lividæ, lentigines. Absinthites, calamus aromaticus, raphanus marinus conducũt: salsa & muriatica sunt fugiẽda, salsi pisces & carnes mucidæ. Hæc ex medicis ineditis observationibus Baumanni, quem jam suprà laudavi, ob insignem in arte sua prudentiam & ingenuam pietatem ac eximiam doctrinam, etiam à morte celebrem.*

i *quas Græci* πόλτους *vocant; quia coquuntur* τῷ πολεῖν *i.e versando cocturam. Inde Plautus.* pultiphagum *dixit.*

k *Græci scribunt* πτισάνην. *Latini autẽ, ut ex Martial l.12.constat,* ptisanam *dicunt prima correpta. & inde*

Hora-

gum *l*, similaginem *m*, amylum *n*, oryzam *o*, vermicu-

Horatius libr. 2 serm. sat. 3. ptisanarium *pro vase in quo ptisana tunditur. Sed & Græci πτισάνην dicunt prima brevi; & Nicander πτίσανον. Est autem ptisana omne frumentaceum decorticatum* gorte: *ab hordeo. Vide Plin. l. 18. c. 7. Quùm autem ptisana absolutè dicitur: hordeacea intelligitur*, geschelede gersten. *Belg.* gepellede gherste, *à pellen decorticare, deglubere, q. pellem detrahere, ꝙ Gall.* peler. *Hic autem est* orge monde, *hordeū mundatum. Cæterùm cocta ptisana appellatur πτισάνης χυλὸς ἢ ῥόφημα ptisanæ cremor, sorbitio, jus, succus. jus decocti integri hordei, in aqua, tantisper dum coctione dissiliat, hordei cremorem Celsus vocat.*

l *leucophagum λευκόφαγον sonat, q. escam albam dicas, è farina scilicet & lacte. Sed à φάγομαι hujus generis voces passivæ significationis non oriuntur. προσφάγιον est obsonium* Joh. 20. v. 5. *ita diceretur λευκοφάγιον. Gall. vertit* le blanc manger, weis essen. Hermolaus, *quod Petrus Motta annotat*, leucophæum jus dixit: si modò liber menda caret. *Est autem λευκόφαιον ex albo & fusco mistum.*

m *Ea est alba farina è tritico. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria seu cibarium, furfures. Similago est σεμίδαλις.* Plin. l. 18. c. 10.

n *ἄμυλον sub. ἄλφιτον: etsi ut substantivum usurpetur.* Ex omni tritico ac siligine *fit*, sed optimū è trimestri. Inventio ejus Chio insulæ debetur: & hodie laudatissimum inde est appellatum, ab eo, quòd sine mola fiat. Proximum è trimestri quodam minimè põderoso tritico. Madescit dulci aqua ligneis vasis, ita ut integatur, quinquies in die mutata. Meliùs, si & noctu; ita ut misceatur pariter emollitum, priusquam acescat Linteo aut sportis siccatum tegulæ infunditur, illitæ fermento, atque ita in sole densatur. *Ita Plinius lib.* 18. *c.* 7. *Galli dicunt* amydon: *unde officina amydum: sicut Bohemi* med *pro* mel. *d* & *l. interdum alternant. Nobis est* kraftmehl / steifmehl. o *suprà.*

vermiculos *p* : edat quisque ex quibus volet. DR. Vidi, qui à vermiculis hujusmodi vehementer abhorreret, quòd autumaret collectos fuisse ex terra aut cœno,& vixisse aliquando. CR. Scilicet metuebat,ne in aqualiculo *q* suo reviviscerent. Oryzam ferunt nasci in aqua,mori in vino *r*. Cedo igitur vinum. DR. Ne bibe statim à cibo calido, intermisce priùs frigidi aliquid & solidi *s*. CR. Quid ? DR. Crustam panis aliquam,vel turundam *t* unam aut alteram carnium. SIM. Vah, pisces cum carni-

p *massulæ ex coagulata farina, instar vermiculorum. Gallus vertit* fideaux ou menue viande de paste. *id est, minutus cibus de massa,ut sunt parvæ* collyræ, lalangæ frixæ. *Suid. cui etiam* *κολλύρια λαλάγγια*.

q *aqualicus est alveus,in quem aqua sordida effunditur : ut is, ex quo porci sorbent : inde pro lato intestino quodam ponitur,ex quo farcimina fiunt. Hinc est aqualiculus,* såwtrog : *item ventris ea pars, in quam sordes confluunt, primùm in porco, deinde in homine, cujus venter porcino multùm est similis.*

r *nascitur humecto solo : mediocriter alit, sed alvum supprimit. In Italiæ quibusdam locis provenit, copiosissima in Ægypto & Syria. vox videtur Arabica. Nam* ארז *est oryza, &* אָרַז *constringi, solidari. ideoq; utiliter datur dysentericis, cœliacis, diarrhœa affectis. In vino mori oryza dicitur,* h. e, *si in vino ponatur, amittere vim, ut sata non surgat, suffocatâ vi prolificâ.*

s *ut cum iis cibis, in quibus concoctio plurimùm laborat, potus pòst affusus meliùs misceatur.*

† *Non bene junguntur cibi, qui multum differunt concoctionis & digestionis gradibus.*

t bröcklein / *ψωμισμός, offa: id propriè, quo trito seu detrito altilia saginantur : fartile.*

carnibus in eadem mensa? mare miscetur terræ? hoc vetant medici. Sc. Imò hoc placet medicis *u*. Si. Credo, quia illis utile*. Scop. Cur ergo vetant medici? Si. Erravi. à medicina prohiberi dictum oportuit, non à medicis. Sed qui sunt pisces isti? Sc. Appone ordine, primùm lupum *x* illum assum cum aceto & capparibus *y*, tum passeres *z* elixos, cum succo

u *ut qui temperantiæ sunt præceptores sæpe potiùs, quàm discipuli: sicut mali magistri illi sunt, qui doctores tantùm esse volunt, quum discipulos esse vel imprimis oporteret. valde enim insolens est, ad fatuitatis usque crimen, eo doctum videri velle, quòd nolis discere, quæ ignoras. nempe medici non vivent medicè, quòd se ægros curare, nec theologi theologicè, fortean, quòd se ipsos absolvere queant Sed apud quod tribunal?* * *quæstuosum, si ex mala diæta ægrotemus.*

x *intelligitur piscis, qui id est in aqua, quod lupus in terra.* Hecht. hecken *est mordere. est enim piscis dentibus valens. vide* Plinium libro 9. capite 16. *ubi tradit, laudatissimos esse lanatos, à candore mollitiáque carnis dictos. Lupus piscis est ingeniosus in quærenda salute,* ἐπινοητικὸς τοῦ διασώζειν ἑαυτὸν, *ut Athenæus dicit lib. 5. cap. 10. Et Cassiodorus lib. 11. ait:* Pisceus lupus arenis se mollibus, ut plumbati lini insidias evadat, immergit: cujus ut suprà ducta retia tergum dirasferint, alacer in undas exsilit, & vitati periculi gaudia liberatus agnoscit.

y *Capparis frutex aculeatus in Italia, vulgaris notitiæ. præstantissimæ cappares ex Alexandria Ægypti Venetias advehuntur. capparis à sale (quo asservatur, ne putrescat) abluta ad deradendum dejiciendúmq; pituitam ventri adhærescentem accommodata est & ad lienis jecorisque amoliendas obstructiones. Fortè à Cypro nomē habet, ubi plurima provenit. vide* Plin. l. 13. c. 23. & lib. 19. c. 8. *Græcis est* κάππαρις ἡ, *& inde dimin.* καππάριον. z *Passer piscis, qui pansus vel expansus, latus* πλατὺς, *unde* platteis.

succo lapathi *a* acuti, soleas *b* frixas, lucium *c* recentem & capitonem *d*: lucium salitum serva tibi, thynnum *e* assum recentem, & thynnum in salsamento, mænas *f* recentes frixas, crustu-

a *ὀξυλάπαθον uno nomine dicitur. Est autem λάπαθον Latinis rumex, à vi exinaniendi (ἐκλαπάζειν) quia foliorum decoctum alvum mollit.* ampfer. sawrampfer. *Est verò* ampfer *acerbus, austerus: unde Belgis* ampfer/ *&* amperlict *acerbè. austere, ex amaro vel ἀμπείρω, transfigo. Acerba enim linguam fodiunt.*

b *Solea hic est piscis, σανδάλιον* buglossus, *Plauto lingulaca à linguæ forma, unde nobis dicitur* zung / *Belgis* tonghe. *Est affine genus passeri, quē nos à soleæ forma* schollen *dicimus. Ovid. in fragm halieut.*

Fulgentes soleæ candore & concolor illis
Passer, & Adriaco mirandus litore rhombus.

c *ex luporum genere. λύκιος (vel λύκειος) est lupinus. Hadrianus Junius in nomenclatore sic vocat piscem, qui Belgis* snoeck / *Levinus Lemnius lucium fluviatilem.* snoecken *Flandris scindere, putare est* snoeyen / *à* schneiden. *Ita Anglis* pyke, *quod Belgis est hasta, lancea. Lupina pi-scis natura significatur.*

d *alter* cephalus fluvialis *à capitis magnitudine. Gallis* munier *quasi molitor, quòd circa moletrinas verse-tur: item* vilain *i.e. turpis, ob victus spurcitiem. & nos vocare possumus* möller/ großkopf.

e thunub / *Belg.* tonnne. *Rabbini vocant scibbutā à* schobét, *quæ est spathula textoris. inter cetaceorum genera thunni recensentur. à xiphiis gregatim cogūtur, ut oviū greges à lupis. Diversa autem sunt thunnorum nomina pro ætatis modo. Nam primò cordilla, deinde limaria, hinc pelamides, postremò, quum pedalem mensuram excesserunt, demum thunni dicuntur. Ducunt à θύω, i.e. ὁρμάω, à celeri motu. θύνος Hes. est impetus. θυννίδες sunt frusta thynnorum in partes concisorum.*

f *Mana μαινὶς & μαίνη. vide Plin. l. 9. c. 25. Hieme*

num inclinat *t* illico, & fit dubium *u*, tum fugiens *x*, & acuit *y*: quod si manserit diutius, emucet *z*, & in vappam *a* vertitur. Hispanum vinum & Italicum bene fert & aquam, & ætatem. DEMO. Quid rei est vinum fugiens? vientur *b* probè dolia, & obseretur cella, imò &

t *sc. in vitium: fit deterius, declinat.* fället ab.

u *de quo dubites, sitne vinum an aliud,* abstehender wein/abgefallen. *ut Græcè τροπίας, ἐξεστηκὼς οἶνος. sic argentum dubium, de cujus pondere vel bonitate dubitari potest. At* cœna dubia *apud Ter. Phorm. act. 2. 2,* ubi tu, *inquit,* dubitas, quid sumas potissimùm.

x *quod velut fugit à statu suo, è quo vis fugit. Turneb. adversl.* 20. *c.* 3. fugiens & exolescens, quod ætati cedit & exolescit.

y *acuit, i.e. in acetum degeneravit.* Ulpia. Si vinum venditum acuerit. *Cat. de re rust. c.* 148. Vinum, quod neque aceat neque muceat. *Colum.* Vinum acescere *dixit. ita hic meliùs legeris;* acet *vel* acescit.

z *Plin. l* 17. *c.* 22. Vitis *quadam* festinatione pariendi gracilis ac emucida *dicitur. Ita Colum. l* 5. *c.* 5. situ putrescere. *& c.* 24. *lib.* 4 *ait,* muscum compedis more crura vitium comprimere, situ & veterno emaciare, *id est, mucida reddere.*

a *vappa, vinum marcidum,* verrochener wein, *è quo vis evanuit, unde Italis* suanito, *id est, evanidum. Belg.* verschaelde / *q. quod in scala, h. e, poculo stans diutulè evaporavit. Ita vento corrumpitur, ut odorem et saporem amittat:* ex vano *aut potiùs* vapore; *nisi à vapulando, ut Galli pulsum vinum dicunt,* verschlagen/da die kraft ausverschwunden *Vide de eo* Plin. lib. 14. cap. 20. b *Sic legunt omnia exempl. Sed dicendum est, vieantur, id est, vinculis seu viminibus probè religentur & constringantur. Gall.* qu'on relie bien les tonneaux, man thue ein ding/ und verbinde die fasse woll faste. *Viére est religare, unde* victus

& domus claudatur*, si sit opus. POL. Ut poma fugientia, quæ ætati cedunt, nec servantur, & φ discedere vulgò dicimus: cuju contrariũ est, vinum consistens†. DEMO. Funde mihi priùs aquam ad dimidium calicem, super hanc infundes vinum, more veteri *c*. CRI. Imò & hodierno multarum gentium. Galli & Germani contrà faciunt *d*. DEMO. Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam *e*, aquæ addunt vinum; quæ vinum aquatum, vino sui perinfundunt aquam. CRI. Quæ verò vino aquam non affundunt, quid bibunt? DEM. Vinum purum putum *g*. CR. Etiam, nisi priùs

à

victus mollis, flaccidus, flexibilis, victis virgis magis religare possumus quidlibet: *ut Donatus Eun.* 4. 4.

* *scil. ut non possit effugere. ludit quasi fugiens vinum dicatur, quòd sit effugiturum.* φ *lego ea; etsi omnia habeant* et. † *firmum, ferens ætatem*, beständiger wein, *quod putant nonnulli esse* πράμνιον, *q.* παράμονον. *Macr. l. 7. cap.* 12. vinum defæcatum validius viribus, sed infirmius ad permanendum *dicit*.

c *quum miscerent aquâ vinum: unde phrasis* miscere pocula, *pro, dare bibere*.

d *bibunt meracum, nec opus est simplicioribus. vinus minúsque generosis aquam admiscere.*

e *dicit / pro vino respersam, curatam.*

f *aqua mistam*, ὑδαρωθέντα οἶνον.

g *purissimum.* putum *pro puro antiqui dixerunt. inde* putatæ vites, *quibus decisum est id, quod impedimento erat.* & ratio putata, *id est pura facta. Fest. Ita argentum & aurum putum. Catachresis igitur est, quum vinum putum dicitur, quum non putetur. Scaliger tamen putum dici vult à* πεύθεσθαι, *quod est explorare. q. sit* πυστόν.

à vinario *h* sit irrigatum *i*. POL. Baptizare *k* id vocant, ut vinum sit Christianum *l*. ea erat meo tempore elegantia philosophica *m*. DE. Illi baptizant vinum, & seipsos exbaptizant *n*. POL. Pejùs agunt, qui injiciunt calcem, sulfur, mel, alumen, & alia dictu tetriora, quibus nihil est corporibus perniciosius: in quos publicè * deberet animadverti, ut in latrones aut sicarios. inde sunt enim incredibilia morborum

h *i.e. vini venditore, œnopola. Plaut. Sueton. Lamprid. sic olearius, olei; pomarius pomorum. At* vinarius servus *Ulp. est vino deditus.*

i gewässert/*aqua mistum. Quò autē sunt generosiora vina, eò* πολυφορώτερα, *i.e. plus aquæ postulant, si naturā mutare & nativum saporem amittere debeant.*

k βαπτίζειν *tingere,* taufen.

l *quasi baptismi sacro initiare. Ita jocantur irreligiosè. Hoc enim est nomine Dei abuti, res sanctas ad profana ludicra trahere.*

m *quasi elegans dictum, & philosophum ostendens.*

n *vox ficta jocülariter, i.e. seipsos baptismo exuunt & privant: dum non vivunt, ut baptizatos decet, & ut hi promiserunt, se mersuros & necaturos esse veterem hominem.*

* *sunt de uvis premendis, vinis diffundendis & firmandis bonæ leges, quas inter constitutiones Maximiliani Imperatoris anno 1498 lege. ubi in dolium vehis* (in ein fuderig faß) *præscribitur semuncia puri sulfuris: & si aliò exportandum sit & ampliùs firmari opus sit, insuper dimidium illius, & quidem, ut ei indicium fiat, cui vēditur, ne bis sulfuratio fiat. etiam vectores & caupones, qui vina è vasis suffurantur, & ea aquis affusis replent, vult, pro delicti modo, existimationis, corporis, & bonorum læsione sine indulgentia coërceri, & in eos sine venia animadverti. Etiam inter politicas constitutiones anni* 1577. *Francofurti tit. 16. sub Rudolpho eadem lex severè est repetita.*

borum genera, & potiſſimùm arthritica *o*. Cri. Ex conſpiratione cum medicis id agunt, ut utrique rem augeant. Dem. Nimis mihi porrigis plenum calicem: deple *p*, quæſo, eũ aliquantum, ut ſit locus aquæ infundendæ. Cr. Funde mihi in ſcyphum illum coloris caſtanei *q*. Quid rei eſt? Sc. Nux prægrandis Indica †, ab labris argento circumcluſa *r*: viſne in culullo *s* illo ligni hébeni *t*? quod fe-

o *ἀρθρῖτις eſt ἄρθρων, i.e. articulorum dolor, ex incumbente in eos fluxione: morbus articularius: qui in pedibus podagra, in lumbis iſchias, in manibus chiragra, in genibus gonagra. nos vocamus* zipperlein / *à cippo, ut videtur, quo ſervorum & captivorum pedes religabantur.* gicht *à* gehen / *quia vagus morbus; vel à gutta: ſicut Gallis eſt* goutte: *à fluxu & ſtillatione* flederçin *à* flederen / *volitare, vagari, plaudere alis.*

p *Deplere (verbum Catonis & Columellæ) eſt de pleno demere: contrarium τοῦ implere. Stat.* fontes deplevimus hauſtu.

q *qui imitatur corticem caſtaneæ, ſi fuſcior ſit,* käſten braun. *Caſtaneæ Caſtanum Magneſiæ urbs nomen dediſſe exiſtimatur.*

† Indianiſche nuß / *eſt palmæ effigie prægrandis, magnorum malorum inſtar.*

r *ἀπὸ τῶν τὰ χειλῶν περιηργυρωμένη. Labrum hic eſt margo & ora poculi, στεφάνη.*

s *fictili cyatho. factus tamen eſt etiam aureus. videtur, eſſe à κύλιξ.*

t *ex hebeno facti. Hebenum* hobnim *Hebr. eſt lignum in India clarum, & nigrum, pon*[illegible]*eroſum, nulla folia, nullum fructum fert, tantúm radices è terra eruuntur. Valent. Schindl. in lex. Pentagl. ducit ab* אֶבֶן *i. e. lapis. vide Dioſc. l. c. 111. Plin. l. 24. c. 11.*

runt esse saluberrimum. Ne addas tantum aquæ. nescis vetus verbum: Perdis vinum infusa aqua *u*? Dem. Imò perdis utrumque: aquam & vinum. Pol. Malo utrumque perdere, quàm ab alterutro perdi. Sc. Lubétne potare more Græco ex illis pateris, & capacioribus poculis? De. Minimè verò. Admonebas nos modò antiqui proverbii. vicissim admoneo te præcepti Paulini: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* *. Et Servatoris nostri: *Videte, ne graventur corda vestra crapula & ebrietate* †. Crit. Unde est hæc frigida, tam pura & pellucida? Sco. E fonte proximo. Cr. Ad vinum diluendum malim cisternam *x*, modò defæcatissimam. Dem. Quid? putealem? Cr. Usibus lavandi aptior est, quàm bibendi. Pol. Fluvialem commendant plurimi *x*. Cr. Rectè: si fluant amnes per venas auri,

u *proverbium est ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ: perdidisti vinum, infusâ aquâ. Olim merum bibebant: donec Staphylus Sileni filius ostendisset vinum diluere aqua.* Plin. l. 7 c. 56. *Dici proverbium potest in eos, qui levi de causa malefactis bene facta subvertunt.*

* *ἀσωτία, luxus, dissoluti mores, ratione turbata & ligatis corporis membris.* Eph. 5. 18. † *Luc* 21. v. 34.

x *malo* cisterninam *scilicet aquam. Vivam aquam non habet cisterna, sed pluviam per canaliculos exceptam. cisternina aqua verò non est admodum commendabilis, ut quæ est diversarum aquarum quædam miscella; & omnis aqua stationaria facilè putrescit. alioqui pluvialis judicatur præstantissima, eáque præsertim, quæ media æstate, silente cœlo cadit. vide Diosc. l. 5. c. 14. & ibi A. Matthiol. optima*

ri, ut ferè in Hispania *y*: & sit quieta, & liquida. SIM. Mihi verò in phiala Samia *z* illa affer aliquantum cervisiæ *a*, quam puto refrigerando corpori hoc æstu utilissimam. SC. Ex qua tandem cervisia? SI. Ex tenuissima. nam aliæ nimiùm incrassant spiritus, & reddũt obesum corpus. PO. Mihi item dato, sed in vitro illo terete *b*. SC. Curre ad culinam. quid illi cessant? quin mittunt missum alium? vides jam hinc neminem attingere? Affer pullos gallinaceos, elixos cum lactucis, buglossa horten-

ma aqua est, quæ maximè ἄποιος, quæ, ut Hippocr. ait, τὸν οἶνον φέρει ὀλίγον, i.e. minimo vino infuso recipit saporem.

y *Aurum enim cor & vitalem facultatem roborat: quod solis influxui acceptum sapientes referunt.*

z *i. e. fictili è terra Samia, insulæ scil Sami. Hinc* Samium *est teste Lucil.* Samia vasa *Cic. pro Mur. Ausonius* fictilia & Samium lutum *in epigrammate de Agathocle conjunxit.*

a *cerevisia & cervisia, cereale poculum, potus cerealis: nos* bier. *fortè, quòd initiò ex piris fieret. sicut* pomatium & piratium *sunt quædam sicera, apud Hieronymum. Cæterùm cerevisiam à Cerere, id est, fruge dictam existimant omnes. Et Isidorus hoc tradit* lib. 20. cap. 3. *vocabulum autem in Gallia olim natum est. Plinius lib. 22. cap. 25. scribit:* Ex frugibus fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia aliisq; provinciis: *ut sabajum in Illyrico, parabia apud Pæonas, ol / q. oleũ, apud Danos: curmi apud alios. vide ibi Dalecampium, & copiosiùs Fridericum Lindebrogium in lib. 26. Amm. Marcell. Gregorius lib. 5. epist. 37.* juritheum, & cognidium *inter factitios potus recenset.*

b *teres est longus & rotundus* rund in die länge / *cylindri figura.*

hortensi *c*, & intubo *d*, vervecinam quoque & vitulinam. Cr. Adde etjam in scutellis *e*. paulum sinapis, aut petroselinati *. De. Violenta res videtur sinapis *f*. Cr. Non admodum congruit biliosis †: iis tamen, qui crassis &

c *non silvestris.*

d *vulgo endivia, voce exotica, ut videtur. Et Mauritanis est* endeba, הנדבא *Arabibus.* Hend *iidem vocant Indiam. Græcis* σέρις*: cujus diversa sunt genera. Hic intelligitur illud, quod amplo foliosóque cæspite proveniens, foliis magnis sed ubiq; crenatis ac fimbriatis, caule cæteris minore, crassiore teneriorég; in acetariis expetitur, satum in hortis.*

e *scutella est vas rotundum concavum, nobis in Saxonia* schüttel, *quod alii, qui sibilos amant, mutarunt in* schüssel. *Dicitur etiam scutula. Diminutivum est à scutra; quæ vox legitur in Plaut. Pers. act. 1. 3.* Bene ut in scutris concalcant. *à similitudine scuti, ut videtur.*

f *Græcis est* σίνηπι. *hinc sinapi neutrum, & elegantiùs sinápis fœmin. nobis* sänf. *Item* mustard *voce Gallis, Italis & Anglis usitata. à musto & ardore. ardens enim est sinapis, unde Bohemis dicitur* horčice *ab* hořeti *ardere:* horauch / hořich *ardens, quæ vox assonat* erucæ. *Musto autem solebat præparari ad frangendam acrimoniam: quod adhuc fit Divione & Andii. Matthiol. in l. 2. Diosc. c. 148. ait: Ad calfaciendum, extenuandū, extrahendum efficax est. Ideoq; crassis cibis condimentum ex eo additur, intinctus, qui sinapismus dicitur. Sinapi sativum semine albo minúsq; acri, tritum & musto recenti commistum diutiùs ejus dulcedinem tuetur, atq; eam deficere prohibet, quòd ebullitionem reprimat: eáq; propter qui ex Tridentino agro in Germaniam mustum comportant, hoc sinapis genere cadis imposito dulcedinem musti conservant.*

* *condimentum, seu embamma est ex petroselino. Dictum, ut* silatum.

Dici-

& ...gidis humoribus redundant, haud inutilis. POL. Idcirco sapiunt g populi septentrionales, quibus illa est magno usui, præcipuè cibis crassis & duris addita, ut bubulæ & salsamentis h. SC. Hoc loco existimo pultes i & ptisanas k venturas in tempore, leucophagum,

Dicitur autem petroselinon, in petris seu saxis natum selinon. vide *Plin. lib. 20. c. 12.*

† *qui bile flava abundant.*

g *sapienter faciunt, consulunt in valetudinem suam,*

h *ut caveant scorbutum, frequentem sibi morbum: qui sic dicitur quasi ruptura ossium vel tibiarum.* schören *est rumpere*, butt *est os*, *Westphalis. Aliter* schörbein/ schörbuck, *quasi ruptura ventris, quòd totus venter & hypochondria quasi discindantur. Aliter* schörmund / *Holandis* blauscuit / *i. e.* blawsucht/*q livida l..es. Gingipedium à gingivis & pedibus, corrupto sanguine infectis: Scelotyrbe, stomocace, stomocaxia, magni lienes, oscedo, melancholica cachexia, scirrhus splenis. Non est, ut quidam opinantur, icteritia nigra. Causa est humor melancholicus, ex prava & putri victus ratione. Signa sunt, spontanea lassitudo, oris & spiritus graveolentia, gingivarum laxus tumor, dentes vacillantes, crurum macula livida, lentigines. Absinthites, calamus aromaticus, raphanus marinus conducũt: salsa & muriatica sunt fugiẽda, salsi pisces & carnes mucida. Hæc ex medicis ineditis observationibus Baumanni, quem jam suprà laudavi, ob insignem in arte sua prudentiam & ingenuam pietatem ac eximiam doctrinam, etiam à morte celebrem.*

i *quas Græci* πόλτους *vocant; quia coquuntur* τῷ πολεῖν *i. e versando cocturam. Inde Plautus.* pultiphagum *dixit.*

k *Græci scribunt* πτισάνην. *Latini autẽ, ut ex Martial l. 12. constat,* ptisanam *dicunt prima correpta. & inde*

Hora-

gum *l*, similaginem *m*, amylum *n*, oryzam *o*, vermicu-

Horatius libr. 2 *serm. sat.* 3. ptisanarium *pro vase in quo ptisana tunditur. Sed & Græci* πτισάνιον *dicunt prima brevi; & Nicander* πτισάνιον. *Est autem ptisana omne frumentaceum decorticatum* görte: *ab hordeo. Vide Plin. l.* 18. *c.* 7. *Quùm autem ptisana absolutè dicitur: hordeacea intelligitur,* geschelede gersten. *Belg.* gepellede gherste, *à* pellen *decorticare, deglubere, q. pellem detrahere, & Gall.* pelér. *Hic autem est* orge monde, *hordeū mundatum. Cæterùm cocta ptisana appellatur* πτισάνης χυλὸς ἢ ῥόφημα *ptisanæ cremor, sorbitio, jus, succus. jus decocti integri hordei, in aqua, tantisper dum coctione dissiliat, hordei cremorem Celsus vocat.*

l *leucophagum* λευκόφαγον *sonat, q. escam albam dicas, è farina scilicet & lacte. Sed à* φάγομαι *hujus generis voces passivæ significationis non oriuntur.* προσφάγιον *est obsonium* Joh. 20. v. 5. *ita diceretur* λευκοφάγιον. *Gall. vertit* le blanc manger, weis essen. Hermolaus, *quod Petrus Motta annotat*, leucophæum jus dixit: si modò liber menda caret. *Est autem* λευκόφαιον *ex albo & fusco mistum.*

m *Ea est alba farina è tritico. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria seu cibarium, furfures. Similago est* σεμίδαλις. Plin. l. 18. c. 10.

n ἄμυλον *sub.* ἄλφιτον: *etsi ut substantivum usurpetur.* Ex omni tritico ac silígine *fit*, sed optimū è trimestri. Inventio ejus Chio insulæ debetur: & hodie laudatissimum inde est appellatum, ab eo, quòd sine mola fiat. Proximum è trimestri quodam minimè pōderoso tritico. Madescit dulci aqua ligneis vasis, ita ut integatur, quinquies in die mutata. Meliùs, si & nocti; ita ut misceatur pariter emollitum, priusquam acescat Linteo aut spottis siccatum tegulæ infunditur, illitæ fermento, atque ita in sole densatur. *Ita Plinius lib.* 18. *c.* 7. *Galli dicunt* amydon: *unde officinæ amydum: sicut Bohemi* med *pro* mel. *d. & l. interdum alternant. Nobis est* kraftmehl / steifmehl. o *suprà.*

vermiculos *p* : edat quisque ex quibus volet. De. Vidi, qui à vermiculis hujusmodi vehementer abhorreret, quòd autumaret collectos fuisse ex terra aut cœno, & vixisse aliquando. Cr. Scilicet metuebat, ne in aqualiculo *q* suo reviviscerent. Oryzam ferunt nasci in aqua, mori in vino *r*. Cedo igitur vinum. De. Ne bibe statim à cibo calido, intermisce priùs frigidi aliquid & solidi *s*. Cr. Quid? De. Crustam panis aliquam, vel turundam *t* unam aut alteram carnium. Sim. Vah, pisces cum carni-

p *massulæ ex coagulata farina, instar vermiculorum. Gallus vertit* fideaux ou menue viande de paste. *id est, minutus cibus de massa, ut sunt parvæ* collyræ, lalangæ frixæ. *Suid. cui etiam* κολλύρια λαλάγγια.

q *aqualicus est alveus, in quem aqua sordida effunditur: ut is, ex quo porci sorbent: inde pro lato intestino quodam ponitur, ex quo farcimina fiunt. Hinc est aqualiculus,* såwtrog: *item ventris ea pars, in quam sordes confluunt, primùm in porco, deinde in homine, cujus venter porcino multúm est similis.*

r *nascitur humecto solo: mediocriter alit, sed alvum supprimit. In Italiæ quibusdam locis provenit, copiosissima in Ægypto & Syria. vox videtur Arabica. Nam* ארז *est oryza, &* אָרַז *constringi, solidari. ideoq; utiliter datur dysentericis, cœliacis, diarrhœa affectis. In vino mori oryza dicitur,* h. e, *si in vino ponatur, amittere vim, ut sata non surgat, suffocatâ vi prolificâ.*

s *ut cum iis cibis, in quibus concoctio plurimùm laborat, potus pòst affusus meliùs misceatur.*

† *Non bene junguntur cibi, qui multum differunt concoctionis & digestionis gradibus.*

t bröcklein / ψώμισμα, *offa: id propriè, quo trito seu detrito altilia saginantur: fartile.*

...cco lapathi *a* acuti, soleas *b* frixas, lucium *c* recentem & capitonem *d*: lucium salitum serva tibi, thynnum *e* assum recentem, & thynnum in salsamento, mænas *f* recentes frixas, crustu-

a ὀξυλάπαθον *uno nomine dicitur. Est autem* λάπαθον *Latinis rumex, à vi exinaniendi* (ἐκ λαπάζειν) *quia foliorum decoctum alvum mollit.* ampfer. sawrampfer. *Est verò* ampfer *acerbus, austerus: unde Belgis* ampfer/ *&* amperlick *acerbè. austere, ex amaro vel* ἀμύσσω, *transfigo. Acerba enim linguam fodiunt.*

b *Solea hic est piscis,* σανδάλιον buglossus, *Plauto lingulaca à lingua forma, unde nobis dicitur* zung / *Belgis* tonghe. *Est affine genus passeri, quē nos à solea forma* schollen *dicimus. Ovid. in fragm halieut.*

.Fulgentes soleæ candore & concolor illis
Passer, & Adriaco mirandus litore rhombus.

c *ex luporum genere.* λύκιος (*vel* λύκειος) *est lupinus. Hadrianus* Junius *in nomenclatore sic vocat piscem, qui Belgis* snoeck / *Levinus Lemnius lucium fluviatilem.* snoecken *Flandris scindere, putare est* snoeyen/*à* schneiden. *Ita Anglis* pyke, *quod Belgis est hasta, lancea. Lupina piscis natura significatur.*

d *aliter* cephalus fluvialis *à capitis magnitudine. Gallis* munier *quasi molitor, quòd circa moletrinas versetur: item* vilain *i.e. turpis, ob victus spurcitiem. & nos vocare possumus* möller/ großkopf.

e thunnb / *Belg.* tonyne. *Rabbini vocant sciblutá à* schobét, *quæ est spathula textoris. inter cetaceorum genera thunni recensentur. à xiphiis gregatim cogūtur, ut oviū greges à lupis. Diversa autem sunt thunnorum nomina pro ætatis modo. Nam primò cordilla, deinde limaria, hinc pelamides, postremò, quum pedalem mensuram excesserunt, demum thunni dicuntur. Ducunt à* θύω, *i.e.* ὁρμῶ, *à celeri motu.* θύνος *Hes. est impetus.* θυννίδες *sunt frusta thynnorum in partes concisorum.*

f *Mana* μαινὶς *&* μαίνη. *vide Plin. l. 9. c. 25. Hieme*

crustulata *g* in quibus insunt mulli bar- ti *i*, murænæ *k* & truttæ *l*, multis condita aromatis, gobios *m* frixos, cammaros *n* &

candida, æstate nigriores sunt; inter muriatica commendatæ. Gaza halecem interpretatur. Hecatæ sacrificabantur, quæ μανίας causa putabatur. Gall. cagarel, *quód alvum citet, ut notat Hadr. Junius: nempe à κακᾶν.*

g *i.e. placenta, quæ medullæ parum habent; & ferè in crustam sunt coacta, è farina, saccharo seu melle; lacte; opere pistorio,* gebackens. *Horum pemmatiorum venditores dicuntur crustularii. ut sunt, quæ dicunt* gafra, *à gauffre Gallico,* wafel.

h *conjunges* mulli barbati, *quos Varro dicit, & nos* barben. *ut Ausonius barbos simpliciter. Græcis* τρίγλα, *quia ter anno fœtificat. Hujus jecur gulosis est in magnis deliciis. Interim est piscis castitatis, unde Philoxenus,* τρίγλη οὐκ ἐθέλει τὸ γέρων ἐπιήρανος εἶναι.

k *μύρος, σμύρος vel μύραινος est mas, μύραινα fœmina. aliter flota, πλωτή. Murænulā vocamus* neunauge, *q.* ἐννεόφθαλμον. *quasi nonocula, quia est valde oculata, etiam hic molitoribus Bremensib. quæstuosa præda. Latini* lampetram *à lambendis petris dicunt: Ausonius* mustelam *vide* Scalig. lect. in Auson. c. 1. Oppian. 1. halieut. & ibi Conr. Rittersh. Macrob. l. 3. Saturn. c. 15.

l *ex arte scribemus trocta, τρώκτης. Isidoro est varius: & nobis à varietate coloris (quia est maculosa; imprimis* salmonata truta, *tanquam salar, i.e. exiguus salo)* fôrn/forel. *Est autem τρώκτης q. vorator.*

m *κώβιος, Numen κῶθιος, unde nobis* got/*Belgis* govie. *Piscis in Venetorum (quibus est* go*) ichthyopoliis frequentissimus: ad voluptatem expetitur; utpote & concoctu facilis, & ori gratus, præsertim quum ovis turget.*

n *κάμμαρος gammarus est ut cancer. quo tempore crustam exuit, duos in capite albos rotundósq; lapillos gerit: præsentaneos renum calculis expellendis. Differt ab astaco: etsi confundantur. Nos vocamus communi nomine* seekrebs. *vide Matth. l. 2. in Diosc. c. 10.*

cancros *o* elixos. Admiſce ſcutellas cum intritis *p*, alliato,piperato,erucato. SIM. Ego verò de piſcibus loquar, non edam. CRI. Si philologus *q* cœperit de piſcibus movere controverſiam, hoc eſt, de re incertiſſima & controverſiſſima *r*: incipite nobis lectulos inſternere *s*: hîc erit cubandum. SC. Nemo dignatur vel guſtare. tolle hæc. SIM. Atqui convivia olim Romæ lautiſſima,& (ut ipſi ſoliti erant dicere) pollucibilia *t*, ex piſcibus conſtabant. CRI. Ita ſunt mutata tempora, etſi hoc etiamnum durat apud quoſdam. SC.

o *alii igitur ſunt cancri, alii gammari: etſi figura ſimillima.*

p *interpone parvas patinas cum embammatis. Gall.* les ſausſieres, de la ſauſſe. *ad verbum ſalſaria ſalſi,i.e. oxybapha embammatum.* ſauſſen *enim eſt ex Gallico ad Germanos translatum* l *eliſo. Nos vocamus* ſalſen. *intritum ſc.edulium,cibus qui infriatur,* βλῆμα. *Hic intinctus ſignificatur, ex allio,pipere,eruca, quæ eruca dicitur; quod vel libando linguam erodat: Græcis* εὔζωμον, *à ſua virtute in condiendis obſoniis. nobis* weiſzſänf.

q *variæ eruditionis magiſter, qui gaudet loqui de omnibus generis rebus.*

r *multa enim de eorum differentiis diſputant ſcriptores.* s *ut molliter quieſcentes auſcultare poſſimus vel interim dormiamus.*

t *pollucibile eſt opiparum.pollucibiliter,ut in ſacrificiis fiebat. pollucere enim eſt ſacrificale verbum:nempe libare. luculentè offerre,eo foco,ut porrò luceat.Hinc idem eſt atque lautè* (πολυτελῶς) *apparare. Inde polluctum eſt cœna opipara, ſplendida, qualis eſſe ſolet in votivis epulis,* θοίνη.

Importate *u* assa, pullos *x*, perdices *y*, turdos *z*, anaticulas *a*, querquedulas *b*, palumbos *c*, cuniculos *d*, lepusculos *e*, vitulinam & hœdinam *f*, & intinctus seu embammatas *g*; acetum, omphacium *h*, oxypora *i*, ma-

u *ferte intro. Sed loquitur tanquam de φέρετε & onere.*

x *sc. gallinarum. Alioqui generale nomen est ad teneros fœtus animalium significandos.*

y rábhüner/ *q. vitium gallinæ, ut* haselhüner *corylorum. In perdicum ingenio notantur duo, astutia & libido.*

z frametvögele/ *q. juniperi aves. Juniperus* frametbaum.

a *parvas anates*, *νῆττα, à νέω* no. anas & anser *ut nominibus, ita natura similes sunt.*

b *Querquedula est minor boscas.* truckentlin / *q.* quergentlin/*ut puto: nana anas. Varr. l. 3. de re rust. c. 5. inter ea, quæ aquam requirunt, nominat anseres, querquedulas, anates. Querquerus Latinis est frigidus, & hæc est ejus natura. Hadr. Junius dici vult, quòd querquero, hoc est gelido hibernóq; tempore maximè appareat.*

c *palumbus, palumba & palumbes, silvestris columba. πελειὰς est columbæ species, quam à livore liviam Gaza dixit, sicut πελὸς est lividus. nos dicimus* holtztaube/ *ab* holtz, *i.e. lignosa silva.*

d *cuniculi sunt animalia leporini generis, quæ velut cuneis findunt & suffodiunt terram. unde pro foramine subterraneo effosso cuniculus dicitur,*

e *teneriores lepores.* f *carnem.*

g *ἔμβαμμα intinctum, ab ἐμβάπτω.*

h *ὄμφαξ est uva immatura. inde ὀμφάκιον succus acerbæ uvæ.* Diosc. l. 5. 7. Plin. l. 12. c. 27. *& in problem. l. 23. agrest. & Belg.* verjus/*q. viride jus.*

i *ὀξύπορος, ον, adj. qui citò transit: cui opponitur βραδύπορος in rebus medicis. Dicitur de medicamentis & condi-*

* etiam Medica k, & cytronia l, & olivas Balearicas m conditivas, quassas, & in muria

condimentis; facile venas subeuntibus. ὀξὺ est hic acutum, celer, & περῶ transeo. ὀξὺ quoq; est acetum, quod in ὀξύγαρον, ὀξύγαλα, ὀξύβαφον. hic inter ea ponitur, quæ acuendo stomacho sunt, sive acida sive alius saporis. verti possit schnellwirckende salse. *Gallic. vertit* la sausse de vinaigre/sassen von weinessig.

* *mala propriè dicuntur, quæ tenui pediculo annectuntur.*

k *μηδικὰ μῆλα, à Medis dicta. unde illud,* Medica mala quidem nec mala nec medica.

Aliter Assyria vocantur. Hæc Latini citrea vel citromala vocant. Affinia iis sunt Limonia, sed hæc minora, cute minùs crassa, succo acidiore. Gall. Medica transtulit les oranges, *i.e. Aurantia, quæ vel ab aureo colore sic dicuntur, vel ab Arantio Achaiæ oppido. Sed Medica sunt oblonga, ovi forma: Aurantia autem globata.*

l *Cytronia. Sic habent omnes editiones. Sed citrea mala Latini dicunt. Gallis autem & nobis est* citrón. *Id verò hic est alienum quia jam dictum. Quare* Cydonia *legamus; quanquam ea cruda inter secundas menses vix locum habeant. Nomen autem esse putant à Sidonte Corinthi vico: aliis quòd lana (quam xylinam Galli* cotton *vocant) tegi videantur. Sed sunt, ut Serenus canit,*

— quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.

Cydon insigne est Cretæ oppidum. Lege Plin. l. 15. c. 11.

m *ex insulis Balearibus. Strabo lib. 3.* Insularum, quæ ante Hispaniam sunt sitæ Pityusas duas, & totidem Gymnasias Baleaidas appellant. *vide Plin. lib. 3. cap. 5.* Baleares, funda bellicosas *(quasi à βάλλειν vocatas) Græci Gymnesias dixere. Nunc altera Balearium Majorica, altera Minorica dicitur. Ab insulis illis gentilia sunt nomina Balearis & Balearicus.*

asservatas. DE. Non adsunt Bæticæ *n*. SC. Magis sunt saporis sciti Balearicæ. CR. Quid fiet grandibus illis belluis *o*, anseri *p*, cygno *q*, pavoni *r*? SC. Ostende tantùm *s*, & refer in culinam. POL. Hem pavonem! Ubi est Quintus Hortensius, cui erat in deliciis *t*? SI. Tolle agninam. SC. Cur tolletur? SI. Quia insalubris *u*. ferunt, eam non alia exire, quàm quà

n *è Batica, quæ est regio Hispaniæ, cui fluvius* Βαῖτις *nomen dedit, à quo Baeticolas Silius dicit. Regio aliter Turdetania: hodie Andaluzia à Vandalis olim occupatoribus dicitur. Hanc Bæticam olivifera coronâ redimitam dicit Martial. l.* 13.

o *quia magnæ sunt aves. Thrasonica loquutio, vult dicere,* ungehewre thiere.

p *nobis* gans *à* χαν *Doricè pro* χὴν. *aliquando* auca *dicitur; ut quidem Itali* occa, *Galli* oye, *Et Hebr. Rabb.* אוז *Gloss.* auca πῖλωὸν; *vel quasi avica, vel ab ὁ χαν.*

q *Latinis est olor, Germanis* schwahn.

r *nomen Latinum vulgò apud multos populos manet,* pfaw. *Dicitur autem pavo, & distinctio sexu pavus, pava.*

s *pompæ causâ ostentæ.* laß jhn nur sehen.

t *Plinius lib.* 10. *c.* 20. *scribit:* Pavonem cibi gratiâ primus occidit orator Hortẽsius aditiali cœna sacerdotii. *Varr. c.* 6. *l.* 3. *Ælian. lib.* 5. *c.* 5. *qui refert, Hortensium ob id in jus vocatum esse. Ita meritò arguuntur, quicunque tandem sint ostentatores, novitii reguli & sacrificuli, qui frugalitatis legib. sua luxuria obrogant.*

u *Caro agnæ lactentis noxia est pituitosis. Quum enim humida sit admodum, viscosos & tenaces in ventriculo humores gignit: præsertim frigido cœlo. at commendatur caro agni anniculi, quem* πεντλῶα *vocatum fuisse, docet Hesychius; cujusmodi erat agnus* pésach *i.e.* πρόβατας *vel* ὑπερ-

qua intrarit *x*. Cr. Vidi, quendam devorare ossa *y* olivarum struthionicè *z*. Sc. Ex quibus carnibus sunt artocreæ *a* istæ? Cr. Hæc

ὑπερβασίας, transitus. convenit calidis anni temporibus. imprimis iis, qui bilioso & adusto humore scatent.

x *per os, dum ob nauseam rejicitur, præsertim à phlegmaticis ventriculis.*

y Die stein / *id in quo nucleus est, πυρῆνας vocantur etiam simpliciter ossa: ut apud Suetoniū in Claudio c.* 8. olearum ac palmularum ossibus incessere. *oleæ os peculiariter samsam vel sansam quidam apud Columellam appellari volunt.* lib. 12. c. 49. & 50. *alii tamen olivæ carnem intelligunt.*

z *More struthionum. Intelligitur autem avis, quæ Græcis στρουθοκάμηλος, quasi passer ita grandis, ut camelus. vide* Plin l. 10. c. 1., *qui ait*, struthiocamelos altitudinem equitis insidentis equo excedere, celeritatem vincere, & concoquendi sine delectu devorata miram *ei esse* naturam, sed non minorem stoliditatem. *nempe (ut retineā verba C. Rittershusii in 1. lib. Salvian. de gubernat. Dei)* ut, si caput inter fruteta abdiderit, quamvis reliquo toto corpore prominente & intecto, persuadeat sibi se totum latere, nec á quoquam conspici, quoniam ipse nihil videat. an non simili stultitia laborant homines, qui se putant latere posse ullius secreti velamento ac patrocinio? *Oppian. lib. 3. Cyn. vocat.*

ἀμφίδυμον, μέγα θαῦμα, μιγ̃ στρουθοῖο κάμηλον.

Sed unde struthio? Hieronymus in cap. 13. Esaiæ vocat hanc avem struthionem; *unde auctor noster struthionicum formavit.*

a *Artocream fœminino genere dicit; quam Græci neutro τὸ ἀρτόκρεας ἀρτοκρέατος. caro est sub crustulato pane delicatiùs cocta. Persius sat. 5. usurpat.*

——— oleum artocreásque popello

Largior. *Dubium, utrùm ab artocrea an artocreas. sed*

hortensi *c*, & intubo *d*, vervecinam quoque & vitulinam. CR. Adde etjam in scutellis *e* paulum sinapis, aut petroselinati *. DE. Violenta res videtur sinapis *f*. CR. Non admodum congruit biliosis †: iis tamen, qui crassis &

c *non silvestris.*

d *vulgo endivia, voce exotica, ut videtur. Et Mauritanis est* endeba, הנדבא *Arabibus.* Hend *iidem vocant Indiam. Græcis σέρις: cujus diversa sunt genera. Hic intelligitur illud quod amplo foliosóque cæspite proveniens, foliis magnis sed ubiq; crenatis ac fimbriatis, caule cæteris minore, crassiore teneriore q; in acetariis expetitur, satum in hortis.*

e *scutella est vas rotundum concavum, nobis in Saxonia* schüttel, *quod alii, qui sibilos amant, mutarunt in* schüssel. *Dicitur etiam scutula. Diminutivum est à scutra; quæ vox legitur in Plaut. Pers. act. 1. 3.* Bene ut in scutris concaleant. *à similitudine scuti, ut videtur.*

f *Græcis est σίναπι. hinc sinapi neutrum, & elegantiùs sinápis fœmin. nobis* sänf. *Item* mustard, *voce Gallis, Italis & Anglis usitata. à musto & ardore. ardens enim est sinapis, unde Bohemis dicitur* horčice *ab* hořeti *ardere:* horauch / hořich *ardens, quæ vox assonat* erucæ. *Musto autem solebat præparari ad frangendam acrimoniam: quod adhuc fit Divione & Andii. Matthiol. in l. 2. Diosc. c. 148. ait: Ad calfaciendum, extenuandū, extrahendum efficax est. Ideoq; crassis cibis condimentum ex eo additur, intinctus, qui sinapismus dicitur. Sinapi sativum semine albo minúsq; acri, tritum & musto recenti commistum diutiùs ejus dulcedinem tuetur, atq; eam deficere prohibet, quòd ebullitionem reprimat. eáq; propter qui ex Tridentino agro in Germaniam mustum comportant, hoc sinapis genere cadis imposito dulcedinem musti conservant.* * *condimentum, seu embamma est ex petroselino. Dictum, ut* silatum.

& ..gidis humoribus redundant, haud inutilis. POL. Idcirco sapiunt *g* populi septentrionales, quibus illa est magno usui, præcipuè cibis crassis & duris addita, ut bubulæ & salsamentis *h*. SC. Hoc loco existimo pultes *i* & ptisanas *k* venturas in tempore, leucophagum,

Dicitur autem petroselinon, in petris seu saxis natum selinon. vide Plin. lib. 20. c. 12.

† *qui bile flava abundant.*

g *sapienter faciunt, consulunt in valetudinem suam.*

h *ut caveant scorbutum, frequentem sibi morbum: qui sic dicitur quasi ruptura ossium vel tibiarum.* schören *est rumpere*, butt *est os*, *Westphalis. Aliter* schörbein/ schörbuck, *quasi ruptura ventris, quòd totus venter & hypochondria quasi discindantur. Aliter* schörmund / *Holandis* blauscuit / *i.e.* blawsucht / *q livida lues. Gingipedium à gingivis & pedibus, corrupto sanguine infectis: Scelotyrbe, stomocace, stomocaxia, magni lienes, oscedo, melancholica cachexia, scirrhus splenis. Non est, ut quidam opinantur, icteritia nigra. Causa est humor melancholicus, ex prava & putri victus ratione. Signa sunt, spontanea lassitudo, oris & spiritus graveolentia, gingivarum laxus tumor, dentes vacillantes, crurum maculæ lividæ, lentigines. Absinthites, calamus aromaticus, raphanus marinus conducũt: salsa & muriatica sunt fugiẽda, salsi pisces & carnes mucidæ. Hæc ex medicis ineditis observationibus Baumanni, quem jam suprà laudavi, ob insignem in arte sua prudentiam & ingenuam pietatem ac eximiam doctrinam, etiam à morte celebrem.*

i *quas Græci* πόλτους *vocant; quia coquuntur* τῷ πολεῖν *i.e versando cocturam. Inde Plautus.* pultiphagum *dixit.*

k *Græci scribunt* πτισάνην. *Latini autẽ, ut ex Martial l.* 12. *constat,* ptisanam *dicunt prima correpta. & inde Hora-*

gum *l*, similaginem *m*, amylum *n*, oryzam *o*, vermicu-

Horatius lib. 2 *serm. sat.* 3. ptisanarium *pro vase in quo ptisana tunditur. Sed & Græci* πτισάνην *dicunt prima brevi; & Nicander* πτίσανον. *Est autem ptisana omne frumentaceum decorticatum* gôrte: *ab hordeo. Vide Plin. l.*18.*c.*7. *Quùm autem ptisana absolutè dicitur: hordeacea intelligitur,* geschelede gersten. *Belg.* gepellede gherste, *à* pellen *decorticare, deglubere, q. pellem detrahere, ꝙ Gall.* peler. *Hic autem est* orge monde, *hordeũ mundatum. Cæterùm cocta ptisana appellatur* πτισάνης χυλὸς ἢ ῥόφημα *ptisanæ cremor, sorbitio, jus, succus. jus decocti integri hordei, in aqua, tantisper dum coctione dissiliat, hordei cremorem Celsus vocat.*

l *leucophagum* λευκόφαγον *sonat, q. escam albam dicas, è farina scilicet & lacte. Sed à* φάγημα *hujus generis voces passivæ significationis non oriuntur.* προσφάγιον *est obsonium* Joh. 20. v. 5. *ita diceretur* λευκοφάγιον. *Gall. vertit* le blanc manger, weis essen. Hermolaus, *quod Petrus Motta annotat*, leucophæum jus dixit: si modò liber menda caret. *Est autem* λευκόφαιον *ex albo & fusco mistum.*

m *Ea est alba farina è tritico. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria seu cibarium, furfures. Similago est* σεμίδαλις. Plin. l. 18. c. 10.

n ἄμυλον *sub.* ἄλφιτον: *etsi ut substantivum usurpetur.* Ex omni tritico ac siligine *fit*, sed optimũ è trimestri. Inventio ejus Chio insulæ debetur: & hodie laudatissimum inde est appellatum, ab eo, quòd sine mola fiat. Proximum è trimestri quodam minimè põderoso tritico. Madescit dulci aqua ligneis vasis, ita ut integatur, quinquies in die mutata. Meliùs, si & noctu; ita ut misceatur pariter emollitum, priusquam acescat. Linteo aut sportis siccatum tegulæ infunditur, illitæ fermento, atque ita in sole densatur. *Ita Plinius lib.* 18. *c.* 7. *Galli dicunt* amydon: *unde officinæ amydum: sicut Bohemi* med *pro* mel. *d* & *l. interdum alternant. Nobis est* kraftmehl / steifmehl. o *suprà.*

vermiculos *p* : edat quisque ex quibus volet. De. Vidi, qui à vermiculis hujusmodi vehementer abhorreret, quòd autumaret collectos fuisse ex terra aut cœno, & vixisse aliquando. Cr. Scilicet metuebat, ne in aqualiculo *q* suo reviviscerent. Oryzam ferunt nasci in aqua, mori in vino *r*. Cedo igitur vinum. De. Ne bibe statim à cibo calido, intermisce priùs frigidi aliquid & solidi *s*. Cr. Quid ? De. Crustam panis aliquam, vel turundam *t* unam aut alteram carnium. Sim. Vah, pisces cum carni-

p *massulæ ex coagulata farina, instar vermiculorum. Gallus vertit* fideaux ou menue viande de paste. *id est, minutus cibus de massa, ut sunt parvæ* collyræ, lalangæ frixæ. *Suid. cui etiam* κολλύρια λαλάγγια.

q *aqualicus est alveus, in quem aqua sordida effunditur : ut is, ex quo porci sorbent : inde pro lato intestino quodam ponitur, ex quo farcimina fiunt. Hinc est aqualiculus,* säwtrog*: item ventris ea pars, in quam sordes confluunt, primùm in porco, deinde in homine, cujus venter porcino multúm est similis.*

r *nascitur humecto solo : mediocriter alit, sed alvum supprimit. In Italia quibusdam locis provenit, copiosissima in Ægypto & Syria. vox videtur Arabica. Nam* ארז *est oryza, &* אָרַז *constringi, solidari. ideoq; utiliter datur dysentericis, cœliacis, diarrhœa affectis. In vino mori oryza dicitur,* h. e, *si in vino ponatur, amittere vim, ut sata non surgat, suffocatâ vi prolificâ.*

s *ut cum iis cibis, in quibus concoctio plurimùm laborat, potus pòst affusus meliùs misceatur.*

† *Non bene junguntur cibi, qui multum differunt concoctionis & digestionis gradibus.*

t bröcklein / ψώμισμα, *offa: id propriè, quo trito seu detrito altilia saginantur : fartile.*

ucco lapathi *a* acuti, soleas *b* frixas, lucium *c* recentem & capitonem *d*: lucium salitum serva tibi, thynnum *e* assum recentem, & thynnum in salsamento, mænas *f* recentes frixas, crustu-

a ὀξυλάπαθον *uno nomine dicitur. Est autem* λάπαθον *Latinis rumex, à vi exinaniendi* (τῷ λαπάζειν) *quia foliorum decoctum alvum mollit.* ampfer. sawrampfer. *Est veró* ampfer *acerbus, austerus: unde Belgis* ampfer/ *&* amperlicx *acerbè. austere, ex amaro vel* ἀμπείρω, *transfigo. Acerba enim linguam fodiunt.*

b *Solea hic est piscis,* συνόδιον buglossus, *Plauto lingulaca à linguæ forma, unde · obis dicitur* zung / *Belgis* tonghe. *Est affine genus passeri, quē nos à soleæ forma* schollen *dicimus. Ovid. in fragm. halieut.*

Fulgentes soleæ candore & concolor illis
Passer, & Adriaco mirandus litore rhombus.

c *ex luporum genere.* λύκιος (*vel* λύκειος) *est lupinus. Hadrianus* Junius *in nomenclatore sic vocat piscem, qui Belgis* snoeck / *Levinus Lemnius lucium fluviatilem.* snoecken *Flandris scindere, putare est* snoeyen/*à* schneiden. *Ita Anglis* pyke, *quod Belgis est hasta, lancea. Lupina piscis natura significatur.*

d *aliter* cephalus fluvialis *à capitis magnitudine. Gallis* munier *quasi molitor, quòd circa moletrinas versetur: item* vilain *i.e. turpis, ob victus spurcitiem. & nos vocare possumus* möller/ großkopf.

e thunnb / *Belg.* tonyne. *Rabbini vocant scibbutá à* schobét, *quæ est spathula textoris. inter cetaceorum genera thunni recensentur. à xiphiis gregatim cogūtur, ut oviū greges à lupis. Diversa autem sunt thunnorum nomina pro ætatis modo. Nam primò cordillæ, deinde limariæ, hinc pelamides, postremò, quum pedalem mensuram excesserunt, demum thunni dicuntur. Ducunt à* θύω, *i.e.* ὁρμάω, *à celeri motu.* θύνος *Hes. est impetus.* θυννίδες *sunt frusta thynnorum in partes concisorum.*

f *Mana* μαινὶς *&* μαίνη. *vide Plin. l. 9. c. 25. Hieme*

crustulata *g* in quibus insunt mulli barbati *i*, murænæ *k* & truttæ *l*, multis condita aromatis, gobios *m* frixos, cammaros *n* &

candida, æstate nigriores sunt; inter muriatica commendata. Gaza halecem interpretatur. Hecatæ sacrificabantur, quæ μανίας *causa putabatur. Gall.* cagarel, *quód alvum citet, ut notat Hadr.* Junius: *nempe à* κακᾶν.

g *i.e. placentæ, quæ medullæ parum habent; & ferè in crustam sunt coactæ, è farina, saccharo seu melle; lacte; opere pistorio,* gebackens. *Horum pemmatiorum venditores dicuntur crustularii, ut sunt, quæ dicunt* gafra, *à gauffre Gallicó,* wafel.

h *conjunges* mulli barbati, *quos Varro dicit, & nos* barben, *ut Ausonius barbot simpliciter. Græcis* τρίγλα, *quia ter anno fœtificat. Hujus jecur gulosis est in magnis deliciis. Interim est piscis castitatis, unde Philoxenus,* τρίγλη οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι.

k μύρος, σμύρος *vel* μύραινος *est mas,* μύραινα *fœmina. aliter flota,* πλωτὴ. *Murænulā vocamus* neunauge, *q.* ἐννεόφθαλμον. *quasi nonocula, quia est valde oculata, etiam hîc molitoribus Bremensib. quæstuosa præda. Latini* lampetram *à lambendis petris dicunt: Ausonius* mustelam *vide* Scalig. lect. in Auson. c. 1. Oppian. 1. halieut. & ibi Conr. Rittersh. Macrob. l. 3. Saturn. c. 15.

l *ex arte scribemus trocta,* τρῶκται. *Isidoro est varius: & nobis à varietate coloris (quia est maculosa; imprimis* salmonata truta, *tanquam salar, i.e. exiguus salo)* vörn/vorel. *Est autem* τρώκτης *q. vorator.*

m κώβιος, *Numen* κῶθιος, *unde nobis* got/*Belgis* govie. *Piscis in Venetorum (quibus est* go) *ichthyopoliis frequentissimus: ad voluptatem expetitur; utpote & concoctu facilis, & ori gratus, præsertim quum ovis turget.*

n κάμμαρος *gammarus est ut cancer. quo tempore crustam exuit, duos in capite albos rotundósque lapillos gerit: præsentaneos renum calculis expellendis. Differt ab astaco: etsi confundantur. Nos vocamus communi nomine* seekrebs. *vide Matth. l. 2. in Diosc. c.* 10.

cancros *o* elixos. Admiſce ſcutellas cum intritis *p*, alliato, piperato, erucato. SIM. Ego verò de piſcibus loquar, non edam. CRI. Si philologus *q* cœperit de piſcibus movere controverſiam, hoc eſt, de re incertiſſima & controverſiſſima *r*: incipite nobis lectulos inſternere *s*: hîc erit cubandum. SC. Nemo dignatur vel guſtare. tolle hæc. SIM. Atqui convivia olim Romæ lautiſſima, & (ut ipſi ſoliti erant dicere) pollucibilia *t*, ex piſcibus conſtabant. CRI. Ita ſunt mutata tempora, etſi hoc etiamnum durat apud quoſdam. SC.

o *alii igitur ſunt cancri, alii gammari: etſi figura ſimillima.*

p *interpone parvas patinas cum embammatis. Gall.* les ſauſſieres, de la ſauſſe. *ad verbum ſalſaria ſalſi, i.e. oxybapha embammatum.* ſauſſen *enim eſt ex Gallico ad Germanos translatum* L *eliſo. Nos vocamus* ſalſen. *intritum ſc. edulium, cibus qui infriatur,* βλῆμα. *Hic intinctus ſignificatur, ex allio, pipere, eruca, quæ eruca dicitur, quod vel libando linguam erodat: Gratis* εὔζωμον, *à ſua virtute in condiendis obſoniis. nobis* weiſſſânf.

q *variæ eruditionis magiſter, qui gaudet loqui de omnibus generis rebus.*

r *multa enim de eorum differentiis diſputant ſcriptores.* s *ut molliter quieſcentes auſcultare poſſimus vel interim dormiamus.*

t *pollucibile eſt opiparum. pollucibiliter, ut in ſacrificiis fiebat. pollucere enim eſt ſacrificale verbum: nempe libare. luculentè offerre, eo foco, ut porrò luceat. Hinc idem eſt atque lautè* (πολυτελῶς) *apparare. Inde polluctum eſt cœna opipara, ſplendida, qualis eſſe ſolet in votivis epulis,* θοίνη.

Importate *u* assa, pullos *x*, perdices *y*, turdos *z*, anaticulas *a*, querquedulas *b*, palumbos *c*, cuniculos *d*, lepusculos *e*, vitulinam & hœdinam *f*, & intinctus seu embammatas *g*; acetum, omphacium *h*, oxypora *i*, ma-

u *ferte intro. Sed loquitur tanquam de φέρετω & onero.*

x *sc. gallinarum. Alioqui generale nomen est ad teneros fœtus animalium significandos.*

y räbhüner/ *q. vitium gallinæ, ut* haselhüner *corylorum. In perdicum ingenio notantur duo, astutia & libido.*

z krametvögele/ *q. juniperi aves. Juniperus* krametbaum.

a *parvas anates*, *νήττια, à νέω* no. anas *& anser ut nominibus, ita natura similes sunt.*

b *Querquedula est minor boscas.* kruckentlin / *q.* quergentlin/*ut puto: nana anas. Varr. l. 3. de re rust. c. 5. inter ea, quæ aquam requirunt, nominat anseres, querquedulas, anates. Querquerus Latinis est frigidus, & hac est ejus natura. Hadr. Junius dici vult, quòd querquero, hoc est gelido hibernóque tempore maximè appareat.*

c *palumbus, palumba & palumbes, silvestris columba. πελειὰς est columbæ species, quam à livore liviam Gaza dixit, sicut πελὸς est lividus. nos dicimus* holtztaube/ *ab* holtz, *i. e. lignosa silva.*

d *cuniculi sunt animalia leporini generis, quæ velut cuneis findunt & suffodiunt terram. unde pro foramine subterraneo effosso cuniculus dicitur,*

e *teneriores lepores.* f *carnem.*

g *ἔμβαμμα intinctum, ab ἐμβάπτω.*

h *ὄμφαξ est uva immatura. inde ὀμφάκιον succus acerbæ uvæ.* Diosc. l. 5. 7. Plin. l. 12. c. 27. *& in problem. l. 23. agrest. & Belg.* verjus/*q. viride jus.*

i *ὀξύπορος, ον, adj. qui citò transit: cui opponitur βραδύπορος in rebus medicis. Dicitur de medicamentis & condi-*

* etiam Medica *k*, & cytronia *l*, & olivas Balearicas *m* conditivas, quassas, & in muria

condimentis; facilè venas subeuntibus. ὀξὺ *est hîc acutum, celer, &* περῶ *transeo.* ὀξὺ *quoque est acetum, quod in* ὀξύγαρον, ὀξύγαλα, ὀξύβαφον. *hîc inter ea ponitur, quæ acuendo stomacho sunt, sive acida sive aliùs saporis. verti possit* schnellwirckende salse. *Gallic. vertit* la sausse de vinaigre/sassen von weinessig.

* *mala propriè dicuntur, quæ tenui pediculo annectuntur.*

k *μηδικὰ μῆλα. à Medis dicta. unde illud,*
Medica mala quidem nec mala nec medica.

Aliter Assyria vocantur. Hæc Latini citrea vel citromala vocant. Affinia iis sunt Limonia, sed hæc minora, cute minùs crassa, succo acidiore. Gall. Medica transtulit les oranges, *i.e. Aurantia, quæ vel ab aureo colore sic dicuntur, vel ab Arantio Achaiæ oppido. Sed Medica sunt oblonga, ovi forma: Aurantia autem globata.*

l *Cytronia. Sic habent omnes editiones. Sed citrea mala Latini dicunt. Gallis autem & nobis est* citrón. *Id verò hîc est alienum quia jam dictum. Quare* Cydonia *legamus; quanquam ea cruda inter secundas menses vix locum habeant. Nomen autem esse putant à Sidonte Corinthi vico: aliis quòd lana (quam xylinam Galli* cotton *vocant) tegi videantur. Sed sunt, ut Serenus canit,*

— quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.

Cydon insigne est Cretæ oppidum. Lege Plin. l. 15. c. 11.

m *ex insulis Balearibus. Strabo lib. 3.* Insularum, quæ ante Hispaniam sunt sitæ Pityusas duas, & totidem Gymnasias Balearidas appellant. *vide Plin. lib. 3. cap. 5.* Baleares, funda bellicosas *(quasi à βάλλειν vocatas) Græci Gymnesias dixere. Nunc altera Balearium Majorica, altera Minorica dicitur. Ab insulis illis gentilia sunt nomina Balearis & Balearicus.*

asservatas. DE. Non adsunt Bæticæ *n.* Sc. Magis sunt saporis sciti Balearicæ. CR. Quid fiet grandibus illis belluis *o*, anseri *p*, cygno *q*, pavoni *r*? Sc. Ostende tantùm *s*, & refer in culinam. POL. Hem pavonem! Ubi est Quintus Hortensius, cui erat in deliciis *t*? SI. Tolle agninam. Sc. Cur tolletur? SI. Quia insalubris *u*. ferunt, eam non alia exire, quàm quà

n *à Bætica, quæ est regio Hispaniæ, cui fluvius* βαῖτις *nomen dedit, à quo Bæticolas Silius dicit. Regio aliter Turdetania: hodie Andaluzia à Vandalis olim occupatoribus dicitur. Hanc Bæticam olivifera coronâ redimitam dicit Martial. l.* 13.

o *quia magnæ sunt aves. Thrasonica loquutio, vult dicere,* ungehewre thiere.

p *nobis* gans *à* χὰν *Doricè pro* χὴν. *aliquando* auca *dicitur; ut quidem Itali* occa; *Galli* oye, *Et Hebr. Rabb.* אַוָּז *Gloss.* auca πῆλωὸν; *vel quasi avica, vel ab ὁ* χὰν. -

q *Latinis est olor, Germanis* schwahn.

r *nomen Latinum vulgò apud multos populos manet,* pfaw. *Dicitur autem pavo, & distinctio sexu pavus, pava.*

s *pompæ causâ ostenta.* laß jhn nur sehen.

t *Plinius lib.* 10. *c.* 20 *scribit:* Pavonem cibi gratiâ primus occidit orator Hortēsius aditiali cœna sacerdotii. *Varr. c.* 6. *l.* 3. *Ælian. lib.* 5. *c.* 5. *qui refert, Hortensium ob id in jus vocatum esse. Ita meritò arguuntur, quicunque tandem sint ostentatores, novitii reguli & sacrificuli, qui frugalitatis legib. sua luxuria obrogant.*

u *Caro agnæ lactentis noxia est pituitosis. Quum enim humida sit admodum, viscosos & tenaces in ventriculo humores gignit: præsertim frigido cœlo. at commendatur carò agni anniculi, quem* πρητλῶα *vocatum fuisse, docet Hesychius; cujus modi erat agnus* pésach *i. e.* πρόβατος *vel* ὑπερ-

qua intrarit *x*. Cr. Vidi, quendam devorare ossa *y* olivarum struthionicè *z*. Sc. Ex quibus carnibus sunt artocreæ *a* istæ? Cr. Hæc

 est

ὑπερβασίας, transitus. convenit calidis anni temporibus. imprimis iis, qui bilioso & adusto humore scatent.

x *per os, dum ob nauseam rejicitur, præsertim à phlegmaticis ventriculus.*

y Die Stein / *id in quo nucleus est, πυρῆνας vocantur etiam simpliciter ossa: ut apud Suetoniū in Claudio c. 8.* olearum ac palmularum ossibus incessere. *oleæ os peculiariter samsam vel sansam quidam apud Columellam appellari volunt.* lib. 12. c. 49. & 50. *alii tamen olivæ carnem intelligunt.*

z *More struthionum. Intelligitur autem avis, quæ Græcis στρουθοκάμηλος, quasi passer ita grandis, ut camelus. vide* Plin. l. 10. c. 1., *qui ait*, struthiocamelos altitudinem equitis insidentis equo excedere, celeritatem vincere, & concoquendi sine delectu devorata miram *ei esse* naturam, sed non minorem stoliditatem. *nempe (ut retineā verba C. Rittershusii in 1. lib. Salvian. de gubernat. Dei)* ut, si caput inter fruteta abdiderit, quamvis reliquo toto corpore prominente & intecto, persuadeat sibi se totum latere, nec á quoquam conspici, quoniam ipse nihil videat. an non simili stultitia laborant homines, qui se putant latere posse ullius secreti velamento ac patrocinio? *Oppian. lib. 3. Cyn. vocat.*

ἀμφίδυμον, μέγα θαῦμα, μιγὲν στρουθοῖο κάμηλον.

Sed unde struthio? Hieronymus in cap. 13. Esaiæ vocat hanc avem struthionem; *unde auctor noster struthionicum formavit.*

a *Artocream fœminino genere dicit; quam Græci neutro τὸ ἀρτόκρεας ἀρτοκρέατος. caro est sub crustulato pane delicatiùs cocta. Persius sat. 5. usurpat.*

——— oleum artocreásque popello
Largior. *Dubium, utrùm ab artocrea an artocreas. sed hoc*

est ex cervina. Sc. Hæc est damica *b*, illa est, ut puto, aprugna *c*. Cr. Condituras *d* ipsas malim, quàm carnes. Si. Planè ita est. etiam res amaras condimentum reddit suavissimas. Cr. Ecquod est vitæ totius condimentum *e*. De. Æquus animus *f*. Cri. Aliud quiddam

hoc malim, retento Græco: sicut non putem licere ex παγκρέας facere Latinis pancrea. Junius in Nomencl. habet artocrea: *Cornelius Kilianus in dictionario* artocreas, acis, & artocreas æ, *& vertit minutal, panem dulciarium, crustulatum. nempe non semper integri armi &s, sed aliquado minutatim consecta caro in vasis æreis γεγανωμένοις coquitur. panem tamen dulciarium aliò referamus. Nos vocamus* pasteten/ *Belg.* pasteie/ *ex Gallico* pastè, *à* paste *id est, massa. πασὸν Græcis est conspersum. Dicitur massa farinacea* pastè *ab una parte, quæ instar cistæ includit carnes.*

b *Ex dama vox insolentiùs facta: præsertim Græco flexu ex purè Latina. præstat talia circumscribere. Intelligit a.* δορκάδεια κρέα, *dorcadis seu capræ silvestris.* Damhirsch *Gallis mutato m in n* Dain; *& Belgis* Daynken: *ut Bohemis Nicolaus est* Mikuláß.

c *Ex apro. Analogicè debet dici aprina ut caprina. Sed aprugnum lubuit veteribus dicere. Plin lib. 8. c 51. lumbum aprugnum & Lampridius sumen aprugnum in Heliog. callum aprugnum Plaut pæn. 3. 2. Aprugna in veterum conviviis preciosa erat. Hieron Mercur. var. lect. l. 2. 22.*

d *Loquitur ut saturi solent; qui distento stomacho relinquunt* ἰδιόσμαχα, *& carpunt sola* ἡδύσματα.

e *Bonum factum; quòd tandem à deliciis corporis ad informationem animæ progreditur.*

f *Velut in æquilibritate positus, ut affectibus suis non inclinetur, quò non decet.* ein ebenes unverrücktes gemüht / das gleichsam in seinem gewichte recht steht. *Eum autem oportet esse non sufficacem et tolerantem, & interpretari omnia in bonam partem, quo ad ejus fieri potest:*

uno

ego proferam, amplius & augustius. DE. Quid tandem, hoc meo? CR. Pietas *g*, sub qua & animi æquitas comprehenditur, & ad res universas, asperas, faciles, medias, condimentum aptissimum & jucundissimum. SCO. Infunde vinum album Hispanicum in carchesium *h* illud, & circumfer per convivas. DEM. Quid paras agere? sub prandii finem propinas nobis vinum forte ac generosum: dilutius erit posthac bibendum, si consultum cupimus valetudini. SI. Rectè mihi videris admonere. frigida enim oportet esse in convivio postrema, quæ pondere suo cibos ad imum ventriculum detrudant, & vapores caput impeten-

 tes

uno verbo & æquanimitas dicitur; quum moderatè nos gerimus, & sortem divinitus impositam ferimus, non μεμψίμοιροι, non proclives in querimonias. Cat.

Divitiæ grandes homini sunt vivere parcè
Æquo animo.

Huic opponitur iniquus animus. Cic. de senect. Sapientissimus quisque animo æquissimo moritur: stultissimus iniquissimo.

g *Respicit ad illud apostoli* 1 Tim. 6. 6. *ubi magnus quæstus dicitur εὐσέβεια μετ᾽ αὐταρκείας, quod possis vertere, pietas cum æquanimitate; quum quis sorte sua contentus est. Pietas autem est, quæ nos in paterna Dei providentia docet acquiescere.*

h καρχήσιον. *Callixenus apud Athenæum describit, & inde Macrobius, dicens:* carchesium est poculum procerum & circa mediam partem compressum, mediocriter (ἐπιεικῶς) ansatum, ansis à summo ad imum pertingentibus. ein hoher krueg / kopf. *Dici volunt q. κεγχρίον, quòd in superficie densas habeat asperitates milio (κέγχρῳ) similes.*

tes cohibeant. Sc. Tolle ista, muta orbes & quadras *k*, da secundam mensam *l*. nam nemo extendit usquam manum. Cr. Adeò voravi initiò avidè, ut statim amiserim appetitum *m*. De. Ego item non appetitione, sed impetu feror ad primas dapes: inde me expleo. Pol. Nescio, quid edi de piscibus. id gustum meum prorsus retudit. Si. Tantúmne bellariorum *n* apparatum & cupedines, quum nihil supereſt ampliùs cupediæ *o*! pira, mala, caseus multiplex, sed palato meo congruentissimus est

i *ut omnes accipiant τὸ περιφερόμενον.*

k *orbes dicit rotundas laminas, in quibus cibos incidimus vel taliamus; unde nobis* teller / *Sax.* tellŏr / *Gall.* tailloir: *ex θαλλία. vide* Plin. l. 17. c. 14. *Quadra autem rotunda sunt incisoria, ut ita loquar cum Venetis, quibus* incisoio rondo; *ut Hadrian. Junius annotat.*

l *secunda mensa; usitatiùs pluraliter, ut δεύτεραι τράπεζαι. τράπεζα tamen etiam mensas secundas significat: ita dictas, quòd post epulas primas dentur. Quum enim secundæ mensæ eduntur, dicitur ἐπιδορπισμὸς &c. Mensa autem hic pro epulis metonymice dicitur.*

m *amittere appetitum videtur coquinariæ Latinitatis esse Latinius saltem dicemus* appetitum nostrum seditum, *vel* appetentiam pulsam esse. *Gell. lib. 16. c. 3. ait,* ægro *cuidam* post imperatam tridui inediam, appetitionem edendi elanguisse. *Potiùs tamen more veteri* amittere *dixit pro à se dimittere.*

n *bellaria, q. bella, i. e. jucunda* λίχνευμα δείπνου τραγήματα; *quæ Clemens Alex.* παραψωνήματα *vocat; quia sic obsoniis adduntur, ut obsonia (seu ἐπιφορήματα) pani.*

o *cupediæ, i. e. appetentiæ. Quæsita est subtilitas in vocum* παραχρῆσει. *cupedines pro scitamentis, cupediam autem*

est hippax *p*. CRI. Non reor hippacem esse hunc, sed Phrygium *q*, ex lacte asini *s*, qualis è Sicilia usque advehitur, columellari forma *t*, & quadra *u*: qui quũ frangitur, in laminulas *x* finditur, sive philyras *y*. DEM. Caseus hic, etsi Britannicus †, fistulosus *z* est. non erit, mea utique sententia, vobis gratus. CR. Sed neque hic spongiosus *a* Hollandicus *b*. Parmensis *c* hic est bene compactus, & satis (ut videtur

tem pro edendi cupiditate dicit, etiamsi cupedia lautiorem cibum significet. inde cupedius, fastidiosus, κνιπὸς *qui electilia edit, friando, unde Gall.* friand. *nos* lecker/ *vocamus à lingendo*, λίχνος.

p *hippax, Græcis dicitur* ἱππάκης ὁ, *& frequentiùs* ἱππάκη. *caseus ex equino lacte. Plin.l.*28. *cap.*9. & 14. *Diosc.lib.*2.65. *ubi tamen monet, alios* hippacen equinum coagulum *vocare*.

q *Phrygia, Asia regio. Arist.lib.*3 *hist.anim.cap.*20. Equinum & asininum *lac* miscetur *in Phrygium caseum*.

s *Insula Italiam contra.*

t κιονοειδὴς: *si teres; quales quidam Bohemici, in sacculo lineo, q.caliga, formati.* u *i.e. quadratâ.*

x *quasi tabellas tenues.*

y *segmenta quasi folia.*

† *Anglicanus.*

z *q oculatus, pumicosus, non densus*, ἀραιὸς: *ut fistula est perforata.*

a σπογγώδης *rarus*, *vacuis locis interceptus*, *ut spongia*.

b *ubi exoticus ille caseus est, et rarior, vocatur* texelkäse/ *quasi* texelkäse; *à pago Hollandiæ, qui Tecelia vel Tessalia; quòd inde allatus primùm fuerit, & ibi præstantior foret.*

c *Parma est urbs Galliæ togatæ (quæ Italiæ nũc annumeratur)*

tur) recens: & ille Penafellius *d* facilè cum Parmensi certarit. D R. Non est Parmensis, sed Placentinus. C R. Etiam, si placet: vulgo Germanorum suavissimus est caseus vetus, putris, confriatus, & vermiculosus *e*. SIM. Qui talem edit caseum; sitim venatur; & edit, ut bibat. S C. Pistor dulciarius † nimiùm moratur. quin affert scriblitas *f*, & artolagana.

ratur) inter Placentiam & Cremonam. Plin lib.3.15. *nos dicimus* Parmesan / *quia Gallis* Parmesan *est Parmensis.*

d *Penafellium urbs Hispaniæ est*, Penfell.

e *Vivus factus, imprimis ius vermiculus, qui sunt ut acari*, milwen/wie siren/ *quos* cirons *Galli vocant, quia* χεῖρας *pererrant cum pruriginoso affectu. Arist. l.5.32.*

† *qui dulcia è farina, melle aut farina coquunt.*

f *scribilita.* *Vox legitur in prol. Pœnul. Plautino.*
Dum scriblitæ æstuant, occurrite. *Mart. lib.3. epigr.17.*

Circumlata diu mensis scriblita secundis
Urebat nimio sæva calore manus.

*Turneb. lib.23. cap.*10. ex eo *inquit*, fortè sic appellata est. quòd, qui eam fingit, tanquam scribit: aut quòd esset notis quibusdam signata & tanquam scripta videretur. *est Vinis quasi Græcus, ut* σκριβλίτης. *etsi vox sit Latinæ originis Illud leges apud Casaubonum in Athen. l.*14.c 15. *Scribello igitur fuerit mater vocis. Hadrianus* Junius *tamen movet dubium, an non potiùs legendum sit* streblita. *Ita esset* ἄρτος στρεβλίτης *panis* στρεβλὸς, *tortus Et Gallis* tartre *scriblita dicitur quasi torta: voce ad nos etiam delata. Ita* στρεπτοὶ & στρέμματα *sunt operis pistorii nomina: ut Latinis* spira *Cat. c.77.* streublin/ *ita nos dicimus* kringel/ *à* kring/ *i.e.* ring/ *orbis*, bretzel/. *Belg* bryseling/ *à* brijsen (*Gallis* briser) *frangere:* krollkoken/ krollkuchen *à* krollen / *id est, crispare, intorquere.*

Cate-

g ...uacia *h*, & sartaginea *i*, conspersione in cacabum *k* injecta olei ferventis, melle superfuso. CR. Caryotas *l* da mihi aliquot, & ad edendum, & ad servandum. fortasse nocte hac nihil edam aliud *m*. Sc. Cape igitur spathalium *n* hoc integrum. vin' ex malogranatis *o*? Pol. Heus puer, spolia *p* nobis hanc palmam.

Cæterùm illæ confectiones & paratus, sicut & alia, multùm innovantur ferè quotidie; veterum tamen servatis nominibus, analogiæ, alicujus argumento.

g *panis delicatus.* λάγανον *placenta è melle recente & simila. quia* λαγαρὸν, *i.e. gracile, non spissum. Græcis* δὲ ὁ λάγανον τὸ, *Ciceroni artalaganus.*

h *testuacea in testo cocta*, χελιδανωτά.

i *in sartagine cocta*, τηγανιστά. *Talia scilicet, imitatione Græcorum, facimus.*

k *ollam, lebetem*, Diegel/Degel/ *quod à* τήκω *ductum videtur, id est, liquefacio*, τήγανον.

l *palmulas caryotas dixit* Varr de re rust. l. 2. c. 2. *Est palmæ fructus, cibi & succi uberrimi*, Datteltern. *vide* Plin. senior. lib. 13. c. 4. & Junior. epist. 8. libr. 1. Martial. l. 13. Diosc. l. 1. c 125. Statius 1. silv. *caryotidas dixit. Origo est Græca* καρυωτὸς *est q. nucatus* (*à* κάρυον *nux*) *adjectivè, sed ferè substantivè Latini caryotam dicunt.*

m *et quasi saburrato opus sit. Sic loquitur non ventriosus homo, sed planè venter.*

n σπαθάλιον, *ramus palmæ, palmes. à* σπάθη, *spatha. item id, ex quo dactyli pendent Plin l.* 16. *c.* 26. Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem. & c. 4. 13.

o *malis Punicis, quæ granis id est acinis plena. Mala granata divisim rectiùs. & nos* granatöpfel *quasi* körner-öpfel. *Inde Hispaniæ pars Granata dicta est.*

p *distringe*, streife ab.

palmam agrestem q, & da, quod est eiui r Sco. Potionis vos admoneo: scitis Aristotelis s esse opinionem, tragemata esse inventa, ut ea nos ad bibendum invitent, ne cibus in arido coquatur. CRI. Oportet ergo inventorem fuisse vel nautam, vel piscem, qui adeò timeret ariditatem. Sc. Affer ea, quæ solent vocari sigillũ stomachi, post quæ nihil est nec edendũ nec bibendũ: buccellatũ, cydoniatũ x, coriandrum y saccharo z contectum: hoc verò

q *silvestrem. Tamar Indi sunt dactyli Indici, fructus palmæ silvestris Indicæ, dactyli acidi, palmulæ puniceæ vel nigra.* תָּמָר *Hebr. est palma.*

r *ἐδώδιμον, vescum, esculentum.*

s *in problem,* sect. 21.6.

t *τράγημα idem quod τρωγάλιον, quod in secunda mẽsa apponi solet ad arrodendum potiús quàm edendum. τρώγω tero, rodo.*

u *buccellatum Marcell. lib. 17.* zweibarck / *quia ob usus diuturnitatem recoquitur. ideóque nec est grandis, sed qui velut buccellam impleat. nam globosus parvus panis (quem* bolle *vocant quidam) ut percoquatur, ubi semel coctus fuerit, dissecatur, ut velut torreatur, Ideò bis coctum dicimus, κρικελλοειδὲς ψωμίον. q. bucellã in circuli forma.*

x quittenfleisch / quittenlatwerge: *spissamenta ex decocto Cydoniorum succo. contra biliosas vomitiones & dysenteriam commendatur.*

y *κόριον vel κορίαννον à cimicis (qui κόρεις) pravo odore. immoderatè sumtũ nocet. at moderatus usus ventriculum roborat, atque ita concoctiones adjuvat, excrementosa pellit, cor exhilarat, intellectum acuit spiritus claros reddit & vivificat. Matth. in 3. Diosc. c. 57.*

z *σάκχαρον nos dicimus* zucker. *vox est Arabica*

סֻכַּר

rò manducandum eſt, non edendum: ſed, quod ex manſo reliquum eſt aridum, exſpuendum. Collige fruſta & reliquias in caniſtris *a*: affer aquas odoriferas, roſaceam, flores mali Medici *b*, moſchatam *c*. POL. Agamus

סכר, *quæ eſt etiam inebriari. ſicut* ſicera *potus inebrians eſt à* ſchackár *inebriari. Hebr.*

Ex arundinum autem ſaccharo homines ebrios fieri docet Strabo. qui nempe, ut Lucan. l. 3. ait:

——— bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.

μέλι σάκχαρι, μέλι καλάμινον *etiam dicitur.*

a *Caniſtra ſunt propriè, quæ ex fisſis cannis contexuntur; deinde quibuslibet viminibus &c.* Sic κάνιον, κάναστρον *&* κάνυστρον, *à* κάνη, *canna.*

b *meliùs mali Medicæ legamus. Nam arboris ſunt flores. in lemmate cap. 19. lib. 13.* flos mali Punici *dicitur, nempe ex quo malum punicum naſcitur. lib. 23. cap. 6. ubi Dal. ex Gal. lib. 6. ſimpl.* Cytinus flos eſt mali Punicæ ſativæ. *Cytinus tamen etiam de aliis floribus malorum. Citrea verò arbor flores edit puniceos, ſolidos, calathi effigie, capillamentis quibusdam è medio emergentibus, omnibus horis pomifera eſt. Dioſc. l. 1. 131. & ibi Matth. Interdum floribus peculiare nomen eſt, ut balauſtium & cytinus in Punicis. Quia autem de aquis agitur, veram lectionem reſtitue*, floris mali Medicæ. *Et ſic editio Genevenſis*, floris mali medici. *Gallus tamen vertit* de fleur d'oranges, *i. e. de flore Aurantiorum. Sed Medica ſunt citrea*, citrons.

c *Moſchus*, μόσχος, *præſtantisſimi odoris genus: de quo Aëtius lib. de alim. facult. aut Simeon Sethus, & Serapio. Val. Schmidl. ex Arabica geograph. docet, in montibus regionis Bachun in India eſſe beſtiam, ſimilem damæ; cui ad guttur ſanguis concreſcat in tumorem, quem æſtuoſo cœlo fricet, quum inter arbores vagatur: indéq; exire coagula-

III. Gratiarum actio. mus Christo gratias. Pu. Agimus tibi gratias, Pater, qui tam multa ad hominum usus condidisti: annue, ut tuo favore ad cœnam illam† veniamus tuæ beatitudinis. Pol. Agamus nunc Domino gratias. Cr. Age tu. Pol. Imò agat Democritus, qui in hisce rebus multùm valet. De. Gratias tibi non possum agere pro merito, hoc statu reipub. vides enim, omnia à Baccho *d* perturbata: sed recitabo, quas Dionysio *e* egit Diogenes. nam mandavi memoriæ: tu labenti memoriæ, & linguæ titubanti, in tanta eluvione *f*, habebis veniam. Sc. Dic, quicquid libuerit, scribetur in vino *g*. De. Defatigasti teipsum, Scopa, uxorem, famulos, famulas, vicinos, coquos, ut nos magis com-

gulatum. Nos vocamus bisem *voce planè Syriaca. Nam* בֶּסֶם besam *est odoramentū*, balsim *dulce, suave. Aqua moschata igitur est moschi odore infecta. Tumbascinus moschus Sinico præfertur. Excalfacit & siccat: cor frigidum ac tremulum roborat & omnibus ipsius affectibus opem præstat potus atq; illitus: cerebrum exsiccat & diuturnum capitis dolorem mulcet, si tamen è pituita abundantia proveniat. Matthiol. in Diosc. l 1. c. 20* †*Apoc. 19. 9.*

d *i. e. luxuria vinosa, crapula & ebrietate. Bacchus enim consitor uvæ & vini deus fingitur.*

e *vide Diog. Laërtium l. 6.*

f *ubi tot epulas eluimus. Eluere,* durch die gurgel jagen, *de decoctoribus dicitur: sicut exungere,* aufschmieren. *Itaq; eluvio hic est pro heluatione: vel exspiratione halituum, qui linguam sufflaminant.*

g *i. e, non curabitur. Proverbium est, in aqua vel vino scribere; quo significamus inanem operam. nam in liquore neq; formari neq; hærere literæ queunt.*

comedendo & bibendo delassares. Socrates *h* sapienter, qui in mercatum celeberrimum ingressus exclamavit: O dii immortales, quàm multis ego non indigeo! tu contrà posses dicere: Hæc omnia quotula portio sunt eorum, quibus ego indigeo? Naturæ placent modica, & illis ea sustentatur ac fulcitur: hæc tam multa, tam varia, obruunt naturam. Meritò Plinius *i*: Varietas ciborum homini pestilens, pestilentior condimentorum: referimus hinc domum gravata corpora: referimus animos obrutos ac demersos cibis & potionibus, ut nullo hominis officio rite possimus fungi. Tu ipse judicato, ecquam tibi gratiam debemus. Scop. Hæccine est gratia, quam habetis? sic rependitis *k* prandium tam opiparum? Pol. Ita planè. Quod n. majus beneficium, quàm ut fias sapientior? Tu nos domum remittis planè bruta *l*: nos te domi tuę volumus hominē *m* relinquere;

h *Vide de eo Diogen. Laërt. libro 2. Socrat. lib. 11. natur. hist. cap. 53.* Homini cibus utilissimus simplex: acervatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria, nimia & avidè hausta; & æstate quàm in hieme difficiliùs & in senecta quàm in juventa. *De veterum frugalitate contra nostram luxuriam multa habet* lib. 19. 1. 4. & 28. 5.

k i. e. *compensatis*, vergeltet / *ἀντιποιεῖτε, ἀντιμετρεῖτε, ἀντισταθμίζετε.*

l *Nam ebrietas ex homine feram facit; ovem stupidam, leonem iracundum, sæpe homicidam, porcum sordidum, hirundinem garrulam &c.*

m i. e.

quere; ut ſcias conſulere tuæ ac alienæ valetudini, & ſecundùm naturæ deſideria vivere, nō juxta corruptas ab ſtultitia opiniones. Vale & ſape *n*.

m i. e. *rationis compotem, cui mens conſtet. unde apud Germanos mens homini nomen dediſſe videtur.*

n *Sapuerat palato: nunc animo jubetur. illud enim etiam beſtiarum, hoc ſolius eſt hominis.*

SENTENTIÆ.

1. *In mutuo dando prudentia opus eſt; non tamen eò uſque curioſa, ut charitatem exſtinguat, quam homines hominibus, & imprimis fratres fratribus Chriſtianis debemus.*

2. *Improbum eſt, ut frequens, quos indigentes adjuvamus, eos malam nobis gratiam reponere, adeóque in multas nos moleſtias conjicere. quæ ut nobis minuantur, illam mundi vanitatem agnoſcamus, negligamúsque; & , quos non quimus emendare, ſuos ſinamus eſſe.*

3. *Belli homines non ſunt omnes, qui dicuntur: ſæpe minimè omnium.*

4. *Liberalitas Dei benigniſſima eſt in procuranda alimentorum innumerabili diverſitate: ſed intemperantia noſtra & illam minuit & uſum nobis horum ſubinde noxium facit.*

5. *Sub ruſticanæ ſimplicitatis ſpecie ſæpe latet improba verſutia & veteratoria iniquitas, intenta aliis ſubvertendis.*

6. *Scelerata indolis eſt non facere malè, niſi, quum neſcis, quomodo poſſis.*

7. *Homi-*

7. *Homines carnales velociter, sed non feliciter de rebus judicant: & Dei quoq; constitutiones pravis suis interpretationibus corrumpunt. quorum nos aequum est fugere temeritatem & in optimis legibus calumniandis nequitiam.*

8. *Quae in verbo Dei uspiam videntur absque ratione poni : sensus tamen habent altissimos. quippe, quod in Deo stultum putat ratio, sapientius est, quàm sunt homines ipsi, quanti sint cunque.*

9. *Quum de rebus naturalibus sint variae & inexplicabiles doctorum controversiae : est, cur gaudeamus, primò, in scriptura de salute nostra tam plana esse divinae voluntatis documenta: & deinde, in natura tam obvii usus esse ea, quae sunt ad hanc vitam degendam & tuendam necessaria ; modò nostra agamus & aliena missa faciamus.*

10. *Stupenda est in disparandis bonorum varietatibus Dei providentia. Desunt alibi, quae alibi abundè suppetunt: tamen omnibus mundi incolis satis est prospectum, si tantùm naturam per industriam velint excolere. Ideo dici solet,* ein land sei nicht zweier heller besser / dann das ander / *i.e. praestantiores terras dioboli precio non supergredi alias, quae viliores & propè damnatae maciei videantur.*

11. *Non idem est salubre & sapidum.*

12. *Corpus non spernit sapiens: sed neque curat impensiùs, cum aliqua animi incuria.*

13. Somnus humana necessitati & infirmitati datus est: sed intempestivus & immoderatus est ordinis in natura fixi perturbatio. Plin. lib. 11. c. 53. Somno concoquere corpulentiæ, quàm firmitati utilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. pervigilio quidem vincuntur cibi.

14. Multas veterum artes delet præsentis seculi socordia: multas nova industria, etiam verò curiositas, invenit.

15. Parvo fames, magno constat fastidium.

16. Prudentia est, suis singula temporibus opportunè administrare.

17. Ut ingenia, sic palata hominum sunt diversa.

18. Nihil tam est excellens in reb. humanis, quod neglectum non vitietur.

19. Multa incommoda ex eo accipiunt homines, quòd propriè dicta intelligunt tanquam figuris sint modificata; & contrà. Quare in sermone exerceat se assiduè: qui in rebus ipsis scitè dijudicandis nolit circumveniri.

20. Puerile est in re plana ambiguitates consectari. & cavillationes, ut irriti acuminis ludicra, fugitare est cordati.

21. Ritus divinos aliorsum non decet transferre, quàm sunt instituti.

22. Cavenda est omnis levitas, per quam suspectari possimus, tanquam minùs religiosè de religiosis statutis sentientes.

23. Nun-

23. *Nunquam ita laxandus est in joca animus, quin seria cogitemus, & imprimis Dei offensionem caveamus.*

24. *Prædicanda est paterna cura Dei, quòd magnis etiam & gentilibus morbis facilia remedia opposuit: modò eis utamur cum perpetuo temperantiæ exercitio. Ita quas regiones stomacace aut scorpii ictus infestant, facilem inveniunt medelam, si modò tempori adhibeatur.*

25. *Vitia artificum non sunt ipsis imputanda artibus. interim artificum nomine se indignos gerunt, qui in causa sunt, ut propter ipsos bonæ artes malè audiant.*

26. *Publicò digni sunt odio, qui publicas & bonas constitutiones sumtuosi & noxii exempli novitate subvertunt.*

27. *Nihil est inter commoda naturæ hujus corporeæ, in quo non sit admistum aliquod incommodum. Quam ob causam socias in usu res Deus, omnium conditor & dispositor, esse voluit, ut opifero suo & modicamentoso concursu aliæ aliarum bonitatem acuant et contrà aliarum damna aliæ obtundant.*

28. *Mira est dispositio Dei, qui numero, mensura & pondere omnia ordinavit; adeò, ut pauca multis, magna parvis & gravia levibus quadrent; & ipsa quoque acerbitas interpellatâ suavitatem faciat gratiorem.*

29. *Æquitas animi & pietas sunt longè maximè divitiæ.*

30. *Pessimus est cibi & potionis abusus, si ad appetentiam augendam referre velis, quod ad eam sedandam est institutum.*

31. *Indigni sint ut vivant, quorum non est alia cura, quàm ut corpori vivant.*

32. *Orationis & gratiarum actionis erga Deum/ inter nullas neque occupationes neq; oblectationes nostras/ fas est oblivisci.*

33. *Funestus est status reipub., quàm luxuria invasit; via scilicet ad interitum.*

34. *Quantum supervacua cura corpori impenditur: tantum animi robur minuitur.*

35. *Vinũ vincit stultos: viri sapientes vinuũ.*

36. Vino modico nervi juvantur, copiosiore læduntur: sic & oculi. stomachus recreatur, appetentia ciborum invitatur: tristitia & cura hebetatur. *Plin. l 23.1.*

37. *Divites solent more suo negligere, quæ pauperes, etsi sapientes, dicunt.*

38. *Rarò in rebus secundis moderationem servant homines: adeò, ut etiam vile & putidum Dinacium paulò faventiore aurà inflatum dicat:* Sed tandem, opinor, æquius est herum mihi esse supplicem, Atque oratores mittere, donáque ex auro & quadrigas, Quî vehar. nam pedibus ire non queo. Ad me iri & supplicari egomet mihi censeo æquum. Secundas fortunas decent superbiæ. *Plaut. in Stich. 2.2, Sed lætas superbias sequuntur tristes inferiæ.*

39. *Qui simplicissimè vivunt, iidem et suavissimè et tutissimè.*

40. *Quæ*

40. *Quæ maxima sua beneficia homines esse volunt sæpe ne beneficia quidem sunt, haud raro etiam maleficia.*

41. *Non contemnenda, imò etiam luculenta gratia est, si cui pro corporali bono utilem admonitionem reponamus, quâ sapientior aut probior evadet. Sed hanc convivator Scopas parvi facit adeoq; ridet.*

42. *Honos inebriandi est incantamentum obbrutescendi.*

43. *Verè officiosus est, qui & suæ & alienæ valetudini consulit.*

44. *Naturam violare turpe est ei, qui tendit supra naturam: quum etiam sævissima ferarũ per naturam sciant, quæ ipsis sint fugienda & verò ea studiosè fugiant. utinam igitur homines ferino saltem more vivant in nonnullis, ut in cibis, potu, somno capiendo!*

45. *Opinio vim facit veritati.*

46. *Vivere est sapere & bene agere. Mortui igitur sunt stulti & improbi.*

DIALOGUS XIIX.
Ebrietas.

¶ I. *Agitur de pridianæ convivationis eventu, atq; ea occasione gastrimargia cum liberalibus studiis iniquè, ut fert mos stultorum, comparatur.* II. *præteritum convivium narratur* III. *contra ebrietatem seriò & fructuosè disseritur.*

Asotus, Tricongius, Abstemius, Glaucia. *

I. *Narratio evētorū pridianæ convivationis.*

ASOTUS. Quid tu dicis, Tricongi? quàm lautè nos heri accepit Brabántus ille? TR. Malè

* *Nomina hujus dialogi partim ex grammatica, partim ex historica philologia petuntur. Duo congerrones priores sunt de schola intemperantiæ, alteri temperantiæ.* "Ἄσωτος vel ἄσωστος *est, qui* σώζεται, *servari non potest,* dem we der zu rahten noch zu helffen ist. *sicut apud Terentium Ad.4.7. Demea de causa filii ait:* Domus sumtuosa, adolescens luxu perditus, senex delirans. Ipsa, si cupiat Salus, servare prorsus non potest hanc familiam. *Est igitur asotus, nequam, neque rei neq; frugi bona. Gell. l.7.c.11.* ἀσώτιον *vel* ἀσωτεῖον *est ganea. Tricongius est qui tres congios educere potest. Plin.lib.15.c.22. quod est* de ebrietate vitanda, *tradit Novellium Torquatum Mediolanensem tribus congiis epotis uno impetu (id est* ἀμυστὶ*) Tricongii cognomen accepisse. Tres congii faciunt libras* XXX. *Nam hemina pendet libram, sextarius 2, congius 10, urna 40, amphora 80, culeus quatuor amphoras. Tales perditores erant Diotimus Atheniensis, quem* χώνα *vocarunt, Xenarchus Rhodius Metretes, Aureliani Phago, Heraclides Pyctes, infamiâ celebres. Vide Cœl. Rhod. l.29.c.17.& 19. Abstemius est dictus ut Græcis* ἄοινος *qui absq; temeto vivit: nempe* ὑδροπότης, *aqua potor. Apuleius* invinium *dixit. Glaucias fuit medicus quidam, quem ut circa carduos diligentissimum scriptorem Plinius laudat lib.20.c.24. Inde tamen non videtur* Glauciam *suum hoc loco Vives sumsisse. Apud Athenæum lib 2. cap.6. enumerantur abstemii aliquot viri clari & insignes, ex quibus præcipuè est Glauco Atheniensium tyrannus. Apud Xenophontem de factis & dictis Socratis est elegans dialogus cum Glaucone, in quo disputatur de iis, qui resp. admini-*

Malè sit illi *a.* non potui tota nocte quiescere. Vomui(sit habitus honos vestris auribus)convolvi me subinde toto lecto, modò ad spondã interiorem, modò ad exteriorem: fauces & stomachum videbar mihi rejecturus †. nunc præ dolore capitis nec oculorum officio possum fungi, nec aurium:lamina ponderosa plũbi videtur mihi in frontem& oculos incũbere *. Asot. Frontem & tempora fortiter astringe fascia *b*: & rex videberis. Tric. Seu ipse potiùs Bacchus ⊥, à quo institutũ manavit diadématum *c* in reges *d*. Arot. Recipe te

Seneca subvectio fasciã manum ... mali.

S 4 domum,

administratorem futurum scire oporteat. Ad illum Abstemium Glauconẽ Vives videtur respexisse, & hic Abstemio socium adjunxisse.

a *ita epulatorum gratia in diras exeunt.*

† *ut in acri vomitione solent luctari partes cõmota.*

* *ex vaporibus caput tentantibus.*

b *Sic solemus locum doloris, qui est à parte interiùs affecta, obligare, ut per externum forte vinculum obtundatur, ad tempus saltem; nisi interim vapor dolorificus exspiret aut dispergatur. Sed externa partis dolor irritatur obligatione. Quod verò de fascia dicit, jocus est; quasi fascia debeat videri diadema.* ⊥ κισσοφόρος *Pindaro.*

c *Plin. l. 7. cap. 56 docet, qua quis invenerit in vita. Ibi* Emere, *inquit*, ac vendere instituit Liber pater, idem diadema regum insigne & triumphum invenit. *Sed alii scriptores multa aliter, atq; ipse: ut quod Staphylo vini temperamentum tribuit, ut suprà meminimus. Nam apud Athenæum Staphylus asserere dicitur, quendam Melampoda οἶνον κερᾶσαι invenisse. De regum insignibus videre est Alexandrum ab Alex. l. 1. c. 28.*

d *ad reges, tanquam à celebri viro. Ejus res descripsit Nonnus*

domum, & edormi crapulam †. TRI. Domum verò? nihil æquè fugio & aversor, ut domum & uxorem clamosissimam. ea si me nūc asspiceret, longiores haberet homilias *e*, quàm Chrysostomus *f*. ABS. Hóccine appellas tu lautè tractari? GLA. Planè ita est. nam laverunt *g* probè guttur & fauces. ABS. Manus verò? GL. Ne semel quidem. ASO. Imò sæpe vino & lacte, dum alii in aliorum pateras immittebamus manus. GLA. Quid potest dici lautiùs? & quidem digitos pingui carnium & embammatis inviscatos *h*. ABS. Tace, per divos,

Nonnus Dionys. libris 48. *ex quibus sanè multa sunt, quæ ad historiam Mosis accommodare possis. vide indicem ex editione cl. Eilhardi Lubini. Sed gentilitas falsis vera & profana sanctis remiscet.*

† *quæ ex malè digestis cibis sævit; ut Serenus ait. est ebrietas & dolor ejus comes, à capitis vibratione, quod est Græcis κάρα πάλλειν.*

e *i.e. conciones, demegorias, orationes ad populum. ὁμιλία est actio conversantis cum alio, colloquium, institutio familiaris. Igitur est, ut* concio *Latinis. Origo vocis est à juncto agmine. ὁμοῦ est simul & εἴλη agmen.*

f *pater Græcus, hoc est scriptor ecclesiasticus, episcopus Constantinopolitanus; qui ab eloquentia cognomen traxit: q. χρυσοῦν στόμα aureum os dicas.*

g *alludit ad vocem lautè. Sed ea non significaret τὸ λελουμένον, verùm λαμπρὸν, opiparum. Jocus captatus ex ambiguo. Quæ lauta, sunt pura, splendida: ideo voces permutantur.*

h *visco óblitos. facta est vox tanquam ab invisco. Viscus & viscum est gluten tenax, quo aves capiuntur. Græcis ἰξός. inviscatum igitur hic est q. visco tinctum.* klebig gemacht.

divos *i*, qui posset absque nausea rem adeò audire obscœnam? quantò minùs videre, aut de ejusmodi vino aut lacte gustare? Aso. Divi vestram fidem *k*, adeon' es, Abstemi *l*, delicatus, ut hæc ne auribus quidem possis devorare: quid faceres palato, ut nos? Sed heus tu, Tricongi, compotator suavissime, mittamus puerum aliquem, qui nobis illa phiala fictili afferat ex eodem vino *, nulla est certior huic veneno theriaca *m*. Tri. Estnè hoc exploratum? Aso. Quid ni esset? memineris versus

i *per sanctos obtestor; ipsis velut testibus aut judicibus invocatis. vox jurantis. Dedecet autem Christianos.*

k *phrasis gentilium & eis relinquenda Plaut. Aul.* 4. 7. Juno Lucina tuam fidem. *sc. imploro. Ter And.* 4. *Est enim oratio elliptica. Fides autem hic auxilium promissum significat, seu veracitatem in opitulando.*

l *quia est proprium, ita loquitur. alioquin esset abstemius.*

* *ita solent potatores, ut qui à rabiosa cane sunt admorsi, indidem remedium petere, unde sunt læsi. Sic putant, se peccantes humores ad æquabilitatem redigere. Sed rectiùs facient, si, ut pistores solent, qui ligna fornacibus subducunt, si ea nimiùm ferveant: ita & illi intemperantiâ jejunio corrigant; & potiùs deinceps non ægri esse malint, quàm tam paratis remediis uti.*

m θηριακὴ *est, quod Latinis* ferina. *Adjectivum enim est. Substantivi tamen vicem subit, intellecta voce* ἀντίδοτος. *Dicitur, quia venenatorum* (θηρίων) *animalium noxis resistit. In primis autem theriaca dicitur celeberrima illa, quæ ex viperarum carne & aliis simplicibus componitur. Theriacam verò dicit, quia vinum intemperantiùs sumtum pro veneno habet, ut Cyrus puer apud Xenophontem pæd.* 1. *Nos vocem contrahimus*, thriāk *ut Gall.* triacle.

ſus,quos cantat Colax *n*: Ad ſanandum morſum canis nocturni † ſumo ex pilis ejusdem canis. GLA. Narra,quæſo,de convivio. ABS. Ne narres,niſi velis me revomere *o*, quicquid habeo in ventriculo, cum ipſis vitalibus *p*, CLA.

n *i.e. adulator, qui vitia vitiis ſanare vult, & ea it auctum. cantio autem ſubjicitur. Nocturnus canis eſt Bacchus, id eſt, vinum. Canis quidem, quia primum inter bibendum adulatur velut caudæ motu, ut poſt largiorem hauſtum mordet: & caput imprimis dolore onerat ac inſomniam affert. Quamobrem etiam Solomon vinum, ait, primò moveri rectiſſimè, quum ſcilicet generoſitatis ſuæ velut igniculis ſe impellentibus fervet & exſilit: at tandem mordere velut ſerpentem.* Prov.23,32. Nocturnus *autem eſt Bacchi epitheton; qui in alphabetico hymno lib.1. epigr. vocatur* νυκτέλιος. *& apud Ovid. metam.4.* Nyctelius parens. *Apud Plutarch. de ει Delph.* Pauſ. in Attic. *Et hinc ſacra ejus* νυκτέλια Plut. in problem. Rom. *Cauſam attingit etiam apoſtolus* 1 Theſſ.5. 57. Non ſumus filii noctis neque tenebrarum. Qui dormiunt, noctu dormiunt: &, qui inebriantur, noctu ſunt ebrii. *Quòd verò de pilis canis dicitur, eo remittit nos ad remedium quoddam, quo levari dicuntur à cane rabido admorſi.* J. *Heurnius lib de morb. capitis cap.13, quod eſt de hydrophobia, ſcribit:* Pix etiam liquida cum ſale & euphorbio imponitur. & pili ejusdem canis vulneri impoſiti remedio ſunt. Sed fidisſima & optima inter præſidia eſt theriaca. *&c.*

o widergeben/widerſpeien. *Sic Genevenſe. Et verſio Gall.* que je vomisſe derechef, *ut vomam iterũ, per guttur reddam. Craſſior eſt vox* kotzen / *ut puto à* koht/ *ut ſit ore* σκατὸν *facere.* σκῶρ *inde ſuum ſecundum caſum* σκατὸς *ſumit. Aliter hic legitur* removere, *id eſt, abigere, alienare*, ſich queit machen.

p GLA. Facesse q igitur paulisper. ASO. Ego narrabo quàm commodissimè †, ut nusquam sit honos præfandus *. GL. Incipe, obsecro, adverte animum, Abstemi. ABS. O Glaucia mi, ante omnia istud ex me habe, nullum esse hominum genus, quod comparari possit cum festivo & largo convivatore. Quidam ostentant eruditionem rerum variarum, id est, mera nugamenta r: alii jactant experientiam & usu

Convivatores flos hominũ.

p *vitalia sc. membra seu viscera. Sic tamen ut substantivum usurpatur. Solin. cap.* 31. Vitalibus populatis. *Plin. lib.* 8. *c.* 7. vitalia capitis *dixit pro cerebro. Sunt autem vitalia, à quibus imprimis vita pendet: ut jecur, cor, cerebrum & pulmo.* σπλάγχνα.

q mache dich hin / *Nam facesso est primum* facio *cum cura, ut* præcepta, jussa facessere: facessere negocium alicui, *i. e. facere, creare. Donat. in Phorm.* 4. 3. *ad illa.* Hæc hinc facessat, *ista annotat*, pro hinc se faciat, id est abeat; ut huc se faciat, huc accedat, significat. Hæc hinc facessat pro cedat, aliàs faciat. Ergo duas res significat hoc unum verbum. An hinc facessat, proverbialiter, quasi hinc se faciat? Plautus, Argentũ hinc facite. Huc te dicitur fac p huc accede. *Ita planè Germani et elegãter loquimur.* Mache dich herzu/herbei: mache dich darvon. *Sic Græce* ἄπαγε, *& inde Latini* apage. † füglich/ *modestè.*

* *Honorem præfari dicunt vel auribus honorem habere, qui aliquid sunt loquuturi, quod possit offendere, ut id caveant,* mit gebürlicher reverentz/mit züchten / *h. e, reverenter, modestè, tanquam salvo honore ejus, cui loquimur, ne is sinistrè accipiat aliquid liberiùs dictum. Igitur hic* honor *est pro reverentia vel observantia.*

r *inania vocat, quæ ignorat. ita & hæc ipsa studia vocant, qui neque hæc neque alia meliora callent: indignabundi, quum ampullæ ipsorum taxantur.*

usu collectam prudentiam. quorsum id? Si qui habent quidem opes, sed non audent expendere miseri: quid eos juvat asservare? Benignus convivator ubique prodest, ubique est gratus: vel solus illius aspectus exhilarat tristitiam animi, & discutit, si qua est in eo miseria; sive recordatione convivii, si e spe atque exspectatione. Alia omnia, quæ dicuntur bona animi, nec ego video, & sunt jejuna *s* atque infrugifera *t*. Ab. Rogo te, Asote, quis est auctor tam bonæ sententiæ? Aso. Ego & omnes mei similes, id est, plerique ex Gallia Belgica, à Sequana ad Rhenum flumen: tantùm dissentiunt inter nos homuli quidam, vel miseri & præparci, qui Abstemio suum invident cognomen (frugi volunt appellari) vel quidam magni sapientiæ opinione suffarcinati *u*, id est, inani nomine, quos etiam nos (id est maxima pars hominum & præcipua *x*) ridemus.

Abs.

s *inania; quia scilicet non implent ventres catillonum. illu enim bonum est, quod lingua judicare possis.*

t *quia nihil ad farinas.*

u *i. e suffarti vel sufferti,* dick bestopfet. *Ita Apul. l.* 9. mercedibus suffarcinati *Donat. in Ter. And.* 4. 5. proprium anibus est suffarcinatas esse, ut Persius Pannucia Baucis. & Plautus, doliarem, claudam, crassam. *Ergo* farcino *fuerit* à farcio, ut sarcino à sarcio. *Turneb. l.* 28. 31. *Non est igitur, cur mutemus in subsarcino; quod quibusdam visum est; ut* subsarcinatus *sit occulta sarcina onustus.*

x maxima *numero & præcipua dignitate. Tanti se faciunt*

ABS. Quid audio? GLA. In hoc iste non fallecur, etsi ebriosus. nam nusquam eruditio minùs habet precii, quàm in Belgica y, nón aliud esse rentur virum eruditione præstantẽ, quàm suturâ a vel texturâ b. ABST. Atqui studenr hic multi, non infelici profectu. GLA. Deducuntur à parentibus parvi filii ad scholas, tanquam ad opificium c, quò paret sibi deinceps victum. Ipsi etiam scholastici, dictu incredibile, quàm parvi institutores suos faciant, quàm prosequantur honore exiguo, & prçmiis adeò tenuibus, ut doctores insignes ac primi nomini d tolerare e sese vix possint. ABST. Ista sunt ab instituto sermone aliena: revertamur ad convi-

faciunt asoti, & eo etiam alios subterhabent quòd in Nycteliis (ὧν τὰ πολλὰ διὰ σκότους δρᾶται, *ut Plutarchus ait*) *parum luceant.* y *regione vel provincia. Sed hic absolutè. nunc autem ibi meliùs*

a *sutura propriè est* ῥαφὴ, ῥάμμα, *commissura suendo facta*; ein naht / à nähen. *Hic autem sutoriam artem significat,* τὴν σκυτοτομικὴν τέχνην: schusterei. *sutor, etsi origine generale nomen, tamen de calceario usitatè dicitur. Plin. lib. 35. 10 Apostolus Paulus, qui propriè erat* σκηνοποιὸς, *vel* σκηνοῤῥάφος, *etiam* σκυτοτόμος *i. e. sutor vocatur passim apud Theodor. de Gracar. aff. curat. à gentilibus orta appellatione, per contemtum, ut videtur*

b *Textura est id, quod textum est. hic ars textoria,* ὑφαντικὴ, wäberei. *Possit etiam ex officinis esse appellatio, ut* sutrina & textrina *vel* textrino *præstans dicatur.*

c *mechanicam artem; per quam opus externum fit.* handwerck. d *i.e. præcipua fama,* ὀνομαστοί.

e *i.e. sustentare modicè cum parsimonia. aliquid tolerando & patiendo*: närlich / kümmerlich aufenthalten: *Aliter est* tolerare vitam.

convivium. Tri c. Hoc malim audire. & missos *f* faciamus jam tandem sermones istos studiosos*, qui sunt profectò infrugiferi. Nescio, quemadmodum vos Itali de eruditione statuatis: mihi certè res videtur non solùm inutilissima, sed etiam damnosa. Ab. Idem videtur bovi & sui *g*, quod tibi. & nobis quoque videretur, si non plus haberem⁹ mentis quàm tu. Aso. Non esset finis *h*. Itaque audi jam.

II. Narratio pridiana convivationis. Primùm omnium accubuimus severi & tristes: sacrata est mensa *i*, silentium ubique & quies: cœpimus expedire *k* cultellum quisq; suum, speciem præbebamus † non invitatorū sed invitorum *l*. adeò id diceres *m*, facere nos coactos. & faciebamus revera admodum segniter. nondum enim incaluerat animus odore illo libero *n*. aptat quisque mantile suum hume-

f Mittere *hoc sensu est omittere.* * *de studiis.*

g *qui ut animum non habent, quem sapientia & virtute excolant: ita vos loquimini, ac si neque ipsi animum haberetis.*

h *sc. contradicendi & disputandi. Facit, ut homines, qui non cedunt quidem meliori sententiæ, præ tædio tamen sermonem abrumpunt.*

i *precibus consecrata. Verbo enim Dei & precibus sanctificatur nobis cibi usus, ut scilicet eo bona cùm conscientia uti possumus.* 1 Tim. 4. 5.

k *proferre.* † Wir liessen uns ahn.

l *ἀκόντων, quasi nolentes molesti essemus.*

m *dicturus fuisses.*

n *fortè scripsit Liberi, i.e. Bacchi. ut postea* ardor vini *dicitur. sicut flos Liberi pro vino est apud Plautum.*

aut

humeris, nonnulli etiam pectori, alii de mappa extendunt super gremium: sumit panem, asspicit, volvit, purgat: si quid esset carbonis aut cinerum, decorticat: & hæc omnia lentè & cunctabundè *o*. Quidam auspicati *p* sunt cœnam à potione: alii, priusquam biberent, paululum sumserunt acetarii *q* & bubulæ salitę, ad excitandum dormiens *r* palatum, & stimulandum languidulum: primus scyphus fuit cervisiæ; ut frigidum cæmentum *s* substerneretur ardori vini. Allatus est sacer ille liquor *t*, primùm poculis angustis & exiguis, quæ magis

aut saltem eò allusit; ut ardor liber fabulandi intelligatur, quem affert Liber potus. vel ardor liber est vinum generosum ardens, libertatem linguæ afferens.

o *cunctabando ritu, ut* cunctabandum volatum *dicit Apul. Flor.* cunctanter & timidè. *l.* 3. *met.*

p *orsi sunt. vocabulum est ex ethnica theologia. quia inchoaturi aliquid de quo dubitabāt auspicio (οἰωνοσκοπία) utebantur. Captabant enim divinationes ex avium volatu, cantu, pastu. illiusmodi voces vix bonum sensum admittūt. quare alias pro eis substituamus.*

q *acetariorum; quæ hîc sunt herbæ cruda, quas ex aceto sumimus. Nos, quia salimus,* salat *vocamus: quasi salita vel salsa.*

r *pigrum, non avidum escæ, ignavum.* Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

s *cæmentum dicitur lapis rudis, massa impolita,* bruchstein. *Hîc intelligitur tanquam fundamentum quoddam crassius, in quo velut ædificari posset œnoposia.*

t *nobilis ille,* der edle rebensaft. *Sacrum dicit pro pretioso vel venerabili. Talia enim sacra esse debent.*

gis ſitim irritarent quàm reſtinguerent: dominus, homo feſtiviſſimus, qui potiorem in hac tota regione nullum habet, ac ne parem quidem, mea utique ſententia (quod ſit dictũ ſine cujusquam injuria) jubet afferri pocula capaciſſima. & cœptum eſt largiter potari more Græco *u*, ut dicebat illic philogræcus *x* quidam, qui Lovanii olim ſtuduerat. Ibi † cœpimus loqui, tum incaleſcere; hilaritas ubiq; & riſus diffuſiſſimus. ô cœnæ noctesque deorum *y*! alii aliis præbibimus, & magna æquitate faciebamus paria *z*. nefas erat ſodalem fraudare *a*, tali præſertim tempore. Abste. Meritò, quum agitur non de calice vini, ſed de ſenſu & mente *b*, rebus in homine præcipuis. Sed ut hac de re tam læta, tam feſtiva, tu & ego colloquamur, primùm rogandus es, an ſis ebrius? As. Non revera, & facile eſt cognoſcere

u *Græco more bibere Cic. 3. Verr dixit pro affatim. Levitas enim & luxuria Græcorum malè audivit. unde eſt pergræcandi verbum; quod exponit Plautus Moſt. 1. 1.* Dies noctésque bibite, pergræcamini, obſonate pollucibiliter.

x *qui Græcos amat, ſive in literis ſive in moribus. Varronis vox. uſitatior eſt* φιλέλλην. *Sed tamen etiam* Γραικοὶ, *quos Latini Græculos dicunt.* † *i.e. ſtatim Ter. Hec. 1. 2.*

y *i.e. luculenta, qualibus dii veſci posſunt; quales finxerũt ſtulti. nam, quid vero Deo ſapiat, diſces ex pſ. 50. 14.*

z *i.e. ad pares menſuras bibebamus; alii aliis ſatisfaciebamus: ut nos dicimus,* wir thaten beſcheid.

a einem zu kurtz thun *decipere in bibendo.*

b *abſtemius inadulabili ſinceritate hominem ventri deditum traducit ad curam animi.*

re ex ordine orationis meæ. nam, si essem, putes me hæc referre potuisse adeò compositè *c*. Abs. Rectè *d* est: alioqui, juxta Mimi *e* versiculum, cum absente litigarem *f*. Principiò, cur non exstruitis templum aliquod in hac regione Baccho, cœlestis *g* hujus liquoris reper-

T tori?

c *i.e. ordinatè*, so woll eingestellet, *tam* aptè. *Lege Cic.1 de orat.ubi iungit*, compositè, ornatè, copiosè eloqui, dicere.

d *Rectè esse, est satis esse, item bene, ut aliquid non jure queat reprehendi. Hic perinde est, atq; si dicas; Sic est, non contradico.* Ich lasse gut sein/was du sagst. Bene, rectè, nihil, *sunt formulæ aliquid modestè, & sine querimonia, rejiciendi. ut nos dicimus,* Es ist gut. *Ter. Ad.* 4.3. Et recte & verum dicis. *Plaut. Capt.* Rectè & vera loquere. *Pertinet ea phrasis ad rationes, ut indicetur, iis subductis, nihil reliquum esse, quod debeatur;* wann alles gleich auffgehet/daß keiner dem andern schüldig bleibt. *Phrasis frequens est Pliniis & Senecæ. D.l.40 t.1.l.4.§.5. ait Ulp.* Si ei (*venditori*) numos prorogavit emtor, quum ei pariaverit, poterit ad libertatem pervenire. *ubi Dion.Godofr.* Pariare est ita rationes reddere, ut paria sint expensa acceptis.

e *Publii illius Syri, cujus reliqui sunt quidam senarii, ex carminibus, quibus hominum mores liberè imitabatur. Est autem μῖμος & ipse histrio, mimographus, & id, quod agit aut scribit. vide Scalig.l 1.poët.c.10. ubi mimum sic definit:* Mimus est poëma, quodvis genus actionis imitans, ita, ut ridiculum faciat.

f *versus, quem tangit, hic est*

Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.

g *i.e. aerëi potus, subtilis, calidi, aut divini. Ita Iliad. π. Homerus vinum θεῖον πότον vocat: sicut* manna *panis cæli & angelorum dicitur ps.78.24,25.*

tori *? As. Hoc vestrum est, qui ædem habetis Romæ Sergii & Bacchi *h*. nobis satis est quotidie illi passim sacra facere *i*. Et fortasse erigeremus templum, si constaret, fuisse illum inventorem. nam de ea re audivi disceptari inter studiosos quosdam. Sunt, qui putent primum fuisse Noam, qui vinum biberit, quíque sit inebriatus *k*. As. Dimittamus ista. Cedò *l*, quod

* *Lucret. lib. 5.*

Namq; Ceres fertur fruges Liberq; liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse.

Ita vera principia verósq; fines gentilitas ignorat, aut veritatem fabulis, neq; ab ipsa intellectis, occultait.

h *in locum templi Concordiæ infra Capitolium, quà spectat forum, successit templum S. S. Sergii & Bacchi. Sunt autem hæc nomina duorum martyrum, ille primicerius, hic secundicerius gentiliũ scholæ, milites præclari; tempore Maximiani imperatoris supplicio sunt affecti, quum diis gentilibus immolare nollent. 9 octobr. Venetiis eorum corpora condita esse credunt in crypta ædis S. Petri. Sic catal. sanct. lib. 9. c. 29.*

i Jocus est ex ambiguo. *Asotus enim de Libero loquitur; cui sacra facere est vinosum esse: quia Bacchus* ἀμπελοφύτωρ, ἀκρεθχάλιξ, φιλάκρητος, λαφυσίας, βοτρυοχαίτης, πυλοπότης, μεθοδώτης, οἰνοδότης, οἰνοβαφὴς, οἰνόχοτος *à poëtis dicitur.*

k *post diluvium certè fuit vitisator, & ad intermissam anno agriculturam rediit. Vites antè quidem etiam fuerunt, & verè primi mundi vinolentia traduci quoq; videtur illo Domini verbo:* Edebant, bibebant. *Luc. 17. 27. Ipsum verò Noam Janum gentilium quidam esse volunt, cui à vino nomen sit.* יַיִן *jájin enim vinũ est. Hebr. Oenotrium etiam ab* οἴνῳ *similiter dici volunt.*

l *i. e. dic.* Cedò, quid faciam. *Ter. And.* 2. 3. & 4.

Nova

quod vinum bibebatis? As. Quid nostra refert, quod sit vinum aut cujas: habeat modò nomen & colorem vini? id satis est nobis: delicias illas quærat Gallus aut Italus. Ab. Quæ ergo potest esse delectatio, quū id nō gustas, q̄ in corpus ingeris. Tr. Fortasse nōnulli initiò aliquid gustāt, integro palato: mox verò depravato ex tanta humoris redundantia, gustū oēm amittunt *m*. Abs. Siti jam exstincta, nulla superest voluptas, quæ tota sita est in satisfaciendo desideriis naturalibus *n*, ita ut tormenti sit genus sine siti bibere, aut sine fame edere. Tri. Putas nos, Abstemi, ad voluptatem potare, aut, quòd sit jucundum? Ab. Tantò ergo estis pejores bestiis, quæ aviditatibus *o* naturalibus aguntur: vos neque illuc ducit ratio, & retrahit *p* natura. Tri. Ducit nos sodalitas,

T 2

Nova nunc religio te istic incessit, cedo. *ubi Don. Verbum, inquit,* est porrigentis manum.

m *sicut* amittere sensum *in genere dixit Ovid.* 10. *metam.*

n *ut modus servetur, quo natura adjuvetur, non destruatur.* Naturalia desideria *alioqui Columella in obscœnis pecorum dixit.*

o *similiter Plinius* aviditates fœminarum *dixit lib.* 10 *c.* 21. *Etiam concupiscentias dicunt. Curt. l.* 8. Adeo pertinax spes est, quam humanę mentes, quam ingentes concupiscētiæ devoverunt. *Præsenti loco convenienter Tertull. lib. de anima:* Propriè naturalis concupiscentia unica est, alimentorum solummodo, quam Deus in primordio contulit.

p *in diversum trahit, quod Græcis elegantissimè* ἀνακαιτίζειν,

dalitas *q*, & paulatim inebriamur imprudentes *r*. AB. Quoties estis inebriati, quoties alios ebrios vidistis? TRI. Quotidie plurimos. ABST. Non sufficiunt ergo tam multa experimenta, ad devitandam rem tam fœdam? Atqui bellua vel uno experiméto fieret cautior. GL. At sodales istos, in quorum gratiam transeunt ex hominibus in bestias *, scis, quàm habent charos? dum potant, darent illis præcordia? digressi illinc, vix agnoscunt: vitam & animam cujusvis illorum nollent redemtá sibi *s* numo sestertio *t*. AB. Quibus ex poculis hauriebatis vinũ, & quomodo? ASO. Primùm allata sunt vitrea, paulò pòst, ob periculũ sublatis illis, exhibita argentea. In vinum injiciebamus

χαιτίζειν, inhibere, coma retrorsum tracta, & processum interpellare.

q Die gesellschaft thut uns so gut, *sodalitium, consortium, quod Ammianus dicit l.* 15. turba sodalis *est Ovid.* 2. *de rem. Sodalitas est etiam* ein zunft / *tribus facta per consensionem magistratus. Cic. pro Planc.* sodalitates *συσσιτία convictus dicit de senect.*

r ehe wirs gewahr werden / *antequam animadvertamus. Imprudens scienti opponitur ut Terent. Hecyr.* 5. 4. Equidem plus hodie boni feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam. *Ità Phorm.* 4. 2. scientem an imprudentem.

* *Ita θηρία i.e. feras vocare solet vitia Chrysostomus. & θηριώδης est consummatæ vitiositatis homo, belluinus.* ein biest *nos dicimus.*

t *sestertius, numus est, quasi semis tertius. Continet enim duos asses cum dimidio, qui numerus sic scribitur* IIs. *i.e. duo & semis. Duæ notæ arithmeticæ postea cœperunt*

quasi

mus à primo *u* herbulas, quòd id suaderet anni tempus: paulò pòst jus carnium, lac, butyrum, cremorem. Ab. O spurcitiem, ne belluis quidem tolerabilem! Tr. Quantò tu τραγικώτερον *x* exclames, si scias, alios in aliorum pocula manus sordentes immittere, conjicere ovorum, & pomorum & nucum putamina, & olivarum ac prunorum ossa. Ab. Abstine ab hisce narrandis, si vis ne me hinc in silvas aliquas† fugâ abripiam. Tr. Audi tu in aurem, Glaucia. Quidam horum gestant in faciendo itinere cornu venatorium, plenum, ut necesse est *y*, pulvere & stipulis, & floccis, & sordibus

quasi subscude jungi sic H. *Scribitur etiam* LLS. *i.e. dua libra dupondius aris gravis. Nos dicimus,* sie solten jhn mit keinem stüfer oder groten vom galgen erlösen. *Dicitur autem numus sestertius, & simpliciter sestertius & sestertium. vide Calep.*

u *i.e. ab initio* anfangs / *Ter. & Cicer. qui in Oratore ait:* summissiùs à primo, deinde pressiùs, pòst sensim.

x *i.e. magis tragicè, graviùs, vehementiùs.* τραγικὸς *propriè est hircinus. Quia autem tragici poëta magna & lamentabilia canebant & agebant,* τραγικὰ *dicuntur* μεγάλα καὶ οἰκτρά. *Plut. in symp. ea jungit. Etiam gravia, qua tragicos deceant. Dicti autem tragici & tragœdi, quia cantando caprum merebantur. ut Horat. in art.*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircũ.

In cujus numinis honorem fabula hac agebatur, ei hircus sacer erat, quem victor sibi donatum Deo sacrificabat. Vide Scal. poët. l. 1. c. 7. † *meliùs* aliquò.

y wie es dann nicht anders sein kan; *quia enim secum gerunt, non potest non pulverulentum & sordidum esse.*

dalitas *q*, & paulatim inebriamur imprudentes *r*. AB. Quoties estis inebriati, quoties alios ebrios vidistis? TRI. Quotidie plurimos. ABST. Non sufficiunt ergo tam multa experimenta, ad devitandam rem tam fœdam? Atqui bellua vel uno experimẽto fieret cautior. GL. At sodales istos, in quorum gratiam transeunt ex hominibus in bestias *, scis, quàm habent charos? dum potant, darent illis præcordia? digressi illinc, vix agnoscunt: vitam & animam cujusvis illorum nollent redemtã sibi's numo sestertio *t*. AB. Quibus ex poculis hauriebatis vinũ, & quomodo? ASO. Primùm allata sunt vitrea, paulò pòst, ob periculũ sublatis illis, exhibita argentea. In vinum injiciebamus

χαιτίζειν, inhibere, coma retrorsum tracta, & processum interpellare.

q Die gesellschaft thut uns so gut, *sodalitium, consortium, quod Ammianus dicit l.* 15. turba sodalis *est Ovid. 2. de rem. Sodalitas est etiam* ein zunft / *tribus facta per consensionem magistratus. Cic. pro Planc.* sodalitates *συσσίτια convictus dicit de senect.*

r ehe wirs gewahr werden / *antequam animadvertamus. Imprudens scienti opponitur ut Terent. Hecyr.* 5. 4. Equidem plus hodie boni feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem unquam. *Ità Phorm.* 4. 2. scientem an imprudentem.

* *Ita θηρία i.e. feras vocare solet vitia Chrysostomus. & θηριώδης est consummatæ vitiositatis homo, belluinus.* ein biest *nos dicimus.*

t *sestertius, numus est, quasi semis tertius. Continet enim duos asses cum dimidio, qui numerus sic scribitur* IIs. *i.e. duo & semis. Duæ notæ arithmeticæ postea cœperunt*

quasi

mus à primo *u* herbulas, quòd id suaderet anni tempus: paulò pòst jus carnium, lac, butyrum, cremorem. AB. O spurcitiem, ne belluis quidem tolerabilem! TR. Quantò tu τραγικώτερον *x* exclames, si scias, alios in aliorum pocula manus sordentes immittere, conjicere ovorum, & pomorum & nucum putamina, & olivarum ac prunorum ossa. AB. Abstine ab hisce narrandis, si vis ne me hinc in silvas aliquas† fugâ abripiam. TR. Audi tu in aurem, Glaucia. Quidam horum gestant in faciendo itinere cornu venatorium, plenum, ut necesse est *y*, pulvere & stipulis, & floccis, & sordibus

 aliis:

quasi subscude jungi sic H. *Scribitur etiam* LLS. *i.e. dua libra dupondius aris gravis. Nos dicimus,* sie solten jhn mit keinem stůfer oder groten vom galgen erlösen. *Dicitur autem numus sestertius, & simpliciter sestertius & sestertium. vide Calep.*

u *i.e. ab initio* anfangs / *Ter. & Cicer. qui in Oratore ait:* summissiùs à primo, deinde pressiùs, pòst sensim.

x *i e. magis tragicè, graviùs, vehementiùs.* τραγικὸς *propriè est hircinus. Quia autem tragici poëta magna & lamentabilia canebant & agebant,* τραγικὰ *dicuntur* μεγάλα καὶ οἰκτρά. *Plut. in symp. ea jungit. Etiam gravia, qua tragicos deceant. Dicti autem tragici & tragœdi, quia cantando caprum merebantur. ut Horat. in art.*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircũ.

In cujus numinis honorem fabula hac agebatur, ei hircus sacer erat, quem victor sibi donatum Deo sacrificabat. Vide Scal. poët. l. 1. c. 7. † *meliùs* aliquò.

y wie es dann nicht anders sein kan; *quia enim secum gerunt, non potest non pulverulentum & sordidum esse.*

aliis: ex hoc bibimus. GLA. Quid? TRI. Quid verò? vinum. GLA. Imò verò mentem *z*. TRI. Planè ita eſt: &, poſt epotam mentem, matulis *a* non admodum mundis, ſumtis de ſcamno lecticali *b*, uſi ſumus pro calicibus. DE. Quis fuit convivii exitus, tanquam fabulæ? ASO. Natant vino pavimenta †. Inebriati ſumus omnes, hoſpes in primis homo ſtrenuus, dejectis ſub menſam magna victoria duobus vel tribus. AB. O præclaram victoriam, & de re pulcherrima ac prædicanda! Sed omnes tamen vinum vicit *c*? ASO. Etiam. ABS. Miſerum te, quid putas eſſe ebrium? AS. Probè & ex animi ſententia indulſiſſe genio *d*. AB. Cui

z *mentem bibunt, i e. ebibunt, bibendo perdunt, ſic* vertrinckrn ſinne und vernunfft/ *Gall.* ſens & entendement. *i. e. ſenſum & intellectum.*

a *hæc eſt potorum fortitudo, & adverſus nauſeas chalybea pertinacia.*

b *quod eſt ante lectum, cui inſiſtentes torum aſcendimus. aliter legitur* lecticari. *Id a. à lectica formaretur: sed intelligitur* bettbanck. † *Vide Cic. Phil. 2.*

c *in poteſtatem ſuam redigit vinolentos, ἥττονας οἴνου, qui nolebant eſſe οἴνου κρείττονες.*

d *Genium dixerunt deum, qui cujusq; hominis vitæ præeſt, tanquam cujus peculiari favore genitus ſit & vivat, qui Horatio*

——genius, natale comes qui temperat aſtrum, Naturæ deus humanæ. *Inde pro animo, præcipuo objecto dei, ponitur. & certè ab animi veritate figmentū natum eſt; ut genius cujusq; ſit mens in corpore genita, cujus conſilio homo regitur, & qui ex arbitrii recto uſu bonus, ex abuſu malus eſt. Pro animo ſæpe vocem ponunt gentiles ſcriptores.*

Ita

III. Contra ebrietatem institutio.

Çui genio? bono, an malo? GLA. Si rectè omnia ſcruteris, nusquam invenies, cui indulgeant. neque enim animo, nec voluptati, nec ulli rei alteri, cui alii indulgent, qui vitiis obtemperant & pravis animi cupiditatibus. Sed inebriari, eſt ſenſuum facultates amittere, exire de poteſtate rationis, judicii, mentis: planè ex homine fieri vel pecus *e* vel ſaxum *f*. Quæ deinceps ſequantur, etſi nunquam ebrios vidi, tamen facillimum eſt conjectare: loqui, & neſcire, quid loquaris: ſi quid commiſſum eſt tibi arcanum, maximè celandum, effutire: atq; ea dicere, propter quæ te, & tuos, & ſæpe patriam, ac provinciam univerſam in grave discrimen adducas: nulla *g* diſtinctio amici & inimici, uxoris & matris: rixæ, jurgia, inimicitiæ, plagæ, vulnera, mutilatio, occiſio. TR. Et-

Ita genio ſuo indulgere *eſt animo ſuo obſequi, indolem ſuam ſequi, ſubſequi, quò natura trahit: ut Græcis* φίλῃ ψυχῇ χαρίζεσθαι, θυμὸν ἀέζειν: Seinem hertzen woll thun: ſeinem ſinne folgen. *Quum ad animæ teſtam reſpicitur, eſt* curare cuticulam. *Ita indulgere genio fuerit, quod apoſtolus Rom.13.14.dicit*, carnis curam habere ad *explendas* cupiditates: *&* *Gal.*6.16.17. quod concupiſcit caro, perficere: *&* facere, quæ volueris. *&c. Id faciunt quorum venter deus eſt.* Phil.3.19. *Rom.*16.18. *Hinc* geniale *dicitur, quod ad geniū pertinet, et conjugiale, convivale, κατα θύμιον, θυμήρες, opiparum, lautum.*

e *abuſu rationis. Hoc enim eſt peccare, pecus,* θηρίον *fieri, ratione apud Nocturnum oppignerata.*

f *truncum, immobilem, in aſinina ebrietate, nervis obſtupefactus.*

g *ſubintellige* ebrio.

iam ſine ferro & ſanguine. nam non pauci cō-mutant ebrietatem cum morte *h*. GLA. Quis non malit domi ſe cum cane aliquo aut fele *i* includere, quàm cum ebrio? plus enim mentis *k* eſt in illis animantibus. AB. Poſt ebrietatem verò cruditas *l*, debilitatio nervorum *m*, paralyſes *n*, arthritici cruciatus, gravedo capitis *o* & corporis totius, hebetatio ſenſuum omnium: memoria exſtinguitur, ingenii acies retunditur. unde ſtupor in tota mente, & ad intelligendum ſapiendúmque, & ad eloquendum. AS. Jam incipio intelligere, magnum eſſe malum ebrietatem: poſthac dabo ſedulam operam, ut bibam ad hilaritatem, non ad ebrietatem. GL. Hilaritas eſt janua ebrietatis.

h *ut ſcilicet ebrii eſſe deſinant, & mortui eſſe incipiant & maneant.*

i *animalib⁹, in quibus phantaſia excellit ad familiaritates humanas.*

k *i.e. recti ſenſus. Catachreſis. Bruta pecus animâ ſenſiferâ (ut Lucretii verbo utar) rectiùs utitur, atq; homo rationali, quum eſt fermentata immodico vino. Tam debilis res eſt mens, ſi commodis inſtrumentis ſit deſtituta.*

l *ſtomachi ἀπεψία. quum ægrè cibum concoquit ventriculus, oneribus præſumtis proſtrato nativo calore.*

n *παράλυσις eſt reſolutio. Eſt enim nervorum reſolutio & ſideratio, ex humore frigido et craſſo. unde Tertulliana* paralyticos reſtringere *eſt ſanare, correcta nervorum laxitate. Nobis eſt* ſchlag, *ut Græcis παραπληγία. Belg.* beroertenisse: wann man gerühret iſt. rühren *eſt tangere, movere, à ruere tranſitivo.*

o *κόρυζα, catarrhus, rheuma, defluxio capitis ad nares, deſtillatio cerebri,* ſchnupfe/ *à* ſchnauben *reſpirare: quia vocem*

tis *p*. Nemo venit ad bibendum eo animo, ut inebrietur, ſed bibendo exhilaretur: continuò pòſt ſequitur ebrietas. Difficile eſt enim ſignare hilaritatis metam *q*, atque in ea ſiſtere *r*. Lubricus eſt gradus ab hilaritate ad ebrietatem. AB. Dum vinum habes in ſcypho, illud eſt in tua poteſtate: dum in corpore, tu es in illius: haberis jam, non habes: quum bibis, tu tractas vinum pro tuo libitu: poſtquam biberis, illud te tractabit pro ſuo. ASO. Quid ergo? nunquámne eſt bibendum? ABSTEM.

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt t:

Bibendum quidem, non potandum. Natura ſola in hoc docet bruta, hominem non docebit eadem natura ratione adjuta? Edes, quũ eſuries; bibes, quum ſities: fames & ſitis admonebunt, quantum, quãdo, quatenus *u* edendũ & bibendum. ASOT. Quid ſi ſemper ſitiam, nec ſitim poſſim mitigare, quin fiam ebrius*?

ABS.

vocem obtundit & tuſſim cum ſonitu aurium movet. Affecti dicuntur gravedinoſi.

p *Dum n. hilareſcunt, inebriantur, voluptate vini & ſodalitatum decepti.*

q *terminum.*

r *ſc. gradum i.e. deſinere. Frequens eſt, imprimis veterib. agentia verba abſolute uſurpare.*

t *Horat eſt in arte poët.*

u *i.e. quouſq; ad quem finem.*

* *ut quidam ſtulti de ardore jecoris queruntur, quem ſcilicet exſtinguere volunt ignivomis potionib. Sic vinum, ſiceram & ſimilia μεθυστικὰ appellare lubet. Hoc verò eſt oleo incendium reſtinguere.* Plat. 2. de leg.

Abs. Bibe, quod inebriare non possit *x*. Aso. Non fert constitutio mei corporis *y*. Abstem. Quid si tantùm † esuries, ut exsatiari nullo cibo posses nisi disrumpereris *z*? Aso. Ea verò non esset fames, sed morbus. Abs. Nimirum *α* opus esset medicina ad eam famem tollendam, non dapibus: nonne? Aso. Quid ni *β*? Abs. Eodem prorsus modo medico tibi esset opus ad eam sitim, non caupone *γ*: & potione de pharmacopolio *δ* petita, non de œnopolio *ε*. non est ea sitis, sed morbus, & quidem perniciosus.

x *ut est tenuior cervisia, sana aqua.*

y *ita malè curata mens effugia quærit alia ex aliis.*

† *aliter legitur* jam tum.

z *an tunc finem edendi non faceres?*

α zwar/ q. zuwahr *pro certo, sine dubio, non mirum, quod dico:* δή που.

β *Quasi dicas. Quid esset, nisi?* was anders/ warumb nicht.

γ *qui de copia sua lucri causa aliquid vendit. Idem n. copo, veterib. ex cops dives, q. coops, ubi opum confluxus est,* ῥυηφένεια. *Tabernarius,* zapper.

δ *ubi* φαρμακοπωλεῖον, *medicamenta venduntur. pharmacopolæ officina* apothete ἀποθήκη *est reconditoriũ. Apotheca Latinis latiùs patet. Vide Colum. l.1.6.*

ε *taberna vinaria* weinzappe. *Sax. Latino propinquiùs* wintappe. *Belg.* wyntaverne. *T in Z verterunt Germani in Taberna* zabern/ *quod nomẽ oppidi sub episcopatu Argentoratensi.*

Sententiæ.

1. Omnes tendunt ad gaudium: sed, unde stabile magnúmque consequantur, ignorant.

rant. ille ex conviviis & luxuria: ille ex ambitione & circumfusa clientum turba: ille ex amica: alius ex studiorum liberalium vana ostentatione & nihil sanantibus literis. omnes istos oblectamenta fallacia & brevia decipiunt: sicut ebrietas, quæ unius horæ hilarem insaniam longi temporis tædio pensat, sicut plausus & acclamationis secundæ favor, qui magna solicitudine & partus est & expiandus. *Sen. ep.59.*

2. Non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus, *Sen. ep.83.*

3. Onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante; ita ne secretum quidem; quod suum alienúmque est, pariter effundunt. *ibid.*

4. Quum multa ebrii faciunt, quibus sobrii erubéscunt: nihil aliud est ebrietas, quàm voluntaria insania. *ibid.*

5. *Qui faciunt, quæ nobis errantibus jucunda sunt, pro gratia tandem probrum auferent.*

6. *Conscientia mala nunquam est quieta; etiámque infirma et obnoxia metuit.*

7. *Detestabile est mala molesta turpibus sanare velle.*

8. *Qui sapores nimiùm quærit: hunc fugit sapientia. Ideo Solomon Prov.20.1.ait:* Derisor est vinum, tumultuosa sicera. quisquis oberrat in eo, non sapit.

9. Ut *homines sunt ad res affecti, ita judicant;*

cant; libidine abrepti, non veritate adducti.

10. Literarum studia spernere a se & eis abuti utrumque improbum est.

11. Vaga & ambulatoria est gloria: ad alios accedit, ab aliis recedit. Ita Batavæ aures nunc Atticas superant: Flandrica acus ferè Babylonicã. Manet verò & nos eadem sequioris mutationis alea, ubi erga Deum grati & depositi cœlestis, quod est sanctissima fides, quam Judas apostolus vocat, memores esse desierimus.

12. Depravatæ reip. signum est, si parvi fiat sapientes & probi.

13. Bovis & suis est eruditionem contemnere; qua ab homine homo differt, ut ratione pecus ab ipso homine.

14. Rara inter homines est integritas: at simulationes & dissimulationes passim regnant.

15. Temperantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat & ad sanum modum redigit, nec unquam ad illas propter ipsas venit. *Sen. ep. 89.*

16. Teterrima vanitas est in vanis perseverare, ne videaris cœpisse sine causa.

17. Cum Christiana fide pessimè jungitur gentilis vita. Quid enim est Bacchum in orgiis non colere, si interim ventrem tuum deum facias et ei turpiter servias? Concordet sermo cum vita. *Sen. ep 76.*

18. Ratione quidem homo antecellit bestiis: sed pejor est eis, nisi illa rectè utatur.

19. Non

19. Non tam peccatum quam sentina & colluvies quædam peccatorum est intemperantia. vide Plin.15.c.22.

20. Qui scelerata vult vitare: vitet delicta. Parva vitia sunt gradus ad magna, et, ut nemo repentè fit optimus, ita neque pessimus.

21. Admoneri bonus gaudet, pessimus quisque correptorem asperrimè patitur. *Sen. l.3. de ira.c.37.*

22. Moderandæ sunt actiones nostræ inter duo præcipitia, ne id, quod nimium est, ne etiam quod parum est, admittamus. Virtus enim est mediocritas in confinio duorum vitiorum, alterius ad dextram, alterius ad sinistram declinantis.

DIALOGUS XIX.
Regia.

¶ *Dialogus hic est partim* διηγηματικὸς, *in narrandis aulica schema & personis cum respectu præcipuo ad Galliæ regiam: partim* ψεκτικὸς *in vitiis quibusdam carpendis & arguendis.*

*Agrius, Sophronius, Holocolax *.*

* *Regia hic describitur, id est, domus regis. quæ sic absolutè dicitur ut Græcis* βασίλειον *sc.* δῶμα. *Intelligitur autem status, pompa & comitatus aulæ regiæ. Gallicus interpres Gellius Houstevillius vertit hoc lemma* la suite du Roy *i e sequela, nempe assectatio seu comitatus regis* der nachfolg. *Sax.* treck. *Personis dialogicis ex ipsarũ affectione (quã qualitatẽ dicunt) nomina sunt imposita. Supervenit n. fortè homo agrestis, ruri educatus, velut arator, aulici splẽdoris*

I. Narratur AGRIUS. Quid est, quòd tam multi regem comitãtur, tam vario cultu *a*? SOP. Quin tu potiùs vultus *b* contemplaris, quàm cultus? magis sunt enim vultus varii ac diversi, quàm cultus & vestitus. AGR. Istud quoque de vultibus quámnam † habet causam? SOP. Vestiuntur quidem aliàs pro facultatibus, aliàs pro ratione dignitatis aut generis, sæpe etiam, ut cujusque est vel ambitio, vel vanitas: multi quoque vestimentorũ elegantia utuntur pro hamo & reti, ad favorem captandum vel regis, vel procerum, animos puellarum non rarò. Vultus autem affectus animi sequitur: talis est ferè, qualis interior ánimi habitus. AG. Sed

I. Habitus, scil. Cultus.

Vultus.

doris non gnaruris: & de regio comitatu quærit. Ἄγριος *a. est homo agrestis, hic moribus. Res tamen maximè dicũtur* ἄγριοι ea, *quas producunt agri. Hic intelligitur, quem Græci* ἄγροικον & ἀγρότην, *Latini rusticum vocant. Eum informat vir sapiens & peritus Sophronius.* Σώφρονα *enim vocant Græci prudentem, cui est* σῶα φρὼ sana mens, *quæ rectè est composita, sobria, provida, honesta.* Holocolax *est* ὅλος κόλαξ, *totus adulator, quantus quantus est: quem Sophronius alicubi* σωφρονίζει, *id est, instituit & censuræ suæ normâ ad sanum judicium de rebus faciendum dirigere annititur. Ita hic concurrunt pagana, civilis & aulica vita, ad breve mundanæ tum sanitatis tum vanitatis compendium depingendum.*

a *i.e. ornatu in vestitu: ex eo, quòd colere corpus, capillos &c. est* κοσμεῖν. *Et inde mundus, regalis, simplex, modicus cultus dicitur.*

b *faciei habitus; unde vultus agrestis, benignus, gravis, hilaris, modestus, mœstus nuncupatur.* *Gall.* les mines. † nam *hic* παρέλκει, *ut vox enclitica.*

Sed cur tam multi huc conveniunt? Ho. An non decet, ut plurimi sint, ubi est caput *c* & regimen provinciæ totius? So. Optimè. sed pleriq; non adeo rem *d* publicam spectant, ut privatam: & sequuntur eum, in cujus manu est regimen non tam patriæ, quàm fortunarum *e*. Ho. Quid ni? quandoquidem omnia sunt pecuniæ venalia. So. Sic judicant illi, quibus animus & mens *f* nihil omnino est: valetudo autem, & dotes corporis, viles. Agr. Quid opus est in hoc tumultu aulico tanta philosophiæ speculatione *g*? ego verò malim de vobis intelligere, quínam isti tanto numero, tam varia specie *h* ac forma *i*? Hol. Ego tibi omnes per-

c *summa, præcipua pars: ut caput in animalis corpore, nervorum & sensus origo.*

d *incolumitatem corporis, quod regnum vel civitas dicitur,* das gemeine beste, τὸ κοινόν.

e *bonorum, facultatum: quas dare vel adimere queant potentes. De Augustini autem consilio* fortunæ *nomen fugiamus & aliud substituamus, quod non sapiat gentilem vanitatem.*

f *i. e. bona, quæ sunt in mente animi, ut sunt sapientia, prudentia, justitia, pietas, temperantia.*

g *i. e. contemplatione, disquisitione ad literatas scholas pertinente, non ad spectamen aulicum, & aures rusticanas. ita nauseosi sunt homines plebeji aliquando, ut ad se sapientiam & virtutem nihil pertinere existiment; tanquã illa sint ociosorum privilegia.*

h *veste, qua spectantur.* ahnsehenlichen habit. *Est* σχῆμα ἐνδύματος.

i *figura, qua vestis facta: vel ipsa corporum statura & color.*

percensebo ordine. nã Sophronius hic, quantum intelligo, non est admodum in regiis *k* versatus: ego verò comitatus *l* omnes regios adii *m*, penetravi *n*, & perscrutatus sum, perspexi, gratus semper omnibus & jucundus. So. Inde, credo, parasti tibi cognomen illud Holocolacis *o*. Holo. Rem tenes *p*: sed tu, Agri, ausculta. Ille, in quem aures, oculi, mens omnium intenta est ac defixa, rex *q* est, caput Reipub. Sop. Verè caput *r*, & ideo salus *s*, quum est sapiens, ac probus *t*: pernicies *u* au-

k *in aulis.*

l *comites, assseclas. comitatus est cœtus eorum, qui comitantur, clientela sequens dominum.*

m *plus, monente Donato est, adire, quàm accedere. arduum n. & difficile significat. vult dicere,* Ich bin bei ihnen allen auß und eingegangen. *liberè cum eis versatus sum.*

n durch und durch bewandert/ *penitus ingressus ad eos.*

o *notat Sophronius Thrasonem jactatorem, & ostendit dignum esse suo nomine, quod assentatorem significat.*

p *verba sunt modestè suum honorem tuentis, tanquã per Ironiam, ut nos dicimus,* Ja du weist es/ *Res pro veritate Latinis sæpe: & res atq; veritas aliquando junguntur. Tenes autem, est, intelligis. Etiam alio sensu, rem tenes scil. manibus, i.e. habes.*

q *quia regit incolas regni. nobis est* König/ *tanquam δυνάστης.* können *enim est posse.*

r *ut princeps & præcipuum membrum corporis politici.* s *i.e. salutis autor.*

t *summam omnium virtutum dicit, intelligere bonum & facere.*

u *causa exitii. Dicitur à pernecando. Doctè ista opponuntur, salus & pernicies. ut apud Cic. 2. de orat.*

tem quum malus *x*. Holo. Ille, qui ponè sequitur, puellus, est filius ejus hæres, quem in aula Græca vocabant δεσπότην, hoc est, dominum *y*: in Hispania vocant principem *z*, in Gallia Delphinum *a*. Torquati *b* illi in vestibus holosericis *c*, & holobryzis *d*, proceres *Delphinus.*

x *insipiens & improbus. vi antithesis.*

y *heriles filii communiter sunt* δεσπότωοι. *Imperatorum filii* δεσπόται, *quasi* heri, *unde nostrum* herre. *Sic nempe ipsi imperatores quoque* δεσπόται, *& Latinis domini vocabantur, qui secundioribus rebus ad majores titulos provexerant. Augustus autem Tiberius & Severus se dominos vocari vetuerunt.*

z *à Latino quidem, sed fine suo.* el principe, *qui scilicet mortuo parente regnum est adepturus.*

a *Gall.* Daulphin, *l non lecto. De his & similibus, qui rem historicam plenius cognoscere cupit, leget commentarios Vincentii Lupani de magistratibus & præfecturis Francorum, item Francisci Hotomanni Francogalliam: & P. Ramum de veterum Gallorum moribus.* Ut *apud Romanos Cæsares, tanquam designati augustæ majestatis hæredes dicebantur: ita apud Gallos Delphinus proximus hæres; ab* Umberto *Delphinatium principe, qui orbus & à vicinis bello pressus, Philippo Valesio omni dominatu cessit, ea conditione, ut regis proximus hæres Delphinus vocaretur. Ita enim principes suos Delphinates appellabant. Nicolaus Gilius tamen Imbertum nominat, qui Valesio universam suam ditionem vendiderit &c.*

b *Torquibus ornati, qui sunt circuli aurei, aut alia ornamenta torta, collum ambientia:* στρεπτοὶ, περιτραχήλια halsbande/ güldene ketten.

c *quæ* ὅλως σηρικὴ *tota serica. Dicuntur à Siribus, populis Scythiæ Asiaticæ, quos nobiles vellere Seras Seneca in Thyeste dicit. Apud hos sunt arbores, ex quarum frondibus depectitur sericum. vide* Sol. cap. 53. Marcell. l. 23. Plin. l. 6. c. 17. Virg. Georg. 2.

 d ὁλό-

sunt regni, insignes dignitatum militarium nominibus *e*, principes *f*, duces *g*, præsides limitanei, quos marchiones *h* nominant, comites *i*, viri *k*, qui barones *l* voce barbara *nomi-

d ὁλόχρυσος, *totus ex obryzo, id est auro, ex Ophyre insula. Idem dicitur* Páz *&* Upház *aurum purgatissimum.* Ps. 21. 4. & 1 reg. 9. 28.

e *nomina occasione militiæ imposita, in pace postea durarunt.*

f *principes, qui primas capiunt*, fürsten/*quasi primi, à* für *pra. Etiam Gallos sequuti* printzen *dicimus. Hic autē* princes, *principes, supra duces, intelligantur regis filii: aut nomen erit generale duces & marchiones complectens. etsi etiam reges & imperatores principes generaliore sensu dicamus.*

g *q. ductores exercituum q.* heerzöge *vocantur.*

h *Secundum à duce honoris locum habent. vox à Germanis est sumta. Nam nobis* marck *est limes, in agris positus,* merck *est signum*, γνώρισμα: *hinc pro campis etiam & regionibus, quæ sunt certis notis distincta, ut* feldmarck. *Igitur* marckgrafe/ *Gallis* marquis, *est comes certi districtus, ut imprimis regni limitibus cum imperio praeesset, ne qua hostiles irruptiones & alia externa damna evenirent.*

i *qui comites* (συνοδοιπόροι) *erant proconsuli vel præsidi in provinciam abeunti. Nos* grafen *vocamus, i.e. judices. Hodieq; manet in nonnullis* gräve *pro judice, imprimis pagano, pratore. Vox autem nostra à canitie ducta est;* graw *enim nobis canus est. & sic senator à senio dignitatis nomen est. Galli* comte, *Itali* conte *vocant. Comites sunt proximè marchiones. Guilielmus Camdenus in sua Britannia scribit:* Imperatores, adulto jam imperio, domesticum quendam senatum circa se habere inceperunt, qui Cæsaris comitatus appellatus, ut ipsi, quorum

quorum consilio in bello & pace utebantur, comites dicti: paucísque annis ita invaluit ut comitis nomen omnib. magistratib. datum sit. *Ideo comitum plurima genera in Codice Justinianeo leguntur. Item:* Quum res Romana in plura regna distraharetur, hic etiam titulus retentus diúque sanè simpliciter, tandem loci adjectione, cui cum auctoritate præerant. *Suidas in lexico habet: κόμης λαοῦ ἄρχων καὶ κλίνεται κόμητος i.e.* Comes populi princeps vel præfectus. & declinatur κόμητος: *vocali sc. ultima mutata, ut Græci aliquantulum in voce peregrina sua serviant anologia.*

k *neglecta distinctio confudit duos dignitatis gradus in unum. Sic a. leges* comites; viri, qui barones voce barbara nominantur. *Ita Gallus vertit,* Comtes & ces hõmes, qui d'un nom estrange sont nommés barons, *i. e. Comites & illi viri, qui extraneo nomine sunt nominati barones. Ergo nomen* viri *hic pertinet ad dignitatem, & respicit Vives ad vernaculam suam linguam; quia* varon *Hispanis est vir & baro. B & V Gothico more confunduntur. nempe significatur eo homo fortis, generosus, virtutis plenus. ut* vir *ad laudem sumi solet; ut ait Donatus.* Nescis, qui vir sit, virum te judico: vir es. *vide Ter. And.* 4.1. *&* 7 *Eun.* 1.2. *& Cic.* 2. *Tusc.* Si virtutis compotes, vel potiùs si viri esse volumus. *inde virilis est magnanimus: pro parte virili, i.e. quantum animo forti & contentis viribus consequi possis. similiter* masculum, *ἀνδρεῖον,* männlich/ *sunt voces, quibus animositatem & strenuitatem, viro dignam indicamus. Et hinc putem esse nostrum* frei *pro bello, lauto, eximio. Belgis* fraeii/ *Angl.* fayre.

l *De his Camdanus l. d.* Inter nobiles majores locum ultimum obtinent barones. Isidori & veteris grammatici opinionem libens amplector, qui BARONES mercenarios milites esse voluit. Verùm BARO ex illis nominibus videatur, quæ tempus paulatim meliora & molliora reddidit. Nam longo pòst tempore non milites, sed qui liberi erant domini, & THANI Saxonibus dicebantur, barones vocari cœ-

Magister equitũ. * nominantur: equites *m*. Ille est magister equitum

perunt. *Ergo sic statuamus, titulum à militia ortum esse, & eos mercenarios milites, quos barones vocabant, virtute singularem libertatem & præfecturam meritos, id nominis etiam post acceptam dignitatem postea retinuisse; ut testimonio esset, ex qua vita quibúsque factis emerserint. Ita autem* barones *q. varones, à varris i.e. perticis; ut calones à κάλοις i. e. ligneis clavis dici putemus. Servi a. non omnes erant strenui: ideo ob malorum copiam aliquando barones κακῶς κλύουσι, ut apud Ciceronem l. 9. ep. ult. lib. 5. epist. ad Attic. 2. de divin. 2. de fin. ubi barones vel varones sunt* servi militum stultissimi, quippe stultorum servi, *ut Eilhardus Lubinus ait in illud Persii Sat. 5.*

> Verte aliquid, jura: sed Jupiter audiet, eheu
> Baro, regustatum digito terebrare salinum
> Contentus perages, si vivere cum Jove tendis.

Docet quòd avaritia magistra sit ad aruscandum & inescãdum. Non est etiam novum, eandem vocem esse laudis & vituperationis: propter diversarum attributionũ respectus. Ita gravis *est ponderosus, acerbus, molestus (ut βαρὺς) itẽ fœcundus, auctoritatis plenus. Nobis nunc baro est* freiherr. *quasi liber dominus. possit etiam dici, fortis, eximius, ut antè monui, nempe inter nobiles potentia, opibus & auctoritate antecellens. Est etiam* bauderherr. *Belg.* banerheere. *id. dominus banda, hoc est præcipui signi. Nam* band *est vinculum, copia, cohors, vexillum, inde* banier *signum militare. Bandophorus, qui ducis signum gerit. Vide* Paulũ Diacon. de gest. Langob. l. 1. cap 13. *Si Germanicã eam vocẽ (quæ barbara dicitur) esse velimus, esto à* bahr *expeditus, paratus.*

m *ἱππεῖς, Gall* chevalliers, *q. caballarios dicas Sed vile sonat apud Latinos caballus, at apud Gallos accepit dignitatem, in voce nonnihil, pro more, immutata. nobis* ritterе, *à* reiten (*Belg. & Sax.* riden. *Angl.* ride) *i. e. equitare, fortè à rheda; nisi potius hoc à nostro. Camdenus in sua*

Britan-

quirum, quem vulgò comitem stabilem *n* appellant,

V 3

Britannia: Eques nemo nascitur, sed creatur vel ab ipso rege, vel regis in exercitu præfecto, idque ob bellicam virtutem aut prudentiam. ein ritter schlagen, *est equitem creare: quod fit, dum ipse flexis genibus, educto gladio à rege vel præfecto dicto, leviter in humero percutitur. Olim præter gladium & cingulum, etiam calcaria aurea pro ornamento aureo accipiebat: unde eques vel miles auratus vocabatur.*

n Conestable *vel* connestable *accipit, quasi sit* cōte *vel* comte stable, *quod esset Gallis comes stabilis. Sed comes, præfectum significans, amat genitivum objecti in cæteris ut comes* domorum, horreorum, laborum, largitionum, palatii, patrimonii, scholarum: *ita &* stabuli. *Lupanus ait:* Magistrum equitum magistrum stabuli dictum Pomponius Lætus prodidit voce nostræ proxima, & à Justiniano usurpata; unde illi fortasse nomen est. *non n. potest esse magnus magister; quippe qui est archiœconomus, quum magister equitum secundam habuerit potestatem militaris disciplinæ post imperatorē: & nunc quoq; est principis legatus in re militari. Hotomannus in Francogallia cap.17. tradit, initiò comitem stabuli regii, inde comestabulum, ad extremum Connestabilium dictum esse, corrupto nomine: eum fere fuisse, qui apud Romanos magister equitum dicebatur, hoc est, qui equitatui præerat, cui custodes regiorum equorum suberāt, qui vulgò scutieri.* Comites autem posteriorum Imperatorum Romanorū ætate, *inquit*, vulgò dicebantur omnes, qui amplissimos quosque honores in regia obtinebant, & remp. pro parte administrabant. *Johannes Gorop. Becanus lib. 2. gigantomach. vult esse vocem Germanicam, quasi* kōnigsstapel, *quasi sit, qui statum regium conservat. Nam* stapel *est fulcrum, cui aliquid innititur. scilicet, in quo rex regni negocia reponat. Eusebius lib. 4. cap. 1. de Constantino ait,* Ut plurimos honorib. afficeret, diversos dignita-

tum

pellant, nomine ex aula Græca *o* sumto, ubi magnus Comestabulus *p* cognominabatur, sicut p̃fectus maris admiralus *q*. Est & pretorio

præfectus

tum gradus imperator excogitaverat. *Ita* comitum alios in primo ordine collocavit, alios in secundo, alios item in tertio. *In Codice Justin. lib.* 12 *tit.* 11. comites sacri stabuli *dicuntur, equorum præfecti & rectores: qui aliàs tribuni in Codice Theodosiano & apud Ammianum. Ibi autem Cujacius:* Malè inde deducere quosdam opinor Conestabili appellationem, quę est merè Francica. atque ideo in notitia Græca officiorum Constãtinopoleos is definit̃ κεφαλὴ τῶν ῥογατόρων φράγγων. Comites sacri stabuli sunt, qui *Gallicè dicuntur* escuyers. *Sed etsi Gallica vox sit, tamẽ ex Latinis corrũpi potuit.*

o *ubi Constantinopoli multæ Latinæ voces in Græcam civitatem posteriori tempore sunt receptæ. Est & etiã Græcis* σταβλοκόμης, *vox, quidem sono affinis, sed quæ neutrã sui partem habet cum illa communem. Est enim, is cui crispa coma est,* ἁλοκόμης. *aliter* σταβλοκόμην. σταβλοκομεῖν *est* ἁλοκομεῖν. *Vide veteres glossas verbor. juris Caroli Labbæi, Harmenopuli promtuar. jur. Dionys. Gothofr nomenclat. Græcar. jur. dict.*

p q. κόμης σταθμοῦ *dicatur, vel* σταύλου. σταῦλον *enim admiserunt Græci ex Latino: ut videre est* promtu. jur. civil. Harmen l. 2. tit. 4. 34.

q Admiral, *aliter ammiral est* ἀρχιθάλασσος, στόλαρχος. *Italis* almiraglio, ammiraglio. *Hisp.* admirante. *Simplicissimum est dici, q.* ad mare *quia est mari præfectus. Alii ab* ἅλμη *aqua salsa & mare. Quidam (quod & in Lexico Gallico* Brossesius *& in Belgico* Kilianus *monent) volunt vocem esse ex Arabica & Græca commistam. Sanè* אמיר *amir est Arabibus* princeps, imperator, & ἅλιος marinus. *Est enim imperator rerum maritimarum; classi præpositus, præfectus maris; ut Vives ipse exponit.*

pfectus *r*, qui non solùm palatio *s* præerat, sed etiam satellitio *t*, quem Romuli tempore præfectum Celerum *u* nominabant, & satellites ipsos celeres. Ag. Quinam sunt illi in vestibus talaribus *x*, magna severitate vultus? Ho. Sunt regii consultores *y*. Sop. Istos, quos in consilium adhibet princeps, prudentissimos esse oportet, magni rerum usus †, & in decernendo gravitatis ac moderationis summæ. Ag.

Præfecti.

Consiliarii.

r *Prætorium propriè est domus prætoris, judicis,* richthauß. Matth. 27. 27. act. 23. 35. Phil. 1. 13. *vox jam tum & Græcis & Hebræis usitata. Josephus lib. 3. cap. 5. de bello Judaic. castrense prætorium describit, quod vocat στρατήγιον. Hinc etiam in pace vocatur palatium, domus augusta. uno verbo augustale. Fest.* Initio prætores erant, qui nunc consules, & ii bellum administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur prætorium. *Generali nomine prætor dicebatur, cui pareret exercitus.*

s *palatium* pallast, *regia, à* Palante principe, regiã ipsius nomine conditam vocaverunt. *Isid. lib.* 15. 3. *Varr. l. 4. de ling. Latin.*

t *ipsis satellitibus. sicut famulitium & sodalitium pro multitudine & cœtu famulorum & sodalium. Satellites sunt stipatores, spiculatores, σωματοφύλακες, prætoriani milites,* trabanten, *q. traviantes.* Viare *est* ire. *Apul. Solin. Amm Marcell.*

u Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis præpositus fuit, qui primitus electi fuerũt ex singulis decuriis deni; ideóque omnino trecenti fuere. *Fest. Livius lib. 1. Cur non autem à κέλης, qui est* equus desultorius, *&* desultor: *à κέλλω* moveo, eo, curro?

x *ad talos usque dependentibus, χιτῶσι ποδήρεσι vel ποδηνεκέσι.* y *consiliarii, βουλευταὶ, βουληφόροι ἄνδρες.*

Quî isthuc? Sop. Quia sunt oculi & aures principis, atque adeò regni universi, & eò magis, si cæcus & surdus sit rex, captus suis sensibus vel ab arrogantia vel à deliciis z. Agr. Etiámne luscus ille α, & ille alter surdaster, oculi atque aures sunt regis? Sop. Pejor est cordis cæcitas & surditas. Hol. Eos, qui sunt à consiliis, sequuntur scribæ β, nec ii pauci vel unius ordinis: tum qui pecuniam principalem * tractãt vel procurant †, coactores γ, tribuni ærarii,

Scriba.

z *i.e. propter delicias, voluptatum causa vel culpa. Ita Græci* ὑφ' ἡδονῆς.

α *Unoculus, cocles: ut erat Annibal. Est verò non tantùm, qui altero oculo caret* (ἑτερόφθαλμος) *sed etiam qui hebeti est visu. Hinc lusciosus Fulgentio, qui interdiu parum videt,* μύωψ.

β *horum munus dicitur scribatus. Alii primicerii, alii secundicerii, à cera, quia antiqui in ceratis tabulis scribebant: quanquam Cujacius* cerius *velit esse productionẽ verbi in C. l. 12. t. 7. Voces tamen illæ ad alios quoq; gradus postea sunt relatæ. Ita Augustinus Stephanum vocat* primicerium martyrum *& Badricus Petrum* primicerium apostolorum. *Zasius in l. 2. ff. de origine juris* Scribam, *inquit*, commendat memoria, scientia, consuetudo, celeritas scribendi, adde & fidem. Erat apud Græcos honorificum scribæ munus, nemo enim (ut est testis Æmilius Probus) ad id officium admittebatur, nisi honesto loco & fide & industria cognita: quũ necesse sit, omnium consiliorum eum esse participẽ. Romani tamen scribarum officia non ita honorata, sed velut mercenaria arbitrabantur.

* *i.e. principis.*

† unter handen haben und verwalten.

γ *qui pecunias cogunt, i.e. Colligunt,* συλλογεῖς, εἰσπράκτορες

rii δ, præfectus fisci ε, procurator fisci, & fisci advocatus. Agr. Qui sunt juvenes illi comtuli & festivi? qui semper regem sectantur, & adstant illi alii arridentes, alii ore aperto velut admirabundi? Holo. Hæc est cohors intimorum amicorum, deliciæ atque oblectamenta regis. Agr. Duos illos ingredientes cur assectantur tam multi vultuosi ζ? Ho. Quia iis est apud regem fides præcipua: alter est præfectus sacris scriniis η, sive princeps

Cohors amicorum.

Cancellarius.

κῆρες, *qui nunc receptores particulares*, receveurs particulieres rentmeistere/ *q. magistri redditunm, annuorum proventuum*. rente *est, redditus à* rendre *Gallico, quod reddere. Nam* receveurs generaux *sunt tribuni ærarii*.

δ *Tribunus à certa tribu electus & ei præfectus. Qui plebem tuebatur, ut hoc nomine dies noctésq; ejus fores paterent, tribunus plebis* (δήμαρχος) *dicebatur*, Zunfftmeister. *Deinde ad alios magistratus vox est translata. Hic tribunus ærarii est, qui populi pecuniis publicis præest. Fiscus autem est regis privata pecunia. Asconio est* tribunus ærarius, ταμίας. ε *Præfectus fisci in Gallica vers. est* le prevost fiscal *q. præpositus fiscalis: cætera nomina retinet*, pcureur, advocat. *Est a. fiscus cophinus seu sporta, utensile ex sparto ad pecunias majoris summæ capiēdas. & hinc fit, ut peculiariter de saccis illis dicatur, quibus continentur æra principis. Videatur* Cujac. in lib. 10. C. tit 1. de jur. fisci. *Bud. annot. pr. in Pand.* Quos hodie thesaurarios dicimus Franciç, prçfecti fisci appellari possūt. *Vide etiā alt. ed. de pragmaticis.* ζ *vultuosa frons dicitur ad severitatem composita. Gallus vertit* faisans si bonne morgue, ernsthaffte/ die so ernst aussehen/ *fortè* so ein morgengesicht haben. *Matutina enim magis seria & severa sunt, quàm pomeridiana.*

η *scrinium est arca, in qua aliquid secretum continetur,*

Secretarius. ceps ſcribarum θ: alter à ſecretis arcanis, apud quem eſt regni breviarium ι. Idem eſt principi à memoria κ: eáque de cauſa offerunt ſe illi quotidie tam multi, ut memoriam illius de ſe refricent ac renovent: quandoquidem is eſt principis memoria. Illi autem qui ducunt vul-

tur, unde à ſecernendo dictum volunt. Sacra ſcrinia, in quibus tabulæ regni. publica reſpectu privatorum ſacra, ἄσυλα & inviolabilia dicuntur. Gloſſ. verb. juris. σάκρον, ἱερὸν, τὸ δημόσιον ἀφιερωθὲν ἐν πόλει ἢ ἐν ἀγρῷ, *i. e. ſacrum, publicum eſt, dedicatum in urbe aut in agro. Item* σάκρα οἱ λόγοι τοῦ δημοσίου καὶ αἱ γραφαὶ rationes publicæ & ſcripturæ. *Erant ſcrinia exceptorum, canonum, tabulariorum, numerariorũ, mittendariorum, aureæ maſſæ, auri ad reſponſum, à miliarenſibus (numorum genus eſt) veſtiarii ſacri, ab argento, à pecuniis. vide* Cujacium ad l. 12. cod. t. 23.

θ ἀρχιγραμματεὺς, *Flavius Vopiſcus in Carino* cancellarium *dicit. vide Zaſ. in lib. 2. ff. de orig juris. Idem olim quæſtor,* λογοθέτης, *vocabatur. Cujac. in* 10. *lib. cod. t.* 11. & 30. *Cancellarii officium Lupanus lib. 2. ita deſcribit:* Hujus ſunt partes, operam dare, ne quod reſcriptum, edictum, decretum contra jus aut rempublicam impetretur: quod ſi præſenſerit, transverſa linea circumducere vel conſcindere. Cancellare vocant: unde illi cancellarii nomen eſt. *ſicut ſcil. ex transverſo ducuntur ligna in cancellis.*

ι *breviarium, epitome, quæ continet ſummam proventuum, cum debitorum nominibus,* regiſter/ außzug alles einkommens. *vide Sueton. in Auguſt. c. ult.*

κ *monitor, ut in mentem revocet regi, ſi quid in multitudine occupationum excidat. Hebr. eſt* מַזְכִּיר. 2 Sam. 8. 16.

tus,

tus λ, sunt litigatores μ, quique res suas persequuntur*: nec eorum unquam negocia finem inveniunt, longa contexta serie procrastinationum ν. Duo illi, qui deambulant in porticu, præfecti sunt, alter cubiculo ο, alter regio equili π: habent hi sub se alios permultos, cubicularios & equisones. Sed ingrediamur regiam cœnationem ϱ. AGR. Ah, quanta turba: qui apparatus tam anxius & morosus? SOPH. Id veró majore cum admiratione fueris intuitus, si scias

Litigatores.

Cubiculari.

λ *Ducere vultum est adducere, contrahere in rugas. Gall.* qui sont si tristes, *qui sunt adeo tristes ut solent vultũ componere & supercilia contrahere, qui gravitatis & sapientiæ opinionem affectant. tanquam* σκεπτόμενοι, καὶ μὴ ἔχοντες τὸν νοῦν διαχεόμενον. *Græcis est* συννεφεῖν τὰ ὄμματα, τὰς ὀφρῦς ἀνασπᾶν, συνάγειν τὰς ὀφρῦς, συνοφρυοῦσθαι. *Isocrates ad Demonicum probat virum bonum esse* σύννουν, *non* σκυθρωπόν.

μ *qui coram civili judicio controversias habent.*

* *rem sibi jure debitam non desinunt sequi, ut recipiant vel retineant.* ν *dilationum, quales in dicasteriis.*

ο *cubicularius, Gallicè* chambellan (à chambre *cubiculum*) *ut nobis* kämmerling: *admissionalis, præpositus cubiculi.* Magni chambellani (*sunt .n. plures*) munus est regi præsto esse ac sanctiori regis cubiculo præesse, necnon consiliis publicis cum duodecim Franciæ proceribus interesse. *Lupan. l. 1.*

π *qui magnus scutarius,* archippocomus, qui regi equum asscensuro vel descensuro manum præbet, eíq; ensem & balteos liliatos præfert, ut olim scutum. *Lup. lib. 1,*

ϱ la salle *Gall. Et nos* sahl *dicimus cœnaculum. fortè ab aula vel ab* ἄλω *area, ut lubet nonnullis: vel potiús à cellis dispositis.*

morem hunc noſtrum invexit. HOLOC. Habent proceres aſſeclas ſuos armigeros *ω*, & exoletos *a*, pueros pediſſequos *b*, pueros à pedibus *c*, ſive à calcari *d*. Sunt inter eos divites magnificentiſſimi, qui pleroſq; excipiunt cœna recta *e*: alii, quibus hoc moleſtum videtur, mittunt

ω. wapentrager. *Langobardis* Scilpor, *armiger*. *Paulus Diaconus l. 2. hiſt. Lang. c. 14.* à ſchild *ſcutum &* boren *ferre*.

a *grandes*.

b *Gall.* pages, *aſſeclæ, ephebi honorarii.*

c *curſores.*

d *Gall.* eſtafiers. *hodie ſtapho dicitur, qui ſubicem ephippiarium tenet.*

e *Hic, ut ſequentia docent, cœnas rectas ſportulis opponit. Quid tamen cœna recta ſit, non conſentiunt eruditi. Marcellus Donatus dilucid. in Sueton. c. 74.* Arbitramur, *inquit*, cœnam rectam dictam, in qua invitati patritii viri, unuſquiſque recto ordine, ſecundùm dignitatem & ætatem ſuam loco aſſignato diſcumbebant, ab imperatore vel publico magiſtratu lætitiæ cauſá omnes convivio excepti: *vel* quòd in ea convivantes rectè ſedentes menſæ accumberent; quod uſu eveniebat in conviviis, quibus ſenatores & principes viri multi excipiebantur: ſicut ex adverſo in cœnis domeſticis in lectis proſtrati diſcumbebant, præſertim à balneo loti. *Turnebi & Budæi expoſitiones ibidem aliquatenus improbat. Hadrianus Junius Turnebi opinionem ſequitur. Cœnam enim rectam dicunt, in qua nihil deeſſet neceſſariū mēſæ apparatui: lautū. Noſtri* ein offene tafel, *Gallus vertit* bouche a cour, *q. d. buccam aulæ*, das brot zu hofe. *Labbæus in gloſſ. vet. verb. jur. ex lib. 60. baſil. t. 18.* Buccellarii dicuntur ſtationarii milites. ex nomine autem bucca, quod eſt panis, vocantur buccellarii, panem alicujus edentes in hoc, ut morentur apud eum.

mittunt amicis ſportulas *f*:idque eſt amicis tenuioribus utilius *g*: ſed recta convivari plus habet ſplendoris. A G R I. Aliud hominum genus videre mihi videor in illo cœnaculo. H O L O. Illud eſt gynæcium *h*, ibi regina habitat cũ matronis ſuis & puellis: aſſpice, ut ingrediũtur & egrediũtur ex parthenone *i*, tanq̃ apes ex alveario, juvenes amatores, mancipia Cupidinis *k*. S O P H. Sæpe & ſenes bis pueri*. H O L O. Nihil eſt majoris voluptatis, quàm audire illorum acutè excogitata dicta vel poëmata, cantiunculas, melodias *l* antelucanas, conſa-

Perſona fœmina

Gynaceum.

II. Vitia aulica referuntur & arguũtur.

f Sportæ ſeu ſportulæ aut ſportellæ erant calathi viminei, quibus rem penuariam, ſeu obſonia determinata iis ſingulis partiebantur, qui ad convivium invitari ſolebant, ut colligimus ex Ulp. l. 3. D. de penu *unde & Martial. lib. 8. epigr. 5.*

Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.

Ita Marcell. Donatus l. d. *Gallus reddidit* les repues franches, *h. d. repaſtus liberos, cœnas, refectiones privas.*

g *qui ex ſportulis aliquid reſervare poſſunt, moderatiùs edentes.*

h *gynaceum meliùs* γυναικεῖον. *adiectivè eſt muliebre; ſubſtantivè autem, locus ſeparatus pro mulieribus, ubi ferè textrino & lanificio operant̃: aliter* γυναικὼν, γυναικωνίτης, *ſc.* οἶκος, γυναικωνῖτις, *ſc.* οἰκία. frawenzimmer. zimmer *eſt fabrica, ædificatiuncula.* zimmern (*Sax.* timmeren) *eſt* bawen *à* τέμνειν *ſecare.*

i *eſt & hoc nomen* παρθενικὸν, *locus, ubi* παρθένοι *verſantur.*

k *ſive appellativè ſive propriè. Cupido fingitur filius Veneris: eſt etiam cupiditas. Difficile eſt caſtitatem integrã ſervare in vita delicatiore.* * *i. e. inſani, vani.*

l *modulationes Muſicas & rhythmicas* μελῳδεῖν *eſt* μέλη

confabulationes cum puellis: videre saltationes, obambulationes, varietates colorum in cultu, habitus & formas vestimentorum: habent pueros amanuenses *m*, per quos mittuntur & remittuntur mandata *n*: hi verò nunciāt & renunciant ultro & citro mandata, qua solertia, diligentia, educatione *o*? Divi vestram fidem *p*, nudis capitibus, flexo poplite, atque etiam positis genibus! Audire est quotidie & videre aliquid novi, inopinati, acutè & subtiliter excogitati, vel dicti animosè, aut dextrè, aut solutè *q* facti. SOPHR. Imò dissolutè *r*. HLO. Quæ felicitas major? quis possit ab

μέλη ἀείδειν carmina canere. Non enim est ἀ μέλι, ut melleum cantum vertit Calepinus, sed à μέλος.

m *qui ad manum serviunt.*

n *i.e. epistolæ, aut narrata. Hes.* ἐπιστολαὶ ἐντολαί.

o *i.e. sic educati, ut ex arte id faciant*, sie sind artig darauf abgefertigt. *Ita educatio & disciplina apud Ciceronem junguntur*, lib. 3. de leg. *educatio & doctrina* lib. 3. *de orat.*

p *ethnica saliva sententia, nobis neq; sorbenda neque vomenda. Sic Ter. And.* 4.5. Dii vostram fidem: *ubi Donatus* Adverbium admirantis cum exclamatione. *i.e. tanquam adverbium, tanquam dicas ô Deus sicut Gallus vertit* ô mon Dieu.

q *Antuerp. editio ann.* 1599. *& Genevenses* 1587. *legunt* absolutè. *versio Gallica habet* librement *i.e. liberè, & solutè malim. Solutum est à curis liberum. Ideóq; integra phrasis est* solutus cura *ut Plinius loquitur libr.* 22. *cap.* 41. *Et* solutè *ac* liberè *moveri animum dixit Cicero.* 2. *de divin.*

r *Dissolutum vincto opponitur. Cic. in Orat. Dissoluti vi*

ab hujusmodi suavitate divelli? Soph. Colax, Colax *s*, & tu sine amore insanis, & sine vino ebrius es *t*: quæ ineptia potest esse major, quàm ista abs te descripta? Holo. Nescio, quî fiat, ut ex scholis videas plerosq; discedere: *u* ingressi semel aulam, in ea consenescant. Sophron. Tanquam qui de Circes *x* poculo biberant, amissa mente, & in beluarum ingenium degenerantes, nolebant inde egredi, & ad hominum naturam ac conditionē redire. Agrius. At hi omnes, quum se ad suam quisque domum receperunt, quid agunt? quibus se actionibus occupant, ut saltem fallant tempus *y*?

Soph.

tè vivit, qui legum vinculis non vult constrictus esse: quæ tamen est vera libertas. ut optimus & literatissimus princeps nostri seculi rectè rescripserit, contra hodiernam licentiam, quæ ceu pestis sapientiæ officinas invasit, malle se desolatam, quàm dissolutam scholam. s *κόλαξ adulator, κόλου, i. e. cibi causâ. Arist. Eth 2.7.*

t *ita Terent.* Ita me dii ament, ut ego video tuam ineptiam. *Et sic Muretus illud Plauti legit Merc. a* 1.1. Ineptia stultitiáq; adeo & temeritas. * *etsi non ames.*

u *i. e. qui ingressi.*

x *Circe in poëticis fabulis celebrata, solis & Perses nymphæ filia, virga quadam credebatur mentem adimere, & ex hominibus pecudes facere. Ita Circeo poculo ex homine factum Verrem, dicitur act. 1. in Verr. Significatur autem voluptatis & omnino pravorū affectuū venenū, quo homines efferātur. Hinc Plato τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος vocat ποικίλον καὶ πολυκέφαλον θηρίον. Varia &, ut ita loquar, multiceps bestia est cupido atque appetitus.*

y *i. e. latenter traducant, ut ejus longitudinem non animadvertant.*

SOP. Plerique omnes nihil magis addunt z ſerium, quàm quod cernis: atque adeò ocium illis multorum vitiorum parens eſt ac nutricula. Ludunt quidam taxillis α, chartis β, alveolo γ, aciebus δ: alii per occultam detractionem, & artificioſam maledicentiam, horas pomeridianas transmittunt, hoc eſt, quibus domi deſident: aliqui mirificè capiuntur ſcurris ε & planis ζ, in quos ſunt profu-

X ſiſſimi,

z *ad id, quod jam vidiſti.*

a *aſtragalis, aſtragaliſmo talorum jactu,* würfelſpiel: *quæ vox eſt à jactu. Belgis* hieltenſpel *ab* hilte/ *talus ovillus.* hielte *eſt calx, calcaneus.* *item* kotenſpel. kote *propriè eſt talus bovillus.*

β *quæ luſoriæ chartulæ dicuntur, in eas, quæ rerum ſunt & perſonarum diſtinctæ.*

γ *alveo luſorio, magide, abaco, ubi calculis luditur ſeu ſcrupis.* brettſpiel. *Belg.* ticktackberd. tick *eſt punctus,* tack *tactus.* berd, brett *à* bören ferre.

δ *ſc. inſtructis. Gallus* eſchets. eſchet *vel potiùs* eſchec *eſt ſchacchus. nos* ſchachtſpiel. ſchach *ſeu* ſchächer *nobis eſt latro, ut puto, à* ſica *vel* ſicarius. *Eſt ludus ſedecim ſcruporum, qui gemina acie utrinq; diriguntur. duo reges, totidem reginæ, 4 equites, 16 pedites, 4 ſatellites, totidem centuriones. Eſt igitur ludus latrunculorum, unde* Ovidio prælia latronum ludere.

ε *Scurra, qui facetius eſt ridiculus,* γελωτοποιός. *Veteribus etiam honeſtum nomen erat, pro urbano, faceto, comi, elegante, qui alıter aſſiduus dicitur, tanquam qui aſſiduè in urbe eſſet, quòd ſine cura fortaſſe & opere eſſet. Turneb. lib.* 19. *cap.* 13. *vide, quæ collegit. F. Taubmannus ad Plauti Epid.* 1. 1. *Hic autem intelligitur, quem Ariſtoteles* 2. *Eth. c.* 7. βωμολόχον *vocat, & vitium eſt* μωρολογία, εὐτραπελία, *ut apoſtolus ſumit vocem, honeſtè acceptam apud*

ſiſſimi, cætera η præparci† & ſordidi. Sed præcipua aulæ corruptelæ eſt aſſentatio θ uniuscuiusque erga alios omnes, quódque pejus eſt, erga ſemet ipſum: ea efficit, ut nullus unquam nec à ſe, nec à ſocio veritatem conducibilem audiat ; niſi fortè in jurgio: quam is ι tum parum pro veritate κ accipit, ſed pro contumelia. HOL. Hic quæſtus eſt nunc multò uberrimus *. tu cum tua veriloquentia λ eſuries

pud Ariſtotelem. Gallis plaiſenteurs, *q. ἄρεσκοι, qui dicteriis placere quærunt, ex quorum numero ſunt σκινδαλομυφοάσαι, qui de aſſulis loquuntur, nugatoria ſubtilitati ſtudent,* boſſenreiſſer. But *vel* bot *eſt ſtolidus, Bœotus.*

ζ *πλάνος planus prima brevi eſt impoſtor, inſigni verſutia præditus. Gellius lib.16.cap.7* planum *exponit* ſycophantam, *inter verba Laberii licentiùs ficta. Sed hoc quidem eſt licentiùs reprehendere. Nam & Cicero pro Cluentio & Horatius lib.1.epiſt.18. & Plinius lib.35.cap.10.* planum regium *dixit. Retinet idem nomen Beza verſione Latina Matth.27.63. ubi hoſtes blaſphemi Chriſtum planum dicunt.*

η *elliptica formula, pro eo, quod plenè diceres,* quantum ad cætera, *τὰ λοιπά. Hic eſt alioqui Liv. lib.1.* Vitum cætera egregium, ſequuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantê ambitio eſt. † *aliter* perparci.

θ *propriè aſſentamur voce, adulamur geſtu, blandimur tactu. Eſt autem aſſentari inſidioſè & lucri gratia laudare largiùs & plerunq; falsò, tanquam in omnibus aſſentiri,* liebkoſen. koſen *autem eſt loqui, electis, ut puto, verbis, à* kieſen / *quod eſt idem cum* tieren / *à charo. vide effigiem aſſentatoris apud Terent. Eun 2.2.*

ι *ſocius, cui aliquid verè objicitur.*

κ *non accipit, ut verum dictum: ſed ut convicium.*

* *Ter. Eun. 2.2.*

λ *contemtus cauſa fingit vocem adulator.*

furies strenuè μ: ego arridendo, abblandiendo, omnia approbando & laudando, evasi locuples. AGR. Non possent hæc incommoda reges corrigere? SOP. Perfacilè, vellent modò. Sed aliis hi mores placent, quia suorum ν similes: alii ipsi sibi eas occupationes accersunt ο, per quas nunquam vacet rectè aliquid aut sani cogitare: non desunt, qui, remissis animis & dissolutis, non arbitrantur illius domus ac familiæ mores ad curam suam pertinere: quæ non pertinent profectò minùs, quàm ad unumquemque nostrûm sua domus privata.

μ *Valde, ut nos dicimus* mächtig hungern.

ν *sc. morum. Nam similes similibus delectantur.*

ο *hic verò improbitatis apex est, nolle aliquid serium & sanctum facere.*

SENTENTIÆ.

1. Vulgus imperitum in hominibus ferè corticem externi habitus suspicit, ad nucleum mentis contuendum rarò pertingit.

2. Quum vestitus nobis quædam commonitoria sit lapsûs nostri reprehensio: impiè faciũt, qui eum referunt ad se ostentandos aut ut alios ad impurum amorem illiciant.

3. Inter animum ac vultum nostrum oportet esse concordiam.

4. Commune hominum vitium est, publicã rem negligere, curare privatam: atque ita eis perit utraque.

5. Hominis nihili studium est ita personis

additum esse, ut res ipsas negligat.

6. Omnibus jucundum & gratum esse velle, est vanitatis fundamentum. Sanitatis autem fundamentum est velle gratum esse Deo.

7. Ut *œconomiæ & regna sunt ampla: ita munia in eis distingui varia est necessum.*

8. Rex verè est, qui sapiens & probus. M-gnus *autem sit rex animo,* sed major imperio su *Plin. l. 35. 10.*

9. Dolendum est, quum in vilia & parùm necessaria munia, sæpe solius vanæ ostentationis verum titulum habentia, impendium conferatur ingens: ea, in quibus regni salus vertitur, tā haberi contemta. Nec minima ea causa est cumulatarum miseriarum, quæ subinde in terrarum orbem graviùs incumbunt.

10. Consiliarium principis decet experientia pollere, prudentem, æquum & gravem esse: tanquā oculum & aurem illius.

11. Præstat corporis aliquo membro captum, quàm integritate animi privatum esse.

12. Misera res est forense litigium, ideóq; tutissimum est amicabiles compositiones, licèt cum aliqua bonorum jactura, sequi: aut etiam injuriā ferre & apud Deum ultorem cum æquanimitate deponere.

13. Protelationes & procrastinationes judiciorum, in rebus maximè planis, sunt pernicies rerump. quod ex sophistica factorum & juris perversione scribendiq; insulsa atq; effreni licentia oriri

viri queritur ipse Udalricus Zasius I C. longè clarissimus in l. 2. ff. de origine juris: Certè, *inquit*, sicuti flumina magna vides parvis de fontib. orta: ita ex modicissimis origine tam vasta succrevit immẽsitas, ut Tertullianus squalentem legum silvam principalib. rescriptis, tanquam securibus truncatam tradiderit. & erat tamen magna tunc in legibus scribendis & interpretandis peritia: siquidem omnem propè philosophiam Jureconsulti complexi videntur. Quæ per jovẽ nunc esset utilitas imò necessitas effusos istos commentarios coërcere, qui peritiæne an tenebrarum plus habeant, emũctus homo facilè judicabit, qui eos evolvit. Disputationum contrariarum sarcina onerati sæpenumero plus ostentationis præ se ferunt, quàm doctrinæ. Strabo lib. VI. dicebat, eos, quib. plurimæ leges adessent, vivendi ritu depravatos esse: rectè, sicut, quibus plures adsunt medici, eis permultas adesse ægritudines. Paria & Socrates (ut Plato scribit) jussisse dicitur. Vetuit enim, ne judices & medici in civitate multiplicarentur. Et sanè argumentum ejus sententiæ nobis res Romana præstabit, quæ initiò modicis legib. steterat, pòst verò legum gliscente copia defecit. Nutriuntur advocatorum nequitiæ commentariorum pelago, ut, dum quisq; scribentium novare ex ingenio pgit, ansam sæpenumero juris premendi advocatis præstet, qui fora venenant, judices ludifi-

addictum esse, ut res ipsas negligat.

6. *Omnibus jucundum & gratum esse velle, est vanitatis fundamentum. Sanitatis autem fundamentum est velle gratum esse Deo.*

7. Ut *œconomia & regna sunt ampla: ita munia in eis distingui varia est necessum.*

8. *Rex vere est, qui sapiens & probus.* Magnus *autem sit rex animo,* sed major imperio sui. *Plin. l. 35. 10.*

9. *Dolendum est, quum in vilia & parùm necessaria munia, sæpe solius vanæ ostentationis verum titulum habentia, impendium conferatur ingens: ea, in quibus regni salus vertitur, tã haberi contemta. Nec minima ea causa est cumulatarum miseriarum, quæ subinde in terrarum orbem graviùs incumbunt.*

10. *Consiliarium principis decet experientia pollere, prudentem, æquum & gravem esse: tanquã oculum & aurem illius.*

11. *Præstat corporis aliquo membro captum, quàm integritate animi privatum esse.*

12. *Misera res est forense litigium, ideóq; tutissimum est amicabiles compositiones, licèt cum aliqua bonorum jactura, sequi: aut etiam injuriã ferre & apud Deum ultorem cum æquanimitate deponere.*

13. *Protelationes & procrastinationes judiciorum, in rebus maximè planis, sunt pernicies rerump. quod ex sophistica factorum & juris perversione scribendiq́; insulsa atq; effreni licentia o-*

riri

viri queritur ipse Udalricus Zasius I C. longè clarissimus in l. 2. ff. de origine juris: Certè, *inquit*, sicuti flumina magna vides parvis de fontib. orta: ita ex modicissimis origine tam vasta succrevit immẽsitas, ut Tertullianus squalentem legum silvam principalib. rescriptis, tanquam securibus truncatam tradiderit. & erat tamen magna tunc in legibus scribendis & interpretandis peritia: siquidem omnem propè philosophiam Jureconsulti complexi videntur. Quæ per jovẽ nunc esset utilitas imò necessitas effusos istos commentarios coërcere, qui peritiæne an tenebrarum plus habeant, emũctus homo facilè judicabit, qui eos evolvit. Disputationum contrariarum sarcina onerati sæpenumero plus ostentationis præ se ferunt, quàm doctrinæ. Strabo lib. VI. dicebat, eos, quib. plurimæ leges adessent, vivendi ritu depravatos esse: rectè, sicut, quibus plures adsunt medici, eis permultas adesse ægritudines. Paria & Socrates (ut Plato scribit) jussisse dicitur. Vetuit enim, ne judices & medici in civitate multiplicarentur. Et sanè argumentum ejus sententiæ nobis res Romana præstabit, quæ initió modicis legib. steterat, pòst verò legum gliscente copia defecit. Nutriuntur advocatorum nequitiæ commentariorum pelago, ut, dum quisq; scribentium novare ex ingenio pgit, ansam sæpenumero juris premendi advocatis præstet, qui fora venenant, judices ludificantur

cantur, quietem turbant, rerumpublicarum collegia, statum, ordinem, instituta evertere contendunt, diis exosi & hominib.

14. In consortium principum admittendi sunt, quorum consuetudine & meliores & sapientiores illi evadant.

15. Peregrini sæpe in resp. aliquid boni advehunt; plurimum tamen, qui superbiosiores & luxuriosiores sunt, publicos mores corrumpunt. Quare providendum est, quinam & quibus conditionibus recipiantur.

16. Qui casti esse volunt, ne quærant vitæ delicias neq; etiam familiaritates nimias cũ ætatis lubricæ hominibus.

17. Voluptates enervant hominum animos, adeóq; eos in belluinos devertunt & degenerare faciunt.

18. Ocium est pulvinar Diaboli.

19. Impia, sed magnatibus frequens est liberalitas adeóq, profusio in homines nocentes; ut interim boni & publico utiles egeant.

20. Adulatio pestilentissimum vitium est, quod per speciem amicitiæ summam hostilitatem exercet. & tamen gratissimi sunt ejus technæ artifices. adeo in nostra damna ingeniosi sumus! Senec. in præf. lib. 4. natural. quæst. Crispus Passianus, quo ego nihil cognovi subtiliꝰ in omnib. reb., maximè in distinguendis & curandis vitiis, sæpe dicebat; adulationi nos opponere, non claudere ostium; & quidem sic, quemadmodum opponi

opponi amicis solet: quæ si impulit, grata est; gratior, si effregit.

21. *Divitias aut potiùs panem quotidianū pii quærunt per laborem, improbi aliena rapiendo, & parasitando pascunt ventres suos. Idcirco facilem sibi ad divitias viam opinantur, quo die ipsos pœnituerit bonæ mentis: ut quendam libertinum de hoc illiberali verbo Seneca arguit.* l.d.

22. *Multa mala, de quibus proceres plurimùm conqueruntur, possent, si seriò vellent, emendare: legibus scilicet bonis & rectis exemplis.*

23. *Boni viri est, non minùs affici cura civitatis, quàm privatæ domus.*

24. *Quales sint mores curiæ & aulæ, id curare est omnium subditorum.*

25. *Pravi procerum mores impediunt sanctarum legum lationem multoq́; magis observationem & exsequutionem.*

26. *Diabolica perversitas est sibi consultò eas accersere occupationes, per quas deinceps non liceat res honestas cogitare aut agere.*

DIALOGUS XX.

Princeps puer.

¶ *Qui* I. *voce assentatoris cujusdam à literarū studiis & præceptorum amore avocatur:* II. *à sapiente viro, adversus assentatoris contradictiones informatur; optimis consiliis instruitur, ut de ma-*

gistris, necessitate doctrinæ, & ratione atq; via eam consequendi, per mortuorum atque vivorum monita & ocii fugam.

Morobulus, Philippus, Sophobulus.*

I. *Avocatio à studiis.*

MORO. Quid agit tua celsitudo *a*, Philippe? PHIL. Lego & edisco *b*, ut ipse intueris. MOR. Intueor sanè, & cum dolore *c*: defatigas te, & maceras generosissimum *d* istud corpusculum *e*. Quid ergo agerem? MOR. Quod alii proceres, principes, viri nobiles & opulenti: equitare, confabulari cum puellis

* *Philippus hic est puer princeps, ut ille, cui inscripsit Vives hunc librum. Id quidem ei nomen erat; in quo per se significationis nihil inest, quod ad præsens institutum faciat. Aliud erat suprà dial. ubi Misippo opponebatur. Cæterùm Philippus hic inter duos dissimillimo homines ingenio, distrahitur, alterum suadentem voluptates, alterum autem sapientiæ & virtutis studia. Morobulus est, cujus est μωρὰ βυλὴ: Sophobulus cujus σοφὴ βυλη. Illud est stultum, hoc sapiens consilium. Cum hoc dialogo rem similis argumenti conferes Luciani somnium: & Virgilium de litera* Y.

a *verba adulatoris. Puerorum tituli, etiam magnatum, à virtute potiús quàm à dignitate petuntur. Dignitas enim certè nulla est, nisi in virtute fundetur.*

b *sc. lectionem, vel sententiam præscriptam memoriæ commendo. Jungi enim solet cum casu patiente.*

c *ita dolet stultis, alios sapientiores & doctiores ipsis evadere.*

d *claro genere ortum, atq; inde præstans. Sed semper potior esse debet cura, quomodo vivas, quàm uti natus sis.*

e *De animo parum solicitus est morologus.*

ellis augustæ *f* matris tuæ, saltare, discere artem tractandi arma, lusitare foliis *g*, aut pila, salire, currere. hæc vides esse studia nobilitatis jucundissima. Quodsi tantis oblectationibus fruuntur, qui vix digni sunt, ut in familiam tuam admittantur: quid te facere convenit, tanti principis filium & hæredem? PHIL. Quid studium literarum *h*, nihílne prodest? MOR. Prodest quidem, sed iis, qui sunt initiandi *i* sacris,

f *reginæ (ut augustus rex dicitur) quasi majestatis plena, venerabilis, σεμνὴ, σεβαστή. sicut Ovid. 1. fast. ait:*

Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.

g *chartis.*

h *disciplinas liberales, quæ literarum monumentis continentur.*

i *initiare sacris est μυεῖν* einwyhen. q. einheiligen. *Nam* wihn *est sacer veter. Germ. fortè à vigore. Sacra hic sunt mysteria. sententia plana est: at ratio ejus non item omnibus.* Initia v. *dicta sunt prima sacra, quibus susceptis apud gẽtiles præparabãtur ad majora. Itaq; initia sũt τὰ πρῶτα ἱερὰ, τὰ πρὸς ἁγνείαν. Gradus erãt in ministeriis communicandis. prima omnium fuit ἡ κάθαρσις i. e. purificatio quædam; deinde erant mysteria, quibus instituebantur ad majora: postremò erat majorum mysteriorum acceptio, quæ ἐποπτεία, tanquam inspectio Igitur initiati dicebantur, qui prima mysteria accipiebant. Cicero lib. 2. de legib. de initiis sacris in mysteriis ait:* Initia ut appellantur, ita revera principia vitæ cognovimus, neque solùm cum lætitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cùm spe meliore moriendi. *Plato lib. 7. de rep. mysteria magna vocat τέλη μεγάλα, quibus scilicet jam epopta seu ephorus factus consummatur. Alioqui etiam τελειοῦν, quod est finire, consummare, absolvere, vertunt initiare;*

cris *k*, aut qui ea arte victum sunt sibi comparaturi: quemadmodum aliis sutoria, aliis textoria, & artes cæteræ quæstuariæ *l*. Surge, quæso te, pone libros de manibus; eamus deambulatum, certè *m* ut respires aliquantisper. PHIL. Non licet mihi nunc per Stunicam *n* & Siliceum.

re; quia per synecdochen initiare est consecrare. Illæ autem voces (quia per se nihil idololatricum significant) commodè translata sunt ad rem Christianam. Ita enim etiam præparabant catechumenos, donec competentes essent, & baptizarentur sacreque cœna fruendæ potestatem acciperent.

k *initiandi sacris hic dicuntur, qui sacros ordines, quos religiosos dicunt, sunt suscepturi.*

l *Quæ discuntur lucri & quæstus gratia Seneca lib. 6. de benef. c. 32 arguens Augusti filiam dicit, quòd ex adultera in quæstuariam versa sit, scelerato facto, sed exempli domestici vitio.*

m *i.e. saltem. sicut Cicero Marcell. lib. 4. 7.* victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, certè fracti & abjecti

n *i.e. morum et vitæ inspector, præfectus* Hofmeister. *Gall.* mon gouverneur *gubernator meus. Cic. pro Planc.* Quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur? *Non liquent de illo Stunica plura: sicut sunt & alia quædam historica in personis hujus libelli, quæ Vivis tempore ejus familiaribus nota, nobis nunc tenebræ. Sed res ipsas satis est tenere. Erasmus præfatione, quam operibus suis præfixit ad Iohannem Botzhemum Abstemium de Stunica quodam illaudatiore multa queritur in hæc verba:* Ecce derepente nobis ex Hispania prosilit Jacobus Lopis Stunica homo gloriosus, effrons, excors, sibi mirè pulcher, obambulat, ambit satagit

ceum. MOR. Qui sunt hi, Stunica & Siliceus? an non subditi tui, in quos tu habes imperium, non illi in te? PHIL. Stunica est educator *o* meus: Siliceus autem institutor literarius.

satagit apud pontificem, ut liceat tres illos admirando libellos (*quos in Erasmum scripserat*) edere cum auctoritate. Equidem demiror quorundam hominum perditam impudentiam, qui quum ultro tanta virulentia incessant alios bene mereri studētes, toties deprehensi in manifestis erroribus, tamen quasi re bene gesta rursus prodeant in arenam, ultro provocantes ad certamen. Nec se purgant interim, sed pergunt in alios lutum jacere. Ego certè, si quid mihi simile accidisset, abderem memet in solitudinem & puderet rursum in eruditorum hominum prodire theatrum. Veniam exorat, qui studens promereri, labitur. Quis autem ignoscat his, qui sic impetētes alios ipsi turpissimè labuntur. Est Lovanii theologus quidam Carmelita, qui se gloriari solet habere linguam pro calamo. & omnino linguam habet, sed dignam usu, quem indicavit Catullus. Huic ludus est Erasmum in compotationib., in prælectionibus theologicis ac publicis etiā cōcionib. hæreticū vocare. ac tantùm proficit, ut apud oēs, qui sani sunt, insanus habeatur. Et hujus exemplum mirantur complures, qui vel hoc solo nomine putant se videri magnos theologos, si, quos libuerit, appellent hæreticos aut schismaticos aut falsarios: quasi idem non possint aurigæ. Clamat in libellos famosos. non sunt libelli famosi, qui tuentur innocentiam adversus furiosam linguam: sed lingua famosa est, quæ manifesto mendacio tam atrox crimen impingit immerenti vel potiùs bene merenti.

o *Siliceus. Silicei meminit Vives in epistola huic libello præfixa. & lib. 4. de tradendis disciplinis ei aliquid arithmeticum*

rius *p*. Subditi sunt illi quidem mei, seu veriùs patris *q*: sed pater, cui ego sum subditus, præfecit illos mihi, & me illis subjecit *r*? MOR. Quid? ergo dedit pater celsitudinem tuam in servitutem illis hominibus? PHIL. Nescio. MOR. Ah facinus indignissimum! SOPH. Minimè verò, ô fili, imò illos fecit servos tuos, quos voluit tibi semper adhærere, oculos, aures, animum mentem in te unum defixam gerere semper, &, relictis suis quemque negociis, tuum unius negocium agere: non, ut te imperiosè vexent *s*, sed ut rudes tuos mores boni illi & sapientes viri ad virtutem, decus atque excellentiam forment: non quò te reddant mancipium †, sed ut verè liberum, & verè principem: quibus si non obtemperaveris, tum demum servus *t* eris, extremæ conditionis, pejor iis, qui hic inter nos versantur, emti & venditi ex Æthiopia vel Africa. MOROB. cu-

II. Informatio adversus assentatorem.

thmeticũ attribuit. Fuit autem Martinus Siliceus Philippi Hispaniarum regis præceptor, postea Carthaginensis episcopus. Jovius in elog.

p *Præceptor, in studiis sapientiæ & virtutis.*

q *Nam pueri & adolescentes regis nondum regnabunt, sed regnabuntur, ut regnare discant. Imperare autem nemo rectè poterit, nisi qui probè didicit obtemperare.* r *Digna vox generoso puero, & suis natalibus digno futuro.*

s *non ut abutantur disciplina.*

† schlaven / *quod nos ex Gallico* esclave *sumimus, quasi ex Slavis servus emtitius. Mancipium enim est servus ab hostibus quasi manu captus.*

t *ignorantiæ & vitiis.*

cujus tandem esset mancipium, si illis educatoribus morem non gereret? Sop. Non certè hominum, sed vitiorum: qui domini sunt importuniores atq; intolerabiliores quovis homine improbo & sceleroso. Phil. Non satis ista intelligo, quæ dicis *u*. Sop. At intellexisti, quæ Morobulus. Phil. Planissimè omnia. Sop. O quàm essent homines felices, si, quàm citò habent sensum atque intelligentiam rerum levium & malarum: tam citò haberent etiam bonarũ & conducibilium! Nunc verò contrà evenit, ætate ista nugas, ineptias, imò insanias, ad quas te Morobulus est adhortatus, facilè intelligis: quæ ego de virtute, de dignitate, de omni laudis genere dicerem, tam caperes *x*, quàm si Arabicè loquerer, aut Geticè *y*. Phi. Quid ergo faciendum consuleres? Sop. Ut saltem sustineres *z* assensionem, nec hujus suasibus †, nec meis acquiescceres *α*, quoad

u *Quæ natura non amamus, difficulter intelligimus.*

x *Plaut. in Aul.* intemperias *atq;* insanias *jungit.* & *Cic. ad Salpit. lib.* 4. 1. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. y *Strabo lib.* 7. ὁμόγλωττοι εἰσὶν οἱ Γέται τοῖς Δάκοις, *i. e.* Getæ eadem lingua utuntur cum Dacis, *qui Walachi al. legitur hîc* Gothicé.

z *disserenda, reprimenda. Cic.* 4. *Acad.* Sustinenda est potiùs omnis assensio, ne præcipitet, si temere processerit. *Etiam dicit*, sustinere se ab assensu.

† *suasionibus usitatiùs.* Suasus *unitatis numero ferè leges.*

α *i.e. contentus esses.*

quoad de utriusque β posses judicare. PHIL. Quis dabit hoc judicium γ? SOP. Ætas, institutio, experientia. MOR. Hui, quàm esset longum ista exspectare! SOP. Bene monet δ Morobulus: abjice libros, eamus lusitatum: & ludemus ludum, in quo unus eligitur rex: is præscribet aliis, quæ sint agenda, parent cæteri juxta leges lusionis: tu eris rex. PHIL. Ut erit ludus? nam, si eum ignorē, quomodo potero regem in illo agere? SOPH. Quid dicis, Philippule dulcissime, deliciæ ε Hispaniarum ζ, in ludo & rebus levissimis, in quibus error nihil affert periculi, non auderes regnum suscipere ludi nescius, & vis tot & tanta regna seriò capessere η, ac regere, ignarus conditionum*, populorum, legum, administrationis, denique rudis totius prudentiæ, instructus solùm ridiculis ineptiis, quas tibi Morobulus hic in animum instillat? Heus puer, dic præfecto equilis, ut proferat huc equum illum Neapolita-

β *sc. suasibus, utri meliores sint.*

γ Den außschlag / daß man recht urtheile.

δ *non volens, sed dans occasionem sapienti viro dedocendi vanitatem per lusum.*

ε *ut quem sperant frugi regem fore.*

ζ *ut cujus plura regna.*

η wilt dich unterfangen/*capere, subire, in te recipere, aggredi, affectare*.

* *i.e. varia conditionis populorum. conditio propriè est actio condentis. Deinde significat etiam statum, temperaturam, dispositionem, habitum, qualis ferè condendo inditur,* zustand/gelegenheit.

litanum θ, ferociſſimum calcitronem ι, & ſternacem κ, in quo Philippus ſedeat. PHI. Minimè verò illum,ſed alium cicuratiorem λ. nam regendi equi tam refractarii μ nondum artem habeo,nec vires. SOPH. Quæſo, Philippe,& † putas tu leonẽ ullũ eſſe æquè ferocem, aut equum adeò calcitronem & refractarium, & minùs parentem frenis,quàm gentes& cœtus hominum ? qui conveniunt & congregantur ν ex omni vitiorum , flagitiorum, & ſcelerum & facinorum genere ν : ex animi per-

θ *ſunt multæ urbes eo nomine,imprimis in Campania Italiæ eſt celeberrima,pulcherrimo ſitu ad mare mediterraneum exporrecta .*

ι *qui calcibus ferit* (λακτιστὴς, λακτιστικὸς) *Plauto & Gellio;qui Columellæ* calcitroſus, hinden außſchlagend. Calcitrare *enim calcibus infeſtare. ut Plin.l.*30. *c.*16. *ait,* Mulas non calcitrare,quum vinum biberint.

κ *qui ſeſſorem ſuum ſternit ſeu excutit,* tützlich/das gern abwirft/κατωμιστὴς, ἐκτραχηλιστὴς.

λ *i.e.manſuefactum magis,domitum,manſuetiorem, placidiorem.Varr.lib.*6. Cicurare manſuefacere. Quod enim a fero diſcretum,id cicur. Id dictum a cico. Cicum dicebant membranam tenuem, quæ eſt in malo Punico diſcrimen. *Fortè meliùs à* cieo, *id eſt, moveo;ut cicur ſit motum & domitum. Nobis* zahm/*quaſi frenatum.* Zaum *eſt frenum. Belg.& Sax.*toom *à domo. Tamen etiam Heſych.* ζαχμὴ ἡνία lorum, habena. *quod duci poſſit à* ζεῦγμα. *copulatio .*

μ *qui velut refringit omnia obſtantia, acceſſim & receſſim cedens & imitans nepam.* widerſpenſtig / *q.contrà tendens ſeu nitens.* Spannen *enim eſt tendere, trahendo,* τῷ σπᾶν. *Gall.*malaiſé & opinaiſtre *q.male* ἄσιος. *incommodus & opinioſus.* † *vocula & hic affectui exprimendo ſervit & roborat interrogationẽ.* ν *conſtant.*

perturbationibus concitatis, incensis, inflammatis, ardentibus: equum non audes attingere, populum poscis, quovis equo ad regendum tractandúmque ο difficiliorem? Sed missa π isthæc faciamus. Vides in hoc flumine illam cymbulam ρ? navigatio est jucundissima atque amœnissima inter prata & salicta*, quæso descendamus in eam. tu sedebis ad clavum†, & ages cymbam. PHIL. Ita planè σ, ut vos subvertam, & demergam, quemadmodum nuper fecit Pimentellulus. SOPH. Nec cymbam quidem gubernare vis in amne tam modico υ, & tam placido φ, quia rudis, & committis te mari illi, undis, fluctibus, tempestati populorum, inscius & inexpertus? Planè usu tibi venit, quod Phaëthonti, qui aurigandi nescius, ardore juvenili currum patris sibi gubernandum depoposcit: notam esse tibi fa-

ο *tractu gubernandum.*

π *id est, omissa.*

ρ *cymbula parva navicula. Plin. epist.* Sæpe minores majoribus, velut cymbulæ onerariis adhærescunt. *Cymba Latinis ferè frequentior eo sensu vox, quàm Græcis. Græca tamen eo, quod cymba. Est etiam vas cavum, quod & nos* kümbichen *dicimus* κυμβίον. * *i.e. saliceta,* ἰτεῶνας. †

σ Ja woll bestelt / *verba sunt stultum consilium ridentis.*

τ *nomen diminutivum, ex* Pimentello. *A pipere dictum est, quod Hispanis piementa. Est igitur q. Piperinus.*

υ *exiguo.*

φ *quieto & leniter fluente.*

fabulam χ reor. Præclarè Isocrates ↓, duas res maximas in hominum vita dicebat esse, principatum & sacerdotium: quas tamen nemo non expeteret tanquam dignus, nemo non crederet se rectè posse gubernare, tanquam prudentissimus. PHIL. Intelligo, nihil esse conditioni ac personæ meæ perinde necessarium, ut artem ac peritiam regendi regni. SOPH. Probè rem tenes. PHIL. Quomodo eam assequar? SOPH. Eduxisti tu illam tecum ex matris utero? PHIL. Nihil minùs. SOPH. Quomodo igitur scies, nisi discas? PHIL. Nullo modo. SOPHO. Qua igitur fronte audet Morobulus hic esse tibi auctor, ut ea studia rejici-

Quomodo ars gubernandi comparanda.

Y jici-

χ *vide Ovidium 2 metam.*

↓ *Lege dignam de hoc argumento orationem* 1. *Isocr. ad Nicocl. ait*: Regnum tanquam sacerdotium cujuslibet hominis esse putant, quod summum est rerum humanarum, majorémq; providentiam postulat. *Vult, sacerdotium rem facilem, regnum difficilem esse, & tamen æquè facile utrumq; sibi vulgò homines putare. Sed quî facile est sacerdotium? Apud gentiles non erat positum in arcanarum rerum subtili enarratione, sed in certis ritibus & cerimoniis: & qui in eo ocium quærunt hodie, paucis occupationibus non diurnis, sed hebdomadariis id definiunt. sed revera insignem doctrinam, eloquentiam, animi dexteritatem & continentissimam vitam postulat, curam etiam in auditorum vita inspicienda: quia vigil animarum est ecclesiæ pastor. Sed quotus quisq; illa omnia discere laborat, aut facere, sed & qui pati? adeo in exitium suum etiam ipsi auditores nimis quàm seduli sunt & curiosi. & verò illi etiam hodie optimi psychicis videntur hominibus, qui omnes ipsorum feras fovent & ad appetitum sarcicum inflectunt institutionem suam.*

jicias, quibus & artis hujus peritia & aliarum rerum maximarum ac pulcherrimarū cognitio paratur? PHIL. A quibus ergo sunt hæc
1. haurienda? SOP. Ab iis, qui ea maximis ingeniis ω animadverterunt, atque observarunt *a*: *per mortuorum monita* quorum alii sunt mortui, alii vivi. PHIL. E mortuis quomodo discendum? possúntne mortui loqui? SOPH. Nunquámne fando audivisti, nominari Platonem, Aristotelem, Ciceronem, Senecam, Livium, Plutarchum? PHIL. Magna nomina *b*: sæpe, & cum ingenti admiratione ac laude. SOP. Illi ipsi, & alii permulti eorum similes, jam olim vita functi, confabulabuntur tecum, quoties & quàm diu libuerit. PHI. Quomodo? SOPHO. Libris, quos ad docendam posteritatem reliquerunt. PHIL. Quin dantur mihi illi jam in manus? SOPH. Dabuntur brevi, posteaquam didiceris eum sermonem, quò possis loquentes illos intelligere *c*. Sustine † paulisper, atq; hanc brevem molestiam perfer, quæ devoranda est in accipiendis *d* principiis: illico pòst incredibiles sequentur delectationes, quas qui nondum degustarunt, mirandum non est à litera-

to

ω *solertia meditationis*.

a *in usu atq; experientia, præcipua nostræ stupiditatis magistra*.

b *scriptores*.

c *nempe voces discimus; ut per earum notitiam res cognoscamus*. † *i. e. differ*, leid dich ein wenig.

d *cognoscendis*.

to *e* studio abhorrere. Nam, qui sunt experti, eos citiùs à vita, quàm à libris & rebus cognoscendis avelleres. PHIL. Cedò verò; qui sunt vivi, à quibus sapientia hæc discenda est, & mens bona? SOPH. Si iter *f* esses quopiam initurus, à quibus tandem de itinere percontareris *g*? utrùm ab iis, qui iter illud nunquam vidissent, an qui aliquando confecissent? PH. Ab iis scilicet, qui confecissent. SOPHO. Vita hæc nónne est velut iter quoddam, & profectio perpetua? PHIL. Sic videtur. SOP. Qui ergo iter hoc perambularunt, senes an juvenes? PHIL. Senes. SOPH. Senes igitur auscultandi. PHIL. Omnes indifferenter *h*? SOP. Acutè rogas. non omne promiscuè: sed quémadmodum de via, sic de vita: utri norunt viam, qui eam peregerunt, nihil animadvertentes, aliud agentes, animo non minùs peregrinante quàm corpore: an qui annotarunt diligenter & attentè singula, & memoriæ mandarunt? PHIL. Nimirum hi posteriores. SOP. Ergo in consilio de vitæ ratione capiendo non audiendi juvenes, qui iter hoc nunquam sunt ingressi,

2. *Per virorum monita*

Y 2

e *aliter hic legitur* literario, *& mollius ac usui convenientiùs. Literatus propriè est literis præditus, hoc est, literarum notitia. Cicero tamen* 5. *Tusc.* literato ocio nihil dulcius *dicit, i. e. eo, quod literis discendis impenditur.*

f *id est, viam.*

g *Dicitur etiam ex aliquo & aliquem percontari.*

h *i. e.* indiscretè, sine discrimine & delectu.

gressi, quantò minùs adolescentes, &, quod stultissimum est atque indignissimum, pueri? neque ad id admittendi senes imprudentes, lascivi, dementes, deteriores pueris: quos divina oracula exsecrantur, quòd sint pueri centũ annorum*. Solis præbendæ aures senibus magni judicii, usus rerum & prudentiæ. PHIL. Quo signo eos dignoscam? SOP. Nimirum ætate ista, fili, nullo *i* adhuc, sed, ubi majus & firmius accesserit judicium, facilè id cognosces ex verbis & factis, tanquam nota certissima. Interea verò, dum ea ingenii facultate nõ vales, crede te cunctum *k* & committe patri tuo, & iis, quos tibi pater adjunxit institutores ac magistros, infirmæque istius ætatis gubernatores, & quasi manuductores *l* per eam viam, quam tu nunquam iniisti. Nam patri, cui charior es quàm ipsimet tibi, major est de te cura *m*, quàm tibi ipsi: atque ad eam rem non solùm

* *Vide Esa 65.20.*

i *i.e. nulla re. Ita Justinus lib 5.* Alcibiades absens Athenis insimulatur, mysteria Cereris, initiorum sacra, nullo magis, quam silentio solennia, enũciavisse.

k *simul totum* gantz und gar. *cuncti proprie sunt simul omnes. Sed confunduntur interdum integri & generis nomina quia utraque ὁμάδα notant.*

l *Manuducere divisis dictionibus Latini sæpe. Hæc autem est tanquam vox composita; quanquam etiam possit manu ductor ellipticè more Græco dici, ut ὁ ἀγωγὸς τῇ χειρί. At Græci in compositione uberiores χειραγωγοὺς dicunt deductorem, ut* act.13.11. χειραγωγία actio deducendi.

m *i.e. majori curæ es, vel etiam, tu es major illi cura, quàm*

ſolùm ſuo uſus eſt conſilio, ſed hominum ſapientum. MORO. Nimis diu tacui *n*. SOPHO. Ita planè præter morem tuum, eámque rem ego jamdudum vehementer demirabar. MO. An non pater tuus Philippus, & rex Galliæ, & alii magni reges ac principes, ſine literis & labore iſto tam moleſto, quem hic teneris tuis humeris inclementer *o* imponit, regna & diciones *p* ſuas regunt, & in officio continent? SOP. Nulla res tam facilis eſt, quæ non fiat difficilis, ſi invitus facias. Non eſt opera literis impenſa laborioſa ei, qui libens eam ſubit: qui autem invitus, ei verò vel luſitare, & in locis deambulare amœniſſimis, grave ac intolerandum *q* eſt: tibi, Morobule, nugandi aviditſſimo, & nugis ſemper aſſueto, ſeriū aliquid vel agere vel audire, inſtar eſt mortis: viciſſim alii complures vitam ſibi exiſtimarent acerbam, ſi ad iſtum modum vitæ ſuæ rationes inſtituerent. Quàm multi ſunt, in aulis præſertim, — 3. *Per ocii fugam.*

 qui-

quàm ipſe tibi, ſicut in illo Virgilii Georg. 4.

Ipſe tibi tua maxima cura,

hoc eſt, eum plurimùm diligis, ut Servius exponit.

n *Tam impatiens res eſt ſtultitia quæ metuit rumpi, niſi foràs eat: tanquam euro venter plenus ſit, ut Eliphazus ait* Job. 15 2.

o *durè, iniquè; ἀυϛηρῶς, ſine diſcretione, ut vulgò loquimur.*

p *terras ſibi dicatas. Gloſſ.* Dicio, ἐξουσία.

q unerträglich. *Etiam de perſonis ut Juſtin. l.* 41. Intolerandi forent, ſi, quantus his impetus eſt, vis tanta & perſeverantia eſſet.

quibus nihil est dulcius, quàm ocium torpens *r* atque inertissimum? admovere manum alicui operi, tormenti est loco: quàm multi vicissim in populis *s*, qui emoriantur citiùs, quã sic dies omnes vacuos * transigant? & celeriùs delassentur nihil agendo, quàm ab intentione *t* animi in negocium aliquod? Sed, ut respondeam tibi de Cæsare & rege Galliæ, audies à me in universum de senibus: quos posui,* eos esse, qui spatiũ hoc vitæ decurrissent. Si omnes, quotquot viam quampiam peregissent *u*, concorditer narrarent, se per viam in locum incidisse plenum difficultatis & periculi, ex quo saucii *x* & pessimè affecti *y* discesserint: q; si ejusmodi iter rursũ essent ingressuri,

r *i. e. quo homines sunt torpentes Ita* ocium languidum, desidiosum, ignavum, marcidum, segne, discinctum *dicatur. opponitur autem* ocio honesto & moderato, *Cic de claris orat.*

s *i. e. inter populos, inter homines.*

† Dies vacuos, *nullis rebus occupatos dixit Cicero 2. Varr. aliter* ociosi. *operarius dies est professus Catoni de re rust cap. 2.*

t *Quidam sic distinguere volunt, quòd intensio sit extensio & porrectio atq; diligentia; intentio autem animadversio. Sed* intentum *est usitatius atq; sic intentio. In re philosophica* intensionem *&* extensionem *similitudine Jani lubenter opponimus.* * *duxi arbitratus sum.* Cic. Brut. u *ita cursum, iter peragere Virgilius dixit Æn. 4. & c. tempus, vitam peragere. Ovid. 2. de art. & pont.*

x *vulnerati. à secando.*

y *Læsi. ut* malè affectam remp. *dixit Tullius lib. 13. epist. 69. Molestia affici, male accipi, idem faciunt.*

ri, nihil diligentiùs caverẽt, q̃ illud diſcrimẽ: q̃d tu cenſes, an non hominis foret amentiſſimi, quum eadem ipſe via inſiſteret *z*, non recordari tanti periculi, non illud devitare? PHILIP. Nondum teneo, quid velis. SOP. Faciam igitur planius exemplo: finge, eſſe ſupra flumen iſtud tabulam anguſtam pro ponticulo *a*: referant tibi omnes, quotquot, equo inſidentes, tentarint illam trãſire, decidiſſe in aquam, adiiſſe vitæ diſcrimen *b*, ægrè eſſe extractos ſemivivos *c*: intelligiſne hoc? PHIL. Belliſſimè *d*. SOP. Quid tu jam, an non tibi demens viderêre, ſi faciens illac iter, non ex equo deſcenderes, & effugeres periculum, in quod alios veniſſe audis? PHIL. Nimirum *e* ita agerem.

z *i.e. graderetur. Propriè* inſiſtere *eſt ſtare in. Varia eſt hujus verbi conſtructio.* Inſiſtere pugnæ *eſt in ea perſeverare*: inſiſtere rei, *in re acquieſcere. etiam* inſiſtere in re: inſiſtere limen, *i.e. ſe ſtatuere in limine:* inſiſtere negocium *perſequi.* inſiſtere veſtigiis *inhærere.* inſiſtere viam *aut* iter *proficiſci, ambulare.* & inſiſtere via, *Ter. Phorm.* 1. 4. *i.e. ſtare in ea. Gallus hic vertit,* quand il viendroit a tenir tel chemin, *i.e.* wann er kâme einen ſolchen weg zu halten.

a *Cic* 5. *Tuſc. dixit* foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjungere.

b *i.e. ſubiiſſe, veniſſe in periculum.*

c *ergo & ſemimortuo, ut Catullus & Apulejus loquuntur: aliter ſemineces Virgil. & Amm. Marcell.*

d *i.e. optimè. Bellus eſt tanquam diminutivum ex benus, unde benè, benignus. Poſtea dictum bonus. origo igitur plana à beo.* e *Vocula confirmandi elegans in compoſitione, pro* certè, ſine dubio.

rem. Soph. Et meritò. Quære tu jam ex ſenibus, qui maximè ſenſerint incommodum in vita, quid eos prætermiſiſſe doleat, & vehementer pœniteat: omnes tibi uno ore reſpondebunt, qui aliquid didicerunt; Non plus didiciſſe: qui verò nihil *f*; Non adhibuiſſe operam, ut aliquid ſcirent. In hanc querimoniam ingreſſi, non faciunt finem referendi, miſſos ſe fuiſſe à parentibus aut educatorib⁹, ad ſcholas & magiſtros literarum: ſed tamen vanis delectatiunculis *g*, vel luſionum, vel venationum, vel amorum, aut ejusmodi nugarum illectos, amiſiſſe pulcherrimas è manibus diſcendi occaſiones: itaque conqueruntur de fato *h* ſuo, & ſortem *i* ſuam deplorant, ac ſemet-

f *ſc. didicerunt, ἀμαθεῖς hi, illi ὀλιγομαθεῖς. quanquam apud Græcos etiam hi per illos intelligantur.*

g *i.e. nihili delectationibus.* Caſſa delectamina *eleganter vocat Apulejus poëm.*

At nobis caſſo ſaltem delectamine
Amare liceat, ſi potiri non licet.

h *caſu, calamitate, cujus fatum cauſa eſt. nempe à Deo decretum eſt, eis querulam ſenectam immittere, qui laſcivam & diſſolutam ſibi optarunt adoleſcentiam. Vitiis affecti, mali, audaces, ſe inter ocia & libidines eo perventuros ſibi ſomniant, quò alii continentia perpetuisque vigiliis. Sed erunt tales tandem* ultimè affecti, *ſicut Apul. met. 1. miſeros vocat.*

i *ſors propriè eſt κλῆρος. Deinde eſt ſtatus, qui alicui ſorte obtigit. & tandem omnis conditio, in quam quis incidit, imprimis temere. nam in ſorte vulgò temeritas & caſus non ratio nec conſilium valet. Cic. lib. 2. de divin. Interim*

metipſos accuſant, damnant, interdum quoq; exſecrantur. Vides ergo, locum hunc deſidiæ atque ignorantiæ eſſe in via hac vitæ maximè infeſtum & periculoſum, unúmque omnium præcipuè devitandum? quoniam quidem audis tam miſerabiles eorum querelas, qui in illum ſunt collapſi. is eſt igitur omni cura & diligentia cavendus, & ſegnitie k, ocio, deliciolis, nugis rejectis ac ſpretis, in ſtudia literarum cultúmq; bonæ mentis tota animi intentione incumbendum. Tu de hac re patrem tuum roga, tametſi juvenem adhuc: & tu, Morobule, tuum, jam ſenem. intelligetis ex eis, veram eſſe meam ſententiam.

terim neq; à ſorte, præſertim religioſiùs conjecta, ducta aut lecta abeſt Dei providentia Prov. 16.33.

k *ſegnis, qui eſt tardius & negligens ad agendum, à ſe id eſt ſine & ago: ut Græcis ἄεργος, ἀεργός. inde ſegnitia, ſegnitas, & uſitatiùs ſegnities.*

l *Deliciolum eſt leve delicium. Sen. ep.* 12. Populus etiam deliciolum meum factus eſt.

Monita ethica.

I. *Recta puerorum informatio eſt ſalus mũdi. Senec. lib 2. de ira c. 21.* Plurimùm proderit, pueros ſtatim ſalubriter inſtitui. Difficile autem regimen eſt: quia dare debemus operã, ne aut iram in illis nutriamus aut indolem retundamus. Creſcit licentiâ ſpiritus, ſervitute comminuitur. Sic itaq; inter utrumq; *puer* tegendus eſt, ut modò frenis utamur, modò ſtimulis.

2. Adu-

2. *Adulatores à teneris prohibendi sunt: ne vel blandientibus titulis pueros inflent & corrūpant. Seneca l. d.* In divitibus nobilibúsq; ,quicquid leve & inane in animo est, secunda se aura tollit ubi aures superbas assentatorum turba circumstat. Tibi, n. ille respondeat? Non pro fastigio te tuo metiris: ipse te projicis: & alia, quib. vix sanæ & ab initio bene fundatæ mētes restiterint. Longè itaq; ab assentatione pueritia removenda est, audiat verum & timeat.

3. *Infirma ætas regenda est non ex eo judicio, quod habet, sed quod habebit adultior. támq; diu nolens rectum faciet, donec volens discat, & in voluptate ponat, quod antè in tormentis.*

4. *Nullus vitæ ordo tam eminet, quem non ornent litèrarum studia, & cui non aliquid conferant.*

5. *In deligendis pædagogis magna circumspectione opus est. Seneca l. d. c 22.* Pertinebit ad rem, præceptores pædagogósq; pueris placidos dari. Proximis applicatur omne, quod tenerum est & in eorum similitudinem crescit. Apud Platonem educatus puer, quum ad parentes relatus, vociferantem videret patrem, Nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi.

6. *Vilitatem generis exuit muneris honesti dignitas.*

7. *Discipuli, quamvis regio ortu, se gerent ut subditos præceptorum.*

8. Ser-

8. *Servitii genus pessimum est, nolle servire, quibus debeas.*

9. *Bonos praeceptores decet omnem animi curam in id transferre, ut quotidie discipulos sapientiores & probiores efficiant: sequestratis cunctis aliis negociis.*

10. *Vitiorum dominatus planè est tyrannicus.*

11. *Naturae dolenda haec est & universalis corruptio, quòd & mala sine magistro faciléque intelligimus & cupidè facimus: difficiles & refractarii ad bona.*

12. *Tantisper sapientium & gravium virorum consiliis & institutis est haerendum, donec ipsi sapiamus. imò ne tunc quidem eis est renunciandum.*

13. *Disciplina et experientia ad res optimas cognoscendas magistrae sunt.*

14. *In rebus levibus uti solicitudine et res graves diu multúmq; considerandas praecipitare, nimis usitata in mundo est fatuitas.*

15. *Difficillima provincia est aliis ex salute imperare. Quare cavendum est maximè, ne navis reip. imperitis gubernatoribus committatur, qui eam in scopulos allidant, aut in brevia & Syrtes agant.*

16. *Qui vel mediocrem doctrinam quaerit, ei pariter mortui & vivi magistri sunt consulendi.*

17. *Principia literarum difficultatem & a-*

speri-

speritatem habent magnam: sed quæ tamen paulatim migret in facilitatem et lenitatem dulcissimam.

18. Nulla voluptas conferenda est cum ea, quæ ex divinarum humanarúmque literarum cognitione capitur.

19. Duces periti & fidi sunt ad studia moderanda deligendi.

20. Dabit quisque juvenis operam, ut per sancta florentis ætatis facta ad venerabilem senectutem iter habeat.

21. Liberorum salus est parentum prudentia in educando.

22. Orandus est Deus, ut cum intelligendi facultate inspiret nobis perpetuã res nostras agendi voluptatem.

23. Utinam, in quibus rebus, nos neglectos olim querimur, in eis vel nunc nos emendemus, vel saltem liberos nostros ad cavendum informemus!

24. Seria etiam inter ludicras res docere & discere est sapientum.

DIALOGUS XXI.

Ludus chartarum seu foliorum.

¶ Describitur autem primò occasio ludendi: deinde ad lusum præparatio: tertiò lusus ipse, & postremò finis ejus.

Valdaus-

*Valdaura, Tamayus, Lupianus, Castellus, Manricus**.

VALD. Quàm asperum tempus *a*, quàm rigens *b* & sævum cœlum *c*, quàm obscœnum *d* solum! TAM. Quid nos monet hic cœli ac soli habitus *e*? VALD. Non egredi domo. TAM. Quid verò domi agere? VALD. Ad luculentum *f* focum studere, meditari, cogitare de rebus, quæ aliquid emolumenti afferant menti *g* & probis moribus *h*. CAS. Id

I. Occasio lusus.

* *nomina sunt hominum Vivis notorum. Bernardi cuiusdam Valdauræ Brugensis meminit libr.1.de fœmina Christiana. Si Germanicum est, videtur molle esse, quod durius* Walther; *q. silva herus, vel potens herus. Ita Romwaldus à plausibili potestate B. Rhenano dictus videtur.* Mundwald *est tutela valens.* Mund *enim est tutela in ll. Langobard. unde nobis* fürmünder. *Tamayus videtur dici à* tam *quod Belgis* cicur. *Lupianus est Latinis, ut Germanis* wolf / λύκος. *Castellus est tanquam fortis, à castello. Manricus q. viris dives.*

a *immitis & visu insuavis temperies, non tractabilis. alioquin* aspera tempora *sunt calamitosa.*

b *frigidum. ut* bruma rigens *Lucan. l.1.*

c *turbidus aër, subeuntes lædens: non serenus.*

d *immundum, & vitabile; ut Nonius obscœnum exponit: lutosum, cœnosum. Obscœnum est cœno obnoxium.* Obs *olim erat pro ob. aut Sabino more dictum est* scœnũ, *pro cœnum, ut* scœlum *pro cœlum. Ita* scenas (*aliter legitur* scensas) *ut Festus monet, Sabini dicebant.*

e *constitutio, externa species.*

f *lucis plenum, accensum & splendentem ignem.*

g *ad intelligentiam rerum.*

h *ad pietatem vitæ.*

Id quidem agendum præcipuè, nec aliquid debet esse homini antiquiũ *i*. Sed, ubi ab intentione *k* illa delassatus fuerit animus, quò divertes, hoc duntaxat *l* tempore? VALD. Aliis quidem aliæ sunt animorum refectiones: ego verò lusu foliorum *m* magnopere oblector ac recreor. TAM. Et hæc temporis qualitas *n* eò invitat, ut abdamus nos in cubiculum bene clausum, & obseptum undique à vento & frigore, lucente camino, mensa posita cum chartis. VALD. Au *o*, minimè chartas *p*. TAM. Lusorias *q* dico. VALD. Istud placet. TAM. Tum

II. Preparatio ad lusum.

i *charius, preciosius. ideo, quia antiqua diligimus & veneramur.*

k *diligentia magna. Metaphora est à fidibus, quarum est intentio & remissio.* l *i.e. quidem, dum taxamus, i.e. æstimamus hoc tempus.* m *pictorum.*

n *constitutio, intemperies.*

o *interjectio est increpantis, ut tradit Charisius, aut etiam metuentis, omninóq; consternati, ut Donatus: etiam excitantis. Linacer vult esse silentium injungentis, ex illo Ter. Eun.* 4.4. Au, ne comparandus hic quidem ad illum est. *Alii legunt* hau, *Græcis verò αὖ est rursus: αὖ αὖ latrantis canis.*

p *ambiguum verbum ducit Valdauram in opinionem de libris. Charta est propriè id, in quo scribitur, deinde ipsum scriptum & liber ut Ovid. l.* 3. *trist. el.* 1.

Nullus in hac charta versus amare docet.

& Hor. 4. *carm Od.* 9.

non ego te meis chartis inornatum sileri patior, *i.e. scriptis taceri prætermitti. Græcum est à χάρτης, sive à χαράττω scalpo, inscribo sive à χῶ, i.e capio.*

q *quibus luditur: ut alveus lusorius Plinio, in quo luda-*

Tum pecuniæ promatur nonnihil, & calculi r, ad computandum. VALD. Nihil opus erit calculis, si minutuli adsint numi. TAM. Ego nullos habeo, præterquam aureos & argenteos crassiores. VALD. Commuta aliquos ex argenteis minuta pecunia. heus puer, cape stuferos s hos simplos, sesquiduplos t, triplos, & à numulario cura nobis numos minutos, simplos, duplos, triplos, non majores. TAM. Quàm nitidi sunt hi numi? VALD. Nimirum recentes adhuc, & asperi u. TAM. Concedamus in forum aleatorium, ubi omnia inveniemus parata. CASTELL. Non expedit, nam haberemus arbitros x plurimos: quid refert

luditur. Plin. l. 37. c. 2. *Alioqui lusorium est inane, ludibrio habitum innoxium.* Lusorias naves *speculatorias in limitibus dicit Ammianus lib. 17. & 18.*

r *calculus est parvus lapillus*, χάλιξ. *qui Suida* μικρὸν λιθίδιον. *Deinde id, quo rationes subducimus. Simpliciore ævo lapillis, nunc æreis monetis utuntur. Hoc autem* χάλιξ *planè Hebræum esse statuo* חָלָק *est lapis glaber & levis, qui ex torrente colligitur,* Esa. 57. 6. *Hic calculus est orbiculus, quo luditur in alveo.*

s stuyver *Belg. à* stuyve / *i. e. pulvis, veteribus. à pulverea levitate dictum volunt. est quinquagesima pars unciæ argenti.*

t *sesqui notat numerum* ἡμιόλιον, *quæ significat tantundem & dimidium* anderthalb. *ut sesquialter est ternarius ad binarium. Ita sesquicyathus, sesquihora, sesquimensis, sesquilibra, sesquiopera. Videtur autem contracta vox quasi semisq; & semi.*

u asper numus, *id est, recenter cusus & signatus. Pers. sat. 3.* x *inspectores, speculatores Horat. 1. epist. 11.*

Non

refert ludas illic, an via publica *y*: Consultius *z* fuerit, ut recipiamus nos in cubiculum tuum, & accersamus ex sodalibus aliquot, maximè animo refocillando idoneos. TAM. Tuum conclave est ad id commodius: nam in meo cubiculo subinde à pedissequis matris interpellaremur, aliquid semper quæritantibus in arcis mundi muliebribus *a*. VALD. In cœnatione igitur. TAM. Esto ita, eamus. Puer, siste *b* hìc nobis Franciscum *c* Lupianum, & Rodericum *d* Manricum, & Zoilastrum. VAL. Mane: minimè verò Zoilastrum, hominem iracundum, rixosum, clamosum, calumniatorem, & qui minimis de rebus excitat sępe atroces

Non locus effusi latè maris arbiter aufert.
Ita arbitrium est prospectus: arbitrari aliquando prospicere: vide Plaut. Aul. 4. 1. in Milit. glor. 2. 2. Dici putem arbitrum, quasi accessorem ab arbitendo. *arbito accedo. ar enim ad veteribus, ut* arvenio, arferiæ: *&* beto *est eo*.

y *i.e. in via. Ita* via ire, via tota errare *elliptice dicitur.*

z *i.e. rectius, quod magis consuli possit & debeat.*

a *malim*, mundi muliebris, *i.e. ornatus*, weibergeschmeide. schmeide *est mollis, quasi malleo fabri mollitus.* schmieden *est cudere, q. mite facere, præposito s.*

b *fac ut adsint*, laß uns herkommen.

c *ut à Syrus Syriscus, ita à Francus Franciscus, quasi Franculus forma diminutiva. vel* frei anck *est liber adolescens. nempe* anck *ab ancus, unde anculus, ancula, ancilla.*

d *est vel* rederick *citò dives, jam opulentus: vel* raderijck *i.e. consilio dives.*

e *Zoilaster est parvus Zoilus.* ζωΐλος *autem est q. parum Vivus*, ζωὸς *Fuit quidam Zoilus Homeri calumniator. unde nomen jam est infame.*

; *f* tragœdias *g*. CAST. Optimè profectò
ones. nam, si adolescens talis recreationi se
ostræ admisceret, non esset id ludere, sed se
o rixari. accerse igitur pro illo Rimosulum *h*.
ALD. Neque hunc: nisi velis, quæcunque
ic fuerimus nugati, ante Solis occasum nota
sse toti civitati. CAST. Tam bonus est præ-
o? VALD. Etiam rerum, quas scire nihil atti-
iet. nam res bonas *i* sacratius *k* reticet, quàm
nysteria Eleusinia *l*. TAM. Veniant ergo Lu-
oianus & Manricus soli. CAST. Hi sunt belli
odales. TAM. Et mone illos, ut afferant se-
cum numulos: quicquid est autem severitatis

f groß oder kläglich wesen. *atrox est propriè crudum, nondum maturum esui, ut Nævius*, Simul exta porricerent atrocia ministratores. *Scalig. ad Festum dicit: purum esse Græcum ἀτρὼξ ἀτρῶγος: si modò illud Græci agnoscant. Interim etymon servemus, ab α & τρώγω.*

g *tumultus, quales sunt τραγῳδίαι, qui sic dicti, quòd τῷ ᾄδειν τράγον canendo hircum mererentur. Habet autem tragica poësis vehementes motus, ubi introducuntur magnificæ personæ, deorum iræ finguntur, & tam graves difficultates, quas necesse sit illorum superventu componi.*

h *nomen factum ex ingenio garrulo; qui rimosus est, hac illac perfluit.*

i *non differt bona, ea ex invidia reticet: tantùm mala invulgat.*

k *q. religiosiùs. ut Plinius l.16. c. 44. dicit*
Druidas nihil habere visco sacratius.

l *initia & sacra Eleusinia, imprimis silentio colebantur, ut nefas esset ea enunciare. Dicuntur autem ab Eleusine provinciæ Atticæ urbe, in qua Cereris μυστικὸς σηκὸς, arcanum delubrum erat. Strab. l.9 Just. l.5. Arist. l.3. eth. c.1.*

refert ludas illic, an via publica *y*: Consultius *z* fuerit, ut recipiamus nos in cubiculum tuum, & accersamus ex sodalibus aliquot, maximè animo refocillando idoneos. TAM. Tuum conclave est ad id commodius: nam in meo cubiculo subinde à pedissequis matris interpellaremur, aliquid semper quæritantibus in arcis mundi muliebribus *a*. VALD. In cœnatione igitur. TAM. Esto ita, eamus. Puer, siste *b* hìc nobis Franciscum *c* Lupianum, & Rodericum *d* Manricum, & Zoilastrum. VAL. Mane: minimè verò Zoilastrum, hominem iracundum, rixosum, clamosum, calumniatorem, & qui minimis de rebus excitat sępe atroces

Non locus effusi latè maris arbiter aufert.

Ita arbitrium est prospectus: arbitrari aliquando prospicere: vide Plaut. Aul. 4. 1. in Milit. glor. 22. Dici putem arbitrum, quasi accessorem ab arbitendo. *arbito accedo. ar enim ad veteribus, ut* arvenio, arferiæ: *&* beto *est eo.*

y *i.e. in via. Ita* via ire, via tota errare *elliptice dicitur.*

z *i.e. rectius, quod magis consuli possit & debeat.*

a *malim*, mundi muliebris, *i.e. ornatus*, weibergeschmeide. schmeide *est mollis, quasi malleo fabri mollitus.* schmieden *est cudere, q. mite facere, præposito s.*

b *fac ut adsint*, laß uns herkommen.

c *ut à Syrus Syriscus, ita à Francus Franciscus, quasi Franculus forma diminutiva. vel* frei anck *est liber adolescens. nempe* anck *ab ancus, unde anculus, ancula, ancilla.*

d *est vel* rederick *citò dives, jam opulentus: vel* raderijck/*i.e. consilio dives.*

e *Zoilaster est parvus Zoilus.* ζωΐλος *autem est q. parum vivus,* ζωὸς *Fuit quidam Zoilus Homeri calumniator. unde nomen jam est infame.*

ces *f* tragœdias *g*. CAST. Optimè profectò mones. nam, si adolescens talis recreationi se nostræ admisceret, non esset id ludere, sed seriò rixari. accerse igitur pro illo Rimosulum *h*. VALD. Neque hunc: nisi velis, quæcunque hîc fuerimus nugati, ante Solis occasum nota esse toti civitati. CAST. Tam bonus est præco? VALD. Etiam rerum, quas scire nihil attinet. nam res bonas *i* sacratius *k* reticet, quàm mysteria Eleusinia *l*. TAM. Veniant ergo Lupianus & Manricus soli. CAST. Hi sunt belli sodales. TAM. Et mone illos, ut afferant secum numulos: quicquid est autem severitatis

Z &

f grob oder kläglich wesen. *atrox est propriè crudum, nondum maturum esui, ut Nævius,* Simul exta porricerent atrocia ministratores. *Scalig. ad Festum dicit: purum esse Græcum ἀτρὼξ ἀτρῶγος: si modò illud Græci agnoscant. Interim etymon servemus, ab α & τρώγω.*

g *tumultus, quales sunt τραγῳδίαι, qui sic dicti, quòd τοῦ ᾄδειν τράγον canendo hircum mererentur. Habet autem tragica poësis vehementes motus, ubi introducuntur magnificæ personæ, deorum iræ finguntur, & tam graves difficultates, quas necesse sit illorum superventu componi.*

h *nomen factum ex ingenio garrulo; qui rimosus est, hac illac perfluit.*

i *non differt bona, ea ex invidia reticet: tantùm mala invulgat.*

k *q. religiosiùs. ut Plinius l.16. c. 44. dicit* Druidas nihil habere visco sacratius.

l *initia & sacra Eleusinia, imprimis silentio colebantur, ut nefas esset ea enunciare. Dicuntur autem ab Eleusine provincia Atticæ urbe, in qua Cereris μυστικὸς σηκὸς, arcanum delubrum erat. Strab. l.9. Just. l.5. Arist. l.3. eth. c.1.*

& ſerii, domi commendent Philopono tetrico *s*: veniant facetiis, lepôre, gratiis comitati. Lupi. Salvi ſitis, ſodales feſtiviſſimi. Vald. Quid ſibi vult contractio iſtęc frontis? exporrigite iſtos vulticulos *t*: an non eſtis juſſi cogitationes omnes literatas apud Muſea *u* deponere? Lup. Cogitationes noſtræ literariæ ſunt adeò illiteratæ, ut eas Muſæ, quæ ſunt in Muſeo, reſpuant *x*. Ma. Salvete. Vald. Salus eſt dubia *y*; quando ad acies & pugnas vocamini, & quidem, quibus reges ſint interfuturi. Tam. Eſte bono animo: crumenæ impetuntur, non jugula *z*. Lupi. Crumena pleriſque eſt pro jugulo, pecunia pro ſanguine ac ſpiritu, velut iſtis Caribus *a*, quorum vitæ contemtus inſtrumentum eſt regibus ad exercendos ſuos furores. Manr. Nolo ego eſſe

s *præceptori ſevero.*

t *vultus parvos, paulò mœſtiores.*

u *μουσεῖον locus Muſarum, quæ ſtudiis praeeſſe finguntur: locus ſtudii. Dicitur etiam, ubi Muſas colebant gentiles. Muſa autem à μῶσαι, id eſt, inquirere. Inquiſitio enim eſt via ad doctrinam.*

x *q.d. idcirco non depoſuimus, ſed nobiſcum ſervavimus.*

y *Jocatur, quaſi ſalus periclitanda ſit in certamine inſtante.*

z *non petetur jugulum, ut, elapsâ animâ ſit mors metuenda.*

a *Cares ſunt ῥιψοκίνδυνοι ſervi, qui viles animas vili lucro addictas habent venales. nomen gentile cœpit eſſe infame, quod Cares primi in bellis operā locarint, plerique ſervuli*

esse actor in hac fabula, sed spectator. TAM. Qui sic? MAN. Quia sum infortunatissimus, semper à ludo discedo victus & spoliat⁹. TAM. Scis, quid dicunt proverbio aleatores? ibi quærendā esse togam, ubi amiseris. MANRIC. Verum, sed periculum est, ne, dum togam amissam quæro, perdam & tunicam & interulam. TAM. Accidit quidem hoc non rarò: sed, qui non periclitatur, non ditescit. MANR. Ea est metallicidarum *b* sententia. TAM. Imò etiam Jani medii *c* Antverpiensis. VALD. Rectè habet: non possumus nisi quatuor lu- *III. Lusus.*

servuli contemti essent. Cares barbari erant moribus, institutis, lingua. unde sunt proverbia cum Care Carizas, In Care periculum. *Est autem Caria in Asia minore inter Lyciam & Ioniam. olim Sami incola fuerunt* Strab.l.14.

b *qui metalla caduunt*, Die mit bergwerck ümbgehen.

c *Janus medius dicitur basilica conventus mercatorū. Gallus vertit* mais aussi celle des marchans de la bourse d'Anvers, *i. e. sed etiam illa mercatorum basilica Antverpiensis. usitatum jam est bursa nomen pro sodalitio, cœtu, manipulo. Cœpit autem ab ampla domo, quæ Brugis Flandrorum crumena signo notata fuit: tanquam mercaturæ symbolo.* bürse *autem est à* βύρσα *pellis, unde loculi seu sacculi numarii fiunt. Quid autem Janus medius? Janus erat Romæ locus, ubi fœneratores versabantur; quia ibi Jani simulacra posita visebantur. Turnebus advers. lib. 6. cap. 10. scribit:* In fori Romani regione legimus fuisse templum, & prope puteal Janos duos, celebrem mercatorum locum, auctore P. Victore. *Transitio quædam erat ad Puteal Libonis.* Ovid. 2. Fast. Horat. l. 2. sat. 3. & 1. epist. 1. Cic. lib. 2. offic.

dere, sumus quinque, sortiemur, quis erit *d* aliorum spectator. MAN. Ego ero sine sortitione. VALD. Nihil tale, nulli est facienda injuria: non cujusquam voluntas id decernet, sed sors: cui primus rex obtigerit; sedebit otiosus spectator, &, si quid inciderit controversiæ, judex. LUPI. Ecce vobis fasciculos duos foliorum integros: alter est Hispaniensis, alter Gallicus. VALD. Hispaniensis hic non videtur justus †. LUPI. Quid ita? VAL. Quoniam desunt decades. LUPI. Non solent illi habere, ut Gallici. Chartæ enim Hispanæ *e*, quemadmodum & Gallicæ, in quatuor sunt genera seu familias divisæ. Hispanæ habent aureos numos, carchesia, baculos, enses. Gallicæ, corda, rhombulos *f*, trifolia, vomerculos *g* seu palas seu spicula: est in quaque familia rex, regina, eques, monas *h*, dyas, trias, quater-

d *i.e. futurus sit. Sedit aliquando eleganter in scriptoribus tersis indicandi modus pro eo subjungendi: ut in formula,* Scio, quid ago. *Plaut. Aul.* 2.1. Scio, quid dictura es. † *i.e. integer, plenus.*

e *in Hispania usitatæ. Hispanus alioquin est in Hispania ortus. Hispaniensis, qui ibi versatur & negociatur.*

f rauten/ *ut in fenestris, tessellæ vitreæ, figura quadrata, fortè à rutæ foliis.*

g *parvulos vomeres.*

h μονὰς *est unitas,* δυὰς *binarius,* τριὰς *ternarius, quaternio* τετρὰς, πεντὰς *quinarius, senio* ἑξὰς, ἑπτὰς *septenarius,* ὀγδοὰς *octonarius,* ἐννεὰς *novenarius. Est etiam in hac vanitate aliquid arithmetici arcani. Unitas vincit omnia, ut principium numeri: binarius proximus est, qui gignit quater* intra

quaternio, pentas, ſenio, heptas, ogdoas, enneas. Gallicæ habent etiam decades *i*, & Hiſpanis aurei & carcheſia *i* potiora ſunt: pauciora contrà enſes & baculi. Gallis autem plura ſunt ſemper meliora. Cast. Quo luſu ludemus? Vald. Triumpho Hiſpanico, & diſtributor retinebit ſibi indicem chartam, ſi ſit monas aut imago humana. Manr. Sciamus *k* jam, quis erit ludo excluſus. Tam. Probè

 mones,

intra denarium non autem gignitur ab alio numero: ternarius non gignitur ſc. exactè à binario, & intra 10. *gignit bis: quaternarius gignitur à binario, & ſemel gignit per ſe: intra denarium: quinarius non gignitur & ſemel gignit: ſenarius gignitur à binario & ternario ſed non gignit: ſeptenarius nec gignitur nec gignit. Ideo habet privilegium ſingulare in numeris. octonarius gignitur à binario quadruplicato, & non gignit: novenarius gignitur à ternario & non gignit. intellige ſemper intra denarium. Hinc collige valorem chartarum: quare ſcilicet minores ſint valentiores, & pentas dicatur* fauler hund */ ſenio* vabſt */ heptas* böſe ſieben / *ogdoas & enneas liberæ chartæ. Sed pro arbitrio luſorum aliquando mutatur precium; ut apud eos, qui enn adas rubras rhomborum & cordium principes in ludo eſſe volunt.* farnöffel *vocant ruſticum, cui præcipua dignitas, tanquam omnium altori in gloriam agriculturæ. Alioqui* farnöffel *eſt ramex, puto à carnis apertione. Monada vocamus* ein eß *Belgæ* acs *ex Gallico* as *vel* ais, *quod eſt ab aſſis, aſſula. In teſſerario ludo eſt* canis, *facies talorum, quæ unum punctum continet. De talis & teſſeris agit Turnebus adverſ. l.* 6. *cap.* 10. *& Iſaacus Caſaubonus in Sueton. Auguſt. c.* 71. *Iſta legat, ſi quis ſcire avet. quæ quidem noſſe quàm exercere ſatius fuerit; etſi longè rectiùs utiliora, quæ veram ſapientiam & virtutem augeant.* i *figuras illorum poculorum, de quibus ſuprà.* k *i.e. ſtatuamus, cognoſcamus, demus operam, ut ſciamus.*

mones, cedo folia: hoc est tuum, hoc istius, hoc Lupiani: tu es judex. VALD. Malim te mihi judicem, quàm collusorem. LUPI. Bona verba. Cur isthuc quæso? VALD. Quia es in ludendo admodum vafer & cavillator: tum ajunt, te artem tenere componendi *l* folia, ut tibi expediat. LU. Non habet fraudem mea lusio: sed imperitiæ tuæ industria mea videtur impostura *m*: quod ferè ignaris contingit. Cæterùm *n*, quî tibi placet Castellus? qui simul ac lucratus est pauxillum pecuniæ, deserit collusores. TAM. Eludere *o* est hoc quidem potiùs, quàm ludere. VALD. Levius hoc malum. nam, si vincatur, affixus erit ludo, clavo plùs quàm trabali *p*. TAM. Sed lusuri sumus bini,

l *componere taxillos* die würfel knüpfen/ *h.e ita artificiosè & callidè digitis eos complecti & jungere, ut ad numerum cadant ex arbitrio. Ita componere chartas est eas colligendo sic ordinare & digerere, etiam tollendo moderari, ut tibi in distributione accidant, quas voles.*

m *techna, deceptio.* Imponere alicui (*subaudiendo fraudem*) *est decipere. aut imponere ex mercatorum more est, ubi merces falsa pro veris supponuntur: sicut* ἐπίθετα *commentitia vocant Græci. aut imponere erit ut Græcis* ἐπιτίθεσθαι *aggredi, invadere.*

n *Est vocula continuationis ut nobis* ferner.

o *ludificari, quum ludendo viceris, & nolle iterare lusum aut pugnam, ne vinci possis.*

p clavi trabales erant grandes, quibus trabes configuntur. *Turneb. adv. l.* 9. *c.* 14. Trabs verò propriè dicitur duo ligna compacta, *Cic. Verr.* 7 beneficium trabali clavo figere; *ubi Gothofr.* Trabalis clavus firmus & validus. *Ergo est memoriam beneficii indelebilem*

statuere

bini, duo contra duos, quomodo erimus cõparati *q*? VALD. Ego ludi hujus insciens, adhærebo tibi Castello, quem audio esse callentissimum *r*. TAM. Adde etiam callidissimum *s*. CAS. Non est hic opus electionibus: sorti *t* sunt committenda omnia: quibus obvenerint plura puncta *u*, adversus eos pugnabunt, quibus pauciora. VAL. Esto ita, assigna *x* folia.

statuere velle. Aliud autem erat clavus annalis; de quo Festus. Clavus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. *ut Livius ait*: Lex vetusta est priscis literis verbisq; scripta, ut, qui prætor maximus sit, idibus Septembris clavum pangat. *Postea ad dictatores, quia majus imperiũ erat, solenne clavi transfigendi translatum est. Mos erat rudis seculi: at cultius factum annos per consules numeravit. Jac. Durant. Casell. Variar. l.1.c.5.*

q separet/*consociati, conjuncti: ut Plaut. Asin.* comparare labella cum labellis. *sicut* comparem meum *pro socium meum, in re aut munere; & conjuges compares dicimus.*

r *i.e. peritissimum.* calleo *propriè est in callum duresco: deinde firmiter teneo, quasi callosa mente.*

s *Callidus, qui callum sibi usu artis induxit: ut versutus, vel quia sæpe versus, vel potiùs se multum vertere potest.*

t *casui.*

u *i.e. quorum charta plus valuerint, plus fecerint. Dictum est per similitudinem à veteri more suffragiorum ferendorum, quæ scil. non scribebant, sed puncto notabant. Tabella enim circumferebatur, in qua propositis candidatorum nominibus punctum asscribebat ei, cui favebat elector.*

x *attribue cuilibet.*

lia. MAN. Ut optaveram, ego & Castellus ab eadem stamus parte, contrarias tuentur partes Valdaura & Tamayus. VA. Sedeamus, uti solemus, decussatè *y*: da mihi illam sellam reclinatoriam *z*, ut quietiùs perdam. TAM. Appone scabella, assideamus jam: sortire, cujus sint primæ partes. VALD. Meæ sunt, distribue tu, Castelle. CA. Quomodo? à sinistra in dexteram, more Belgico? an contrà, Hispano more, à dextra ad sinistram? VALD. Hoc more, quoniam ludo Hispanorum utimur: & rejecistin' decades *a*? CAST. Etiam, quot folia dabo singulis? MA. Novena *b*. Sed quænam erit sponsio *c*? VA. Terni in singulas manus *d* denarii*, cum geminatione sponsionis.

y *in modum crucis ut X,* creutzweise/κατὰ χιασμὸν *Decussare est in formam literæ X dividere, quod idem Græcis* χιάζειν, *qui litera* χ *Græcis est, ut X Latinis. Decussis autem propriè sunt decem asses, deinde denarius sive decas. Decussis est etiam pro decussatione Vitruvio. Gall. vertit* en croix Bourguignonné. *aliter scribunt* Bourgongné. *q.d. in cruce Burgundica. aliter crux s. Andreæ dicitur. Vocatur etiam* crux enormis *vel* anormis.

z *in quo dorsum reclinare & commodiùs sedere queam. vox est analogicè facta, ut* ἀνακλιτικὸς *Græcis; quib' hujusmodi sella est* κλιντὴρ, δίφρος ἀνακλιτός.

a die zehen. *Gall.* les dix. b *i.e. singulis novem.*

c was solls gelten: *quid deponetur? Sponsio dicitur omnis stipulatio promissióq; . Virg. dixit,*

——— Dic, quo pignore certes.

d *i.e ictus qui fiunt manu,* auf ein jeden aufschlag. *Ita gladiatorum primæ, secundæ &c. manus dicuntur, quoties congrediuntur,* der erste, ander gang. Quintil. l. 5. 13.

Possunt

nis *e*. CAS. Sensim *f*, mi Manrice, nimiùm properas: non esset is lusus, sed furor, ubi tantum pecuniæ veniret in periculum: quomodo tu posses oblectari in anxietate illa, ne tot numi tibi pereant? denarii singuli sufficient, & auctus *g* sponsionis erit dimidii, nempe assium quinque. VAL. Rectè consulis: ita nec nihil *h* ludemus (quod est insipidum *i*) nec, quod doleat*; quod est acerbum. CA. Habetis singuli novena folia? cordium est familia dominatrix *k*, & hæc regina est mea. VA. Nescio, quàm felix est omen hoc: certè est verissi-

Possunt etiam secundæ, tertiæ &c. manus dici, quando fessis recentes succedunt.

* *moneta est, quæ denos æris sc. numos valebat: eadem decima pars coronati solaris.*

e mit einem gebott. bieten *est precium offerre, item augere adjectione.* Gall. avec de double de la mise du jeu, *i.e. cum duplo ejus, quod in ludum est expensum.*

f thue gemach / *vel cum sensu & meditatione, vel potiùs ad sensum, ut aliquid sentiri possit. Nam, quæ cum mora fiunt, ea sensui imprimi possunt: quæ autem celeriùs, fugiunt sensum. Sic & nos* sinnlich, *Belg.* sinnelick / alleneskens / *q.* all eenskens, *omnia sigillatim, unumquodq; per se: item placidè, moderatè, modicè, opponitur* τῷ *repente, confusè, passim.*

g über gebott / *incrementum Gall.* le creu du jeu, *crementum ludi.*

h *i.e. non ludemus propter nihilum, incassum: vel nihilo* nicht umbsonst / *Gall* ne jouerons pas pour rien, *Sic dicimus ludere ludum, ludere aleam.* i *ingratum, tædiosum.* * *i.e. nec ob id, quod dolorem afferat.*

k gewehlet / *electa, tanquam quæ præcipuè in jactibus sit valitura.*

rissimum, dominari vulgò corda fœminarum *l*. CAS. Desine speculationes *m*: responde ad hoc, augeo sponsionem. VAL. Ludum habeo dissipatum *n*, & malè cohærentem *o*: cedo tibi *p*. TAM. Et ego item: distribue tu, Manrice. VA. Quid agis? non vertis chartam indicem *q*? MAN. Volo priùs meas computare, ne plures aut pauciores acceperim. VA. Unam habes plus justo. MAN. Deponam. VA. Non est ea lex lusus, sed, ut vicem tuam amittas *r* distribuendi, & transeat ad sequentem: cedo folia. MANR. Non faciam, quandoquidem nondum protuli indicem? VA. Imò facies per Deum *s*. CAS. Apage *t*, quid

Contentio.

l *i.e. animos fœminarum communiter regnare: quia in earum potestate sunt etiam potentes viri.*

m *i.e. intermitte, relinque. Sicut Suetonius in Tiber. c.*36. Mathematicis deprecantibus, ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. *Ita Apul. met. l.*4. fletum desinere *lib.*5. lugubres voces desinite. *Item* luctum desine & pone mœrorem. *Et ipse Cicero ad Marium lib.*7.1. Libenter artem desinerem.

n *in diversas familias seu species nimium disjectum. Dissipare est in diversa* sipare.

o *ex generibus non congruentibus.*

p ich gebe auf. *Sine certamine me victum fateor.*

q *quæ ostendit familiam dominatricem, quæ scilicet in quolibet lusu principatum habeat.*

r *partes tuas non habeas.*

s *mos lusorum, temere jurare. quod meritò mox reprehenditur.*

t *ἄπαγε Græcum est: sed Latino usui traditum. ἀπάγω est abduco: & ἀμειβόβάτως abeo. Græcis aliquando ἄπαγε absolutè,*

quid tibi venit in mentem, mi Valdaura? Jusjurandum admiſces rebus leviſſimis, quod vix graviſſimis rebus adhiberi convenit. MANR. Quid tu dicis, judex *u*? LUPI. Profectò ignoro, quid ſit in eo facto ſtatuendum. MANRIC. Qualem judicem nobis præfecimus ſine judicio, ducem ſine oculis *x*? VALD. Quid ergo fiet? MANR. Quid tandem, niſi ut mittamus Lutetiam, qui hac de re afferat nobis aliquod ſenatusconſultum *y*? CAS. Miſce omnia, & rurſum impartire. TAM. O qualem *z* ludum mitto de manibus *a*. non obveniet mihi hodie ſimilis. CA. Miſce probè iſthæc folia, & præbeto ſingulis attentiùs. VAL. Rurſum augeo ſponſionem. TAM. Num non prædixi, non habiturum me hodie in manibus ludum illi parem? ſemper ſum infortunatiſſimus *b*: cur ergo ludum vel aſpicio oculis? CAS. Hoc verò non eſt ludere, ſed ſe affligtare: hoc eſt refici & recreari animum, ita concitari?

abſolutè, aliquando cum genitivo aut accuſativo ponitur. Latini dicunt, abscede, facesſe, aufer te hinc. *noſtrum* packe dich *ex* apage *ductum videri poſſit. Sed* packen *nobis eſt ſarcinam colligere.*

u *Lupianus enim antè judex certaminis eligebatur.*

x *quia ſe ajebat neſcire, quid ſtatueret.*

y *Quaſi academico reſponſo opus ſit, aut potiùs judicio curiæ ſupremæ, quod* parlement *vocant, quaſi colloquium, curam colloquii, τῦ παρλαλεῖν.*

z *quàm bonum.*

a *i.e. emitto, diſtribuo aliis, non mihi.*

b *infeliciſſimus luſor.*

ri? ludum oportet esse ludum *c*, non molestiam. MAN. Sustine paulisper, ne abjicias folia, nam est panicum *d*. VAL. Responde igitur, an recipias. MANR. Recipio, & rursum augeo. VALD. Quid tu speras me ferocibus tuis verbis protelare *e*? non concedo. MANR. Effare tandem semel, & expeditè *f*, admittísne? VALD. Etiam, & quidem libentissimè: & animus instigat me tali ludo majore precio *g* certare. sed istud inter amicos sufficit. TAM. Quid verò me non computatis inter vivos? adeò nulla est mei mentio? CAS. Quid igitur tu ad hæc, homo fœnee *h*? TAM. Ego verò

c *i.e. animi laxamentum.*

d *i.e. vanus timor.* πανικὸν *sc.* δεῖμα, *limfaticus pavor. Interdum substantivum additur, ut* πανικὸς φόβος, θόρυβος, πανικὸν δεῖμα. *Apud stultos gentiles Pan pastorum numen, semicaper, subitos pavores immittere credebatur, quorum causa ignoraretur.*

e *Terent. Phorm. 1. 4.* Hem istuc serva, & verbum verbo, par pari ut respondeas, Ne te iratus suis sævis dictis protelet. *Ibi Donatus à* πρὸ ἐλεῖν dictum est, quod est ante trahere. Alii ab assiduo telorum jactu existimant dici, ut Lucretius, Undique protelo plagarum continuato, hoc est, tenore. Protelet, protrahat, præveniat, exagitet. *Certè* protelum *est continuatio & tenor. item incitamentum & impulsio. Gloss.* *protelum* ζεύγλαμπρον *vel* ἔξαμπρον, *i. e.* ζεύγλης ἄμπρευμα. *Plinio* protela boum. Protelo ducere *est promovere & protrahere. Turn. l. 24. 42. Malim à* pro *&* telũ *ex* τῆλε. f *liberè, ut qui pedes irretitos non habet: liquidò, non impeditè.* g *plus deponendo in certamen.*

h *i.e. vilis ut fœnum est, vel brutus & stupidus, agrestis.*

verò augeo mea ex parte depositum. MANR. Quid tu dicis, Castelle? CAS. Nunc me consulis, posteaquam tua opera *i* depositum *k* crevit immensum: ego incrementum hoc nō auderem hoc meo ludo sustinere *l*. VALD. Responde affirmatè *m*. CAST. Non habeo, quod sic respondeam, sed valdè ambiguè & dubitanter, & cunctabundè, & timidè, & diffidenter *n*: éstne sic satis expressé dictum? MA. Deum immortalem *o*, quanta copia! non tā densa nuper cadebat grando. Sed quæso te, periclitemur *p* paulisper. CAS. Experiamur, quando

gressis. Fœnea erant simulacra ex fœno, quæ fiebant ad irritandos in spectaculis tauros. Cicer. 2. de orat. fœnum esse *dixit eos* oratores, *qui victitarent quasi pecudes, atq; ideo boarent potiùs quàm orarent. Gall. vertit* homme de neant *homo nihili, Sax.* döġenit/ der nicht taug/ tugenichts/ *suprà titivillitium.* i per te.

k *id quod victor auferet, pignus,* die wettinge. *Gall.* le gage du jeu *pignus ludi.* wetten (*propiùs ad originem Saxones* wedden) *est decertare precio, spondere, vadimoniū constituere Est enim à* vade.

l *i.e. defendere & tueri, quo minùs periret, sustinere. est sursum tenere, alioqui lapsura.*

m *i.e. certò,* bei hoher wahrheit. *Cic. 1. Offic. dixit,* aliquid teste Deo affirmatè promittere. *aliter legitur affirmativè.*

n timidè & diffidenter *aliquid* attingere *Cic. pro Cluent.*

o *sub.* per *vel* imploro. *Sed vitandus est temerarius usus nominis Dei.*

p *periculum non est tantùm* κίνδυνος *discrimen, sed etiam experimentum* πεῖρα; *quia ferè, quæ tentamus,* cum

quando ita tibi placet: à me verò ne speraris magnam opem. MAN. Feres tamen, quas poteris, suppetias *q*. CAST. Nihil necesse id habes admonere. MAN. Planè victi sumus. TAM. Vicimus *r* denarios quatuor: misce. VALD. Addo asses quinque. CAS. Nescio, an cedam: nam scio me certè victum iri. TAM. Rursum alteros quinque. CAS. Quid tu ad hanc provocationem *s* dicis? MAN. Quid dicam? fugio. CAST. Tu perdidisti proximum ludum, sine me hunc arbitratu meo perdere. Sentio, me esse inferiorem: sed sustinendum est, quã diu aliquid videro superesse virium. VALD. Quid ergo dicis? recusas? CAST. Non, imò addico *t*. TAM. Tu Valdaura, non nosti hunc Castellum: superiorem habet ludum tuo. sed ita solet callidos provocatores illectare *u* in suum rete. Vide, ne quò progrediaris temere, ubi tenearis irretitus. VALD. Divûm fidem, quomodo potuisti divinare, folium mihi postremum

cum periculo juncta sunt. Inde periclitari *est experiri, facere periculum*, ein versuch thun.

q *Suppetere est sufficere, abundare: inde suppetiã, auxilium ejus, cui suppetit.*

r *i.e. lucrati sumus, obtinuimus certando*, wir haben gewonnen. *Loquitur, ut Plinius lib.* 10, Olympia vincere, *& Cic. pro Quint.* sponsione vincere. *Apul. etiam in participio servat eum casum, quum in Flor. ait:* Non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes judices victus.

s *sponsionem* wettunge.

t *i.e. tibi auferendum permitto, & trado verbo.*

u *plurimùm illicere.*

ſtremum reſtare hujus nationis? CAS. Novi omnia folia. VALD. Non omnino iſthuc incredibile. CAS. Ita planè novi à facie *x*. VA. Forſitan etiam à tergo. CAST. Nimiùm ſuſpicioſus es. VALD. Tu me facis: eat *y* hoc cum tua bona venia. TAM. Diſſpiciamus, num quæ ſint chartæ averſæ *z* maculatæ, unde poſſint noſcitari. VALD. Faciamus, quæſo, nos ludendi finem: angit me hic ludus, tam infeliciter cedendo. CAST. Ubi voles: ſed fortaſſe non in ludo eſt vitium, ſed in tua imperitia, qui neſcis ludum ſcienter ad victoriam accõmodare, ſed jacis folia absque arte, ut ſors tulerit, ratus, nihil intereſſe, quid priùs, quid poſteriùs mittas, quid quo loco ſis jacturus. TA. Omnium rerum eſt ſatietas, etiam voluptatum: & ego defeſſus ſum jam ſedendo. aſſurgamus aliquantisper. LUPI. Cape teſtudinem hanc, & aliquid nobis cantilla. TAM. Quid tandem? LUPI. De ludo quippiam. TAM. Carmen Vergilii? LUPI. Iſthuc ipſum: aut, ſi mavis, Vivis noſtri, ꝙ ille nuper canebat deambulans in pomœrio Brugenſi. VALD. Anſerina *a* voce. LUPI. Cane tu olorina *b*. TAM. Deus

IV. Finis ludi.

x *parte, quæ eſt inſcripta, qua tanquam facie noſcitur charta. Aliàs dicitur* à fronte. A fronte & a tergo *videre, eſt diligenter inſpicere.*

y *toleretur, transeat.* Ire *interdum eſt ſuccedere*. *Cic. Ad Att.* Incipit res meliùs ire, quàm putaram.

z *in tergo. Gall.* au dos, *in dorſo. adverſa & averſa pars opponuntur.*

a *inſuavi.* b *ſuavi.*

Deus meliora: nam olor non canit, nisi fato c jam urgente d.

Ludunt & pueri, ludunt juvenesq; senesq; e:
Ingenium, gravitas, cani. prudentia, ludus f.
Denique mortalis, sola virtute remota,
Quid nisi nugatrix, et vana est fabula vita?

VALD. Possum vobis confirmare, esse carmen bene expressum g, tanquam ex spongia arida. LUPI. Tanta cum difficultate componit carmen? VALD. Magna, sive quòd rarò, sive quòd non libéter, sivè quòd aliò fert eum ingenii pronitas.

c *morte. Fatum mors est, quia nihil tam fatale homini, quàm mors est: unde & ipse mortalis.* Hinc fato concedere, fungi fato, *i. e. mori. Sic etiam Græcis est* μόρος, portio, portio fatalis, mors.

d *i. e. instante. Quæ enim instant, urgent, h. e. impellunt. Nam, instante morte, dulcius canere cygnus dicitur.*

e *omnis ætas lusum amat.*

f *omnis humana excellentia est ludus seu res inanis: sola virtute excepta.*

g *cum quadam vi & difficultate elicitum.*

SENTENTIÆ.

1. Hominis est non facere vitam suã ludum, sed ea semper meditari, quæ conferant ad sapientiam & virtutem.

2. Animum rebus seriis fessum ludo, sed honesto & moderato, recreare licet.

3. Alii alia ut studiorum seriorum ita & ludorum genera amant, nec voto vivitur uno.

4. Non sunt omnia in propatulo agenda, quæ

quæ sunt concessa. nam sapienti cavenda est levitatis suspicio.

5. *Fugiendi sunt rixosi & calumniatores.*

6. *Rimosi homines ad colendas familiaritates sunt inepti.*

7. *Improbum est bona alicujus tacere & defectus traducere.*

8. *Quàm dissimili vivunt homines conditione! ut meritò Deo gratias agamus, si nobis honestus, etsi tenuis, locus obtingat, in quo Deo serviamus & hominibus.*

9. *Etiam ludi habent aliquid seriæ sapiëtiæ, si finis & ratio earum diligentiùs inspiciantur.*

10. *Fraus ab omni actione abesse debet. Serius enim candor homines decet.*

11. *Sui quisq; officii tuebitur dignitatem.*

12. *Stultum est velle regere integras diciones, & regi ab insana muliercula.*

13. *Jusjurandum leve & temerarium est fugiendum: & nunquã, nisi in rebus gravissimis, adhibendum.*

14. *Judex sine judicio est dux sine oculo.*

15. *Ludum oportet esse ludum, non molestiam.*

16. *Nihil tam vile est in rebus humanis, quod non aliquam artem & industriam poscat. De fœno Græco ait Plinius*, quantò pejùs tractatur, tantò provenire meliùs. Mirum dictu, esse aliquid, cui prosit negligentia! *lib. 18. c. 16.*

17. *Ut artium ita ingeniorum sunt differentiæ.*

18. Pronitas ingenii, si recta sit, sequenda est.

DIALOGUS XXII.
Leges ludi.

Varius *a* dialogus de urbe Valentia *b*.

¶ *Primò de Lutetia agitur, deinde transitur ad describendam Valentiam: & tertiò eximiæ ponuntur leges de ludis.*

Borgia, Scintilla, Cabanillius.*

1. De Lutetia. BORGIA. Unde tu jam nobis, Scintilla jucundissime? SCIN. Lutetia. BORG. Qua tandem Lutetia? SCI. Qua tandem quæris? quasi sint multæ? BOR. Etiamsi sit unica; ea quænam sit, ignoro, aut ubi sita. SCI. Lutetia Parisiorum. BOR. Parisios nominari audieram, & quidem sæpe, Lutetiam nunquam. est

a *miscellaneus, de multis rebus, tanquam* στρωματεύς.
b *urbs est Hispaniæ, patria nostri.*
* borg (*Italis* borgo) *est castrum, arx; à* bergen/ *tutum servare, sive à* πύργος. *Est etiam* burg *oppidum, urbs, unde* burger. kaban *est gurgustium, casa. Etiam Gallis* cabane. *Scintilla est à re viri nomen, ut Dolabella. Cæterùm nomina hæc ex honoratis familiis in urbe Valentia sunt sumta. Ita Scintillæ domum commendat ab Olivano comite. Præfecturam urbis Cabanilliæ familiæ hæreditariam fuisse meminit.*

ergo Lutetia *a*, quos nos Parisios *b* dicimus? Ea igitur est causa, cur tu tam diu nulli es visus Valentiæ, & potissimùm in sphæristerio *c* nobilitatis? SCI. Alia ego vidi sphæristeria Lutetiæ, alia gymnasia, alios ludos, longè istis vestris utiliores ac præstantiores. BOR. Ecquos quæso? SCI. Triginta gymnasia plùs minùs in Academia *d* illa, omni eruditionis, scientiæ & sapientiæ genere referta: doctos præceptores, juventutem studiosissimam, & optimè moratam. BOR. Vulgus scilicet hominum. SCIN. Quid tandem vocas vulgus? BOR. Fæcem plebis, filios sutorum, textorum, tonsorum, fullonum *e*, & ejusmodi artificum atque operariorum. SCIN. Vos hìc, ut video, ex vestra hac civitate metimini orbem universum, & eosdem tota Europa existimatis esse mores, quos hìc: dico, juventutem illic esse frequentissimam principum, procerum nobilium, & hominum locupletissimorum, non ex Gallia modò, sed ex Germania, Italia, Britannia, Hispania, Belgica, admirabiliter addictam studiis litera-

a *Ptolemæo Lucotecia, Cæsari Lutetia, Juliano Leucetia, Marcellino castellum Parisiorum.* Urbs *Galliæ primaria est, regia sede, academia & emporio clara.*

b *urbs & cives Parisii dicuntur.*

c *loco τῦ σφαιρίζειν, i.e. pilâ ludendi, ubi ea excipitur & remittitur.*

d *Academia, schola omnem sapientiæ perfectionem complexa. Ita dicebatur locus Athenis ab Academo quodam, qui eum consecravit. aliter & Echedemus vocatur.*

e *quales* naccas *dicit Apul. l. 9. ex νάκη* vellus.

terarum, parentem institutorum praeceptis & jussis: quorum mores non simplici tantùm admonitu formentur, sed acri reprehensione, quum est opus, etiam castigatione, plagis, verberibus: quae omnia accipiuntur & perferuntur animis moderatissimis, & vultu modestissimo. CAB. Audivi saepenumero ejusmodi narrari mihi, quum agerem in Gallia legatus Ferdinandi regis. Sed omitte quaeso nunc ista:
II. De Valentia. aut differ aliud in tempus: vides nos esse in ludo miraculi, cui est proximum Carrossorũ †: hoc age, de pila sit jam sermo, oblectandi nostri gratia. SCIN. Amabò, ne assideamus, sed deambulantes colloquamur, quae fuerit collibitum*: qua ibimus? hácne per divi Stephani *e*, an illac ad portam regalem, & visemus in regia Ferdinandum ducem Calabriae *f*? CA. Ne fortè optimi principis interpellemus studia sapientiae. BORG. Praestabit mulas accersere, ut vehentes loquamur. CAB. Ne amittamus quaeso usum pedum & crurum. tempus est sudum ac serenum; & aura frigidiuscula: satius erit pedestres quàm equestres incedere. BOR. Eamus hac igitur per divi Johannis Hospitalis *g*, ad vicum marinum. CAB. Spectabimus obiter decoras formas. BOR. Apage, pedestres? erit dedecori. SCINT. Majori est mea

† *loca signat.* * *sc. loqui.* e *sc. adem.*
f *quae est regio Italia.*
g *Johannitarum domum, qui patronum habent Johannem euangelistam. Rhodii equites dicuntur.*

mea sententia dedecori, viros pendere de judicio puellarum rudium atque ineptarũ. CA. Vísne, ut rectà eamus per plateam ficus & divæ Teclæ *h*? SCI. Nõn, sed per vicum taberne gallinaceæ. nam in eo vico cupio videre ædes, in quibus natus est Vives meus. sunt enim, ut accepi, descendentibus ad sinistram postremæ in vico: & invisam eadem opera sorores ejus. BORG. Omitte nunc visitationes muliebres: si mulierem vis alloqui, eamus potiùs ad Angelam Zabatam, cum qua erunt confabulationes literatæ. CABA. Utinam, si id cupitis, adesset Marchiona Zeneti. SCINT. Si vera sunt, quæ de illa, quum essem in Gallia, audivi, majus est id argumentum, quàm ut de illo tractari leviter, & ab aliud agentibus vel possit, vel debeat. BOR. Ascendemus ad divi Martini, an descẽdemus per vicum Vallesii, ad plateã villæ rasæ? CAB. Hac, inde ad sphæristerium Barzii, seu mavis Masconorum. BOR. In Gallia habetísne ad hunc modum ludos in publico? SCIN. De aliis Galliæ urbibus non possem tibi respondere: Lutetiæ, scio, nullum esse: sed in privato multa, velut in suburbiis divi Jacobi, divi Marcelli, divi Germani. CAB. Et in ipsa civitate famosissimum, quod vocant Bracchæ. BOR. Luditur eadem

Aa 3 illic

h *Euphemia, Dorothea, Tecla & Erasma virgines martyres fuerunt, Aquileja tempore Neronis.* catal. sanct. lib. 8. cap. 29. *Alia Tecla virgo & martyr Iconii passa.* Vide ibid. c. 110.

terarum, parentem institutorum præceptis & jussis: quorum mores non simplici tantùm admonitu formentur, sed acri reprehensione, quum est opus, etiam castigatione, plagis, verberibus: quæ omnia accipiuntur & perferuntur animis moderatissimis, & vultu modestissimo. CAB. Audivi sæpenumero ejusmodi narrari mihi, quum agerem in Gallia legatus Ferdinandi regis. Sed omitte quæso nunc ista: aut differ aliud in tempus: vides nos esse in ludo miraculi, cui est proximum Carrossorũ †: hoc age, de pila sit jam sermo, oblectandi nostri gratia. SCIN. Amabò, ne assideamus, sed deambulantes colloquamur, quæ fuerit collibitum*: qua ibimus? hácne per divi Stephani *e*, an illac ad portam regalem, & visemus in regia Ferdinandum ducem Calabriæ *f*? CA. Ne fortè optimi principis interpellemus studia sapientiæ. BORG. Præstabit mulas accersere, ut vehentes loquamur. CAB. Ne amittamus quæso usum pedum & crurum. tempus est sudum ac serenum; & aura frigidiuscula: satius erit pedestres quàm equestres incedere. BOR. Eamus hac igitur per divi Johannis Hospitalis *g*, ad vicum marinum. CAB. Spectabimus obiter decoras formas. BOR. Apage, pedestres? erit dedecori. SCINT. Majori est

II. De Valentia.

mea

† *loca signat.* * *sc. loqui.* e *sc. ædem.*
f *quæ est regio Italiæ.*
g *Johannitarum domum, qui patronum habent Johannem euangelistam. Rhodii equites dicuntur.*

mea ſententia dedecori, viros pendere de judicio puellarum rudium atque ineptarũ. C A. Vísne, ut rectà eamus per plateam ficus & divæ Teclæ *h*? SCI. Nõn, ſed per vicum tabernę gallinaceæ. nam in eo vico cupio videre ædes, in quibus natus eſt Vives meus. ſunt enim, ut accepi, deſcendentibus ad ſiniſtram poſtremæ in vico: & inviſam eadem opera ſorores ejus. BORG. Omitte nunc viſitationes muliebres: ſi mulierem vis alloqui, eamus potiùs ad Angelam Zabatam, cum qua erunt confabulationes literatæ. CABA. Utinam, ſi id cupitis, adeſſet Marchiona Zeneti. SCINT. Si vera ſunt, quæ de illa, quum eſſem in Gallia, audivi, majus eſt id argumentum, quàm ut de illo tractari leviter, & ab aliud agentibus vel poſſit, vel debeat. BOR. Aſcendemus ad divi Martini, an deſcẽdemus per vicum Valleſii, ad plateã villæ raſæ? CAB. Hac, inde ad ſphæriſterium Barzii, ſeu mavis Maſconorum. BOR. In Gallia habetíſne ad hunc modum ludos in publico? SCIN. De aliis Galliæ urbibus non poſſem tibi reſpondere: Lutetiæ, ſcio, nullum eſſe: ſed in privato multa, velut in ſuburbiis divi Jacobi, divi Marcelli, divi Germani. CAB. Et in ipſa civitate famoſiſſimum, quod vocant Bracchæ. BOR. Luditur eadem

h *Euphemia, Dorothea, Tecla & Eraſma virgines martyres fuerunt, Aquileja tempore Neronis.* catal. ſanct. lib. 8. cap. 29. *Alia Tecla virgo & martyr Iconii paſſa.* Vide ibid. c. 110.

illic ratione, qua hîc? Scin. Eadem prorſum: niſi, quòd magiſter ludi præbet illic calceos, & pileos luſorios. Borg. Cujusmodi ſunt? Scin. Calcei ſunt coactilitii *i*. Bor. Non esſent hîc utiles. Cab. Videlicet in via lapidoſa: in Francia verò & Belgica luditur ſuper pavimentum lateribus conſtratum, planum & æquabile. Scin. Pilei ſunt æſtate leviores: in hieme autem craſſi, profundi, cum offendice *k* ſub mento, ne in agitatione vel elabantur ex capite: vel decidant in oculos. Bor. Offendimento hîc nō utimur, niſi quum eſt ventus vehementior: ſed quales habent pilas? Scin. Nullos ferè folles *l*, ut hîc: ſed ſphærulas *m* minores veſtratibus, & multò duriores, ex corio albo: tomentum *n* eſt, non, ut in veſtris, lanugo è pannis tonſa, ſed pili ferè canini: eámque ob cauſam rarò luditur palma. Borg. Quomodo ergo percutiunt pilam? pugno, ut folles?

i *coactilitius, è coacta lana craſſiore factus.* coactilia *Ulpiano,* lanæ coactæ *Plinio.* *Cæſari* ſubcoacta *lib.*3. *bell.civil. Nos* filtze *vocamus, à* πιλητὸς *coactus, denſatus.*

k offendices dicebant ligaturæ nodos, quibus apex retinebatur. id quum perveniſſet ad mentum, dicebant offendimentum. *Feſt.* der knopf am bendel. *Inde ergo dicitur, quòd aliquid offendatur, id eſt incidat & incurrat in aliquid.*

l *follis eſt hic pila, vento inflata per ſiphones, ut follis ſolet. quanquam & veteres folliem pellem dixerint, unde nobis* fell. *Follis pugillatorius dicitur, quòd non palmâ, ſed pugno percutiatur. Turn.adverſ.*26.2.

m *σφαιρίδια, globoſas pilulas.*

n *fartum, id, quo pila corium expletum eſt.*

folles? SCINT. Ne sic quidem, sed reticulo *o*. BORG. Confecto ex filo? SCI. Ex fidibus crassiusculis, quales ferè sunt sextæ *p* in testudine: habent funem tensum, & reliqua, ut hîc in ludis domesticis: sub funem misisse globulum, vitium est seu peccatum. signa sunt bina, seu mavis metas: numeri quaterni, quindecim, triginta, quadraginta quinq;, seu antegressio, æqualitas numerorum: victoria, quæ est duplex, ut quum dicitur, Vicimus signum, & vicimus ludum. Pila autem vel ex volatu remittitur, vel ex primo resultu. ex secundo enim ictus est invalidus, & ibi fit signum, ubi pila est percussa. BOR. Non sunt aliæ lusiones, quàm sphæra? SCIN. In civitate, quot hîc, aut plures; sed inter scholasticos nulla alia permissu magistrorum exercetur: sed interdum clam luditur foliis & aciebus: pueruli talis *q*, nequiores taxillis *r*. Nos institutorem habebamus Anneum, qui obscœno *s* die lusum foliorum

Aa 4 con-

o *instrumentum intentum nervis, quo pila excipitur & remittitur.* Rakette/ *ex Gallico* raquette. *Id tamen ad Germanos referendum videatur, quibus* recken *est distendere, torquere.*

p *quæ sunt crassæ & gravem sonum edunt. Hypate dicitur* der grosse brummer/ *q.* βαρύφθογγος.

q *Gall.* aux garrinons.

r *Gall* aux dez.

s *Freigius exponit, die Saturnaliorum seu Bacchanalium seu hilariorum,* ahn der Faßnacht. *Sed ita semel singulis annis lusus ille permissus esset. id quod non vult noster. obscœnum diem dixit suprà turbidum* ein heßlichen

concedebat: ſed de illo, & in univerſum de luſione omni tulerat ſex leges, quas deſcriptas in tabella appenderat in cubiculo. Bor. Ne graveris, rogo te, & eas nobis referre, quemadmodum alia *t* feciſti. Scin. Pergamus deambulare. nam incredibili teneor deſiderio patriæ aſpiciendæ, tam diu à me non viſæ. Bo. Conſcendamus mulas, ut ambulemus commodiùs, tum etiam honeſtiùs *u*. Sci. Honeſtatem hanc nõ emerim crepitu digitorum *x*. Bor. Ac ne ego quidem, ut verum fatear, manum ob eam moverim: ſed neſcio, quo pacto magis id videtur decere noſtras perſonas. Caba. Iſthuc quidem rectè: ſed ſumus tres, & in anguſtis viis, aut hominum frequentia, disjungeremur: unde neceſſe eſſet vel interrumpi ſermonẽ, vel multa ſemper à noſtrûm aliquo non exaudiri, neque intelligi. Borg. Eſto ſanè ita: pergamus pedeſtres: ingredere per angiportum hunc ad plateam Pegnarogiorum. Sci. Optimè, inde per fabros claviles *y* ad vicum dulciarium, tum ad forum fructuarium. Bor. Quin potius olitorium? Sci. Utrum-

lichen tag. *Sic Gallus interpres* es jours, qui eſtoyent ſales pour la pluye & boue, *i.e. diebus, qui eſſent ſqualidi ob pluviam & lutum.*

t *i.e. de aliis.*

u *pro dignitate noſtra, & viliores videamur.*

x ich gebe kein knipp darumb. *ita vocamus talitrum, recurvi digiti impreſſium & crepitum.* knappen *eſt crepitare.*

y *qui clavos faciunt, vel claves. vox eſt facta.*

trumque est, qui libentiùs oleribus vescuntur, vocent olitorium: qui fructibus, fructuarium. Quæ amplitudo fori? quę descriptio vendentium, & rerum venum expositarum? qui odor ex fructibus? quanta varietas, mundities, nitor? non possunt horti excogitari huic foro pares: quæ autem ædilis nostri & ejus ministrorum solertia & diligentia, ne quis emtor fraude à venditore capiatur? Estne ille, qui mula vehitur, Honoratus Joannius? CABAN. Non, ut arbitror. nam unus ex meis pueris, qui eum modò convénit, reliquit illum abdentem se in bibliothecam suam: qui, si sciret, nos unà esse, non deesset haud dubiè nostro sermoni *z*, & nostris ludis seria sua posthaberet *a*. BOR. Profer tandem leges. SCI. Extricemus nos ab hac turba per plateam divæ Virginis redemtoriæ *b*, ad vicum fumalis *c*, & divi Augustini, ubi minor est frequentia. CAB. Ne discedam⁹ tam procul ab urbis corpore *d*: ascendamus potiùs per vicum crumenarium ad

z *interveniret ei.*

a *loquitur ut ille apud. Virg.*

Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

b *qua non est redemtrix, sed redemtoris mater. Gall.* nostre dame de recouvrance, *vulgò D. Maria reparatrix.*

c *Gall.* à la rue du fourneau. *q. d. ad plateam furni. pessimè hic legebatur in nonnullis* ficum.

d *i. e. substantia. Ita* corpus civitatis *Livius* reip. corpus *Cicero*, collegiorum corpus *Cajus* J*ctus dicit*. *Virg.* toto certatum corpore regni.

ad clivum, inde ad vicum militarem, & ædes familiæ vestræ, Scintilla, cujus parietes lugere adhuc videntur mihi heroëm illum, comitem Olivanum. BOR. Imò, luctu deposito, talem juvenem in tanti senis locum successisse, seriò triumphant. SCI. O quàm juvat intueri curiam, & quadruplex forū, præfecti urbis (quod jam ferè familiæ vestræ Cabanilliæ hæreditarium videtur) civile *e*, criminale *f*, & tercentum solidorum *g*? quæ ædificia? quæ facies urbis? BOR. Nusquam potes rectiùs ferre leges, quàm in foro & curia: ede tandem. Nam de laudibus, seu de admiratione potiùs nostræ civitatis. aliàs dicendi erit locus aptior. SCIN. Prima lex, quando ludendum. Homo propter res serias est conditus, non propter nugas & lusus: lusus autem reperti ad reficiendum animum lassum à seriis. Tunc igitur ludendum, quum animus aut corpus erit defatigatum: nec aliter sumendum, quàm somnus, cibus, potus, & alia, quæ vires renovant ac reficiunt. alioqui in vitio est, quemadmodum alia, quæ non suo fiunt tempore. Secunda lex, cum quibus ludendum. Quemadmodum facturus iter, aut iturus ad convivium, diligenter dispicis, qui sint futuri sodales aut comites: sic in ludo animadvertendum, cum quibus ludes, ut

III. Ludi leges.

e *ubi de rebus hæreditariis & contractibus cernitur.*
f *ubi de delictis publicis agitur.*
g *ubi de rebus parvi pretii, quæ ad ter centum solidos se extendunt.*

ut ſint homines tibi noti. nam in ignotis magnum eſt periculum, & verum proverbium Plauti: Lupus eſt homini homo, qui, qualis ſit, non novit. Sint etiam belli, feſtivi, comes, cũ quibus periculum non ſit ne rixeris, aut pugnes, aut aliquid vel facias vel dicas turpiter atque indecorè, ne ſint blaſphemi in Deum, aut dejeratores: ne in dictis ſpurci, ne quid ex contagione affricetur tuis moribus pravum aut flagitioſum: denique ſint ii, qui non aliam ad ludum mentem afferant, quàm tu: nempe ut à labore conquieſcat & levetur animus. Tertia lex, quo ludo. Primùm noto. nam in ignoratione nõ poteſt ſubeſſe delectatio, nec ludentis, nec colluſorum, nec ſpectatorum: deinde, quod ſimul animum reficiat, & corpus exerceat, ſiquidem tempus ac valetudo patitur. Sin ſecus; ludus ſit in quo non omnia poſſit mera ſors: inſit etiam peritia, quæ poſſit caſum corrigere. Quarta lex, qua ſpõſione. Nec nulla ſponſione, quod eſt fatuum, & celerrimè exſatiat: nec ita magnâ, quæ ipſa luſione inquietet animum, &, ſi vincaris, mordeat ac diſcruciet. non eſt hic luſus, ſed carnificina. Quinta lex, quemadmodum, ut, antequam ad ludendum aſſideas, repures, te ad refocillandum animum venire, in cujus aleam conjicias pauculos numos, hoc eſt, emas illis refectionem defatigationis. Cogita eſſe ſortem, hoc eſt, variam, incertam, inſtabilem, communem:

nem: nullam idcircò tibi fieri injuriam, si perdas, ut id feras æquo animo, ne contrahas vultum, & suffundas eum tristitia: ne prorumpas in convicia & maledicta, aut adversus collusorem, aut quempiam ex spectatoribus: si lucrifacias, ne sis in collusorem insolenter dicax: prorsum toto ludo sis comis, hilaris, facetus, jocosus, citra scurrilitatem & petulantiam, ne des significationem ullam fraudis, sordium aut avaritiæ, in contentione ne sis pertinax, minimè omnium jurato, memor, rem illam totam (etiam si meliorem causam habeas) nō esse tanti, ut nomen Domini afferas in testimonium. Spectatores, memineris, esse velut judices ludi: si quid illi pronunciarunt, cedito, nullam edens notam improbationis. hoc modo & lusus fit delectatio, & probi adolescentis grata est educatio ingenua. Sexta lex, quàm diu ludendum. Quoad sentias animum renovatum jam, & reparatum ad laborem, & vocat hora ad negocium serium. Qui secus faxit, improbè factum videri, velitis Quirites, jubeatis *p*. BOR. Sicuti rogavit.

P *verba sunt repetita ex more rogandi vel abrogandi leges: quod populus faciebat interrogatus. Qui suffragium ferebant, in oblatis tabellis notabant consensum vel dissensum. Una tabula erat antiquationis notata litera A, altera approbationis, habens* U. R. *i. e. ut rogas.*

SENTENTIÆ.

1. ***Scholæ laudatæ paginas faciunt docti præceptoris***

septores, juventus studiosè & bene morata.

2. *Discipuli est non modò amare, sed & ferre disciplinam.*

3. *De rudium judicio pendere est rudium.*

4. *Et seria agenda & ludendum est legitimè. qua de re sententia sunt plana in dialogo.*

DIALOGUS XXIII.

Corpus hominis exterius.

¶ Primò *contendit Dürerius cum ociosis suæ tabernæ spectatoribus:* deinde *his imaginem Scipionis curiosiùs examinantibus respondet.* tertiò *à taberna repulsi Grynæus & Velius inchoatū de partibus humani corporis colloquiū persequuntur.*

Dürerius pictor, Grynæus, Velius.*

* *Celebres viri sunt hi colloquutores. Albertus Durerus Noribergensis, tanquam Germanorum quidam Apelles fuit: Simon Grynæus celebris in Basiliensi Academia professor; Caspar* Ursinus *Velius poësi & historia clarus, qui literaria Maximiliani II. imperatoris studia rexit.*

DURERIUS. Facessite hinc. nam vos nihil emetis, sat scio; & estis mihi impedimento, quò minùs accedant emtores propiùs. GR. Imò verò nos volumus emere: modò vel precium relinquas nostro arbitratui, & tempus ipse præscribas: aut contrà, nos tempus, tu precium.

1. Contentio inter pictorem & spectatores.

cium. DUR. Bella negociatio *a*! mihi nihil est opus tricis *b* ejusmodi. GRY. Cujus est hæc imago, & quanti indicas *c*? DURE. Imago est Scipionis Africani *d*, & indico sestertiis nummis quadringentis, aut non multò minoris. GR. Quæso, te, priusquam verbo uno eam addicas

II. Examē & defensio picturæ Scipionis.

a *Ironia.* das were ein feiner handel, das hiesse woll kauffschlagen. *Negociatio in specie mercaturam significat. Ita Gall.* Voila un beau marché.

b *Trica propriè sunt τρίχες, pili: inde res viles, ut sunt illi: etiam funes, vincula & omnia impedimenta. Quare etiam remorationes* tricas *vocamus*, & tricones numarios, *mala nomina, homines, qui ægrè solvunt debita, qui creditores malis strophis solent circumducere. Et inde nobis* triegen/ & *Gall.* tricher.

c *Indicare est venditoris (ut emtoris mercari & liceri) nempe æstimare & precium rei venalis statuere. Ita Plaut. in Pers.4.4. ubi de emtione.* Indica, fac precium. Tua merx est, tua indicatio est. Modò ut sciam, quanti indicet. *Integra igitur phrasis fuerit, quanti precii rem esse indicas:* wie hoch setzestu es?

d *Scipionum familia inter Cornelios Romanos admodum celebris erat: quorum opus fuisse vincere Pœnos, ait Justinus libr.31.7. Nomen ei dedit P.Cornelius, qui patri ducendo (cæcus enim fuerat) pro scipione fuit. quod in pietatis laudem ad posteros cognomen transmisit. Hujus filius fuit patri cognominis, quo natus est hic noster, qui ob egregiam victoriam de Annibale & Pœnis relatam appellatus est Africanus.* Fuit, *ut Livius ait ann.543., nempe lib.6.dec.3,* non veris tantùm virtutibus mirabilis, sed arte quoq; quadam ab juventa in ostentationem earum compositus: *maximus imperator; ut Justinus ait lib.32. Historia contracta est à Victorino Strigelio comm. ad Justin. Ingratam tamen pro multis meritis patriam est exper-*

addicas *e* nobis, examinemus artem picturæ: & hic Velius est sesquiphysicus *f*, peritissimus humani corporis. DUR. Jam dudum intelligo, me à vobis intricari *g*: sed interea, dũ mercatores nulli adsunt, nugamini, quantum libuerit. GR. Nugas tu vocas peritiam artis tuæ: quid faceres alienæ *h*? VELI. Primùm omniũ verticem *i* contexisti capillis multis & planis, quum vertex dicatur quasi vortex, à vertendis capillis *k*, ut in fluviis videmus, quum aqua se convolvit *l*. DUR. Inepte, non consideras, eum

*expertus. Vide Cicer de fato Appian.1.civil.bell. Plin.l.*14. *c.*14. *Epit.Liv.ann.*159. Valer. Max.*lib.*3.*c.*4.

e *Addicere itidem est venditoris, aliàs pratoris. Propriè est ad verbum* zusagen, *licitanti rem venalem permittere tollendam. imprimis Ciceroni frequens. ut* bona *alicujus* addicere precio, numo: addictam precio habere fidem, *i.e.* venalem.

f *i.e. non vulgaris: q.* anderthalb.

g *intricare est illaqueare, ut extricare, laqueo vel fune expedire. Hîc intricare est tricis & nugis ludere,* vexiren.

h *sc. arti aut peritiæ alterius alicujus.*

i *vertex est summitas capitis, nempe media illa, quam inde Orpheus μεσόκρανον vocat. Græcis aliter στεφάνη q. corona.*

k *quia ibi capilli velut in gyrum flectuntur. Inde & nobis* wirbel/ *à* wirren/ εἴρειν intricare, implicare. *στρεφὴ Græcum à στρέφω. Eam autem volunt quidam esse lineam illam, quæ capillos distinguit in duas partes.*

l *ibi vortex usitatiùs dicitur; etsi una vox sit vertex & vortex: i.e.* gurges, vorago. *Saxon. & Belg. etiam* kolck, *quod ducamus à κύλιξ aut calix. Eam enim figuram imitatur vortex, tanquam longa cavitas, in se undam colligens.*

Et

eum esse malè pexum, more illorum temporum. VELI. Brechma *m* habet inæqualiter deflexum. DUR. Acceperat vulnus miles ad Trebiam *n*, quum servavit patrem. GRYN. Ubi

Et sic crater *voraginem significat, ut apud Ovid. 5. metam. de Plutone Proserpinam rapiente,*

Et pronos currus medio cratere recepit,

i.e. in medium hiatum. Sic in Ætna monte κρατῆρες *dicuntur* τὰ χειλώματα *i.e. foramina, è quibus ignis & cinis evomitur.*

m βρεχμὸς, βρέχμα & βρέγμα *sinciput. Ita dicitur, quia ea pars in infantibus admodum tenera est, adeóque videtur* βεβρέχθαι, *i.e. humectata esse. Indidem Saxonibus* bregen *pro cerebro ortum est.*

n *Trebia & Ticinum diversa flumina sunt, sed ad eandem historiam pertinent. Hinc est, quòd confundantur. Plinius lib. 16. natur. histor. cap. 4. scribit:* Africanus *coronam* de patre accipere noluit apud Trebiam. *Valerius Maximus lib. 5. cap. 4.* Africanus superior consulem patrem apud Ticinum fluvium adversis auspiciis cum Annibale pugnantem graviter saucium intercessu suo servavit *&c. Historia integra legenda est apud Livium decadis tertiæ lib. 1. ubi tamen meminit, Cæliũ servati consulis dectus ad servum, natione Ligurem, delegare. Etiam Seneca meminit hujus Africani lib. 3. de benef. c. 33. ubi disputat, an possit filius majora beneficia reddere patri, quàm acceperit. ubi Lipsius ad illa:* Servavit in prælio patrem, *annotat,* Ad Ticinum flumen, cum Annibale. Livius 21. Valerius & alii. Plinii error est lib. 16. c. 14. qui ad Trebiam scribit. *Sed ad Ticinum mereri, ad Trebiam verò oblatum corona honorem recusare potuit. Quòd verò hic Dureriús introducitur dicens, Africanum accepisse vulnus ad Trebiam, id non puto Vivem verè sensisse & veritatem gestæ rei ignorasse, memoria lapsum, vel inquisitionis fugisse industriam; sed consultò eum errorem homini pictori,*

Ubi tu id legisti *o* ? DUR. In Decadibus Titi Livii amissis *p*. VEI. Tempora *q* sunt nimis tumentia *r*. DURE. Cava essent signum dementiæ *. VEL. Occipitium *s* vellem videre.

Bb DUR.

pictori, tanquam historia omnes apices non scrutato attribuisse; ut persona decoro serviret. idq; mox apparebit apertiùs. Non tamen fuit Durerus gregarius, qui de geometria & symmetria partium humani corporis &c. quadam Germanicè scripsit; q̃ ipse Joach. Camerarius Latinitate donavit.

o *Grynæus, tanq̃ diligens Livii lector, arguit errorem pictoris. etsi enim fortè vulneratus fuit, non tamen ad Trebiam, sed ad Ticinum servavit patrem.*

p *Hæc de Africano exstant in servatis Livii decadibus. Sed examinatores sui operis ita eludit ingeniosus pictor.*

q *Tempus, & usitatiùs plurativè tempora, pars capitis, ossa duo cranii, utrinq; singula ad aures sita. ita dici volũt, quòd inde tempora h. e. anni hominis cognoscuntur. Prima enim fiunt caña & cava quoq; diuturnitate temporis. Galli non tantùm* tempes *sed &* temples *dicunt. Nos vocamus* schlaf/die schläfe*, fortè q dormientes & requiescentes in eas partes recumbamus. Huc referunt illud Psal.*132.4,5. Si dedero somnum oculis meis, palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis. *Sed hæc postremi commatis verba ab Hebræo absunt, & in Græco atque vulgata versione leguntur. Simpliciter Hispani tempus vocant* sien, *retento Arabico* סִנָּה, *quod est somnus. Et Bohemis* sen *est somnus. Græcis est* κρόταφος *sive à* κάρα, *sive παρὰ τὸ κροτεῖν περὶ τὴν ἀφὴν, quòd tactu ejus venarum evidens pulsus sentiatur. Alii, quòd sepulcrum nuncient, quod est* κηρύσσειν τάφον.

r *Turgentia tempora dixit Statius* 5.*Thebaid.* die etwas außstehen. *Gall. habet* enflees *inflata. opponuntur enim cavis.*

s *quod &* occiput, *posterior pars capitis, quæ fronti opponitur, ab* ob & caput. das hinderhaupt. *inion. Pers. sat.*1.

DUR. Verte tabulã. GRY. Cur dixit Cato *t* inter cætera oracula: Frõs *u* occipitio prior eſt. DUR. Quàm eſtis fatui ! an non in quovis homine priùs cernis frontem, quàm occiput? GRY. Quosdam priùs video averſos *x*, quàm adverſos *y*. DURE. Et ego libenter *z*; ut tales emtores & milites. VELI. Cato ſenſit, præsentiam domini potiorem eſſe ad curationem rerum, quàm abſentiam. Cæterùm cur anticas *a* adeò longas? DUR. Loqueris de his caproneis?

*ſat.*1. occipiti cœco vivere *eſt decipi. Nam in occipite nulli ſunt oculi.*

t *lib. de ruſt. ca.*4. Si bene ædificaveris: libentiùs & ſæpius venies, fundus melior erit, minúsq; peccabitur; fructi plus capies. Frons occipitio prior, *id eſt potior. Senſus: rectiùs geri negocium, ſi adſit is, cujum eſt. Turneb. lib.*14. *adv. c.*2. Senſus eſt: præsentiam eſſe potiorem absentià. Nam præsentiæ reſpondet frons, absentiæ occipitium.

u *Frons á ferendo duci ſolet; quòd indicia animi ferat. Nobis* ſtirn/*vel à* ſtern, *i.e. ſtella; quia frons eſt inter lumina; unde Græcis* μέτωπον, *quia eſt poſt vel ſupra oculos, Heſ.* ὀφθαλμὸς μέσῳ ἐπίκειτο μετώπῳ, *i.e.* oculus in media jacet fronte. *vel quia* στῤῥὰ, *firma.*

x *à tergo.* y *à fronte.*

z *ſc. averſos, qui vel nihil emunt, vel tam ſunt moleſti cavillatores, ſicut vos fuiſtis.*

a *capillos anteriores,* προκόμιον, *anteventulos crines. Ita Apul. met. l.* 9. Anteventulæ comæ contegebant faciem. *Item Fl.*1. præmulſis antiis & præmulſis caproneis anteventuli & propenduli, *qui antè veniunt vel q. ventilantur.* J. T. *Freigius in hunc locum ſcribit:* Caproneæ ſunt crines propenduli, quibus mulieres olim, hodie ſtulti aulici utuntur. *nunc autem, auctus ſeculi*

moribus

proneis *b*? VEL. Etiam. DUR. Non habuerat multis mensib⁹ tonsorem ad manum, velut in Hispania *c*. VELI. Glabellam *d* hanccur, contra ipsius verbi etymon *e*, fecisti hirtam *f*? DUR. Tu ipse vulsellis *g* pilos detrahito. VELI. Et vibrissas *h* exstantes *i* extra

moribus est etiam studiosorum ornatus, minimè sæpe talis, qui optimas literas deceat; vix militib. dignus.

b *eadem sunt cum antiis. Dicuntur autem* capronæ *Lucilio lib.7. satyr. & Apul. Flor.* caproneæ. *Putant dici q. à capite pronas, malim à capris.*

c *Plin. l.7. cap.59. docet, Romanos tardiùs recepisse tonsores. Et ibi Dalechamp.* Adductis antè Romam è Sicilia sponsoribus, juvenibus mos fuit barbam radere & comam tondere, ad annum usq; 40. Postea verò minimè. *Alex. ab Alex. c.18. l.5.*

d Glabellus, a, um, *per se est adjectivum, modicè glaber. Hic substantivè significatur interstitium illud supra nasum, quod supercilia disterminat. ex eo dicta, quòd glabra, hoc est depilis esse soleat. Est vox Capellæ, qui lib. 3. ait*: pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas. *Possit dici* die glatze. *Gall.* chauveure, *quasi dicas calvitium.*

e ἔτυμον, *i.e. veram originationem seu notationem à glabro.*

f *i.e. hirsutam, pilosam: squalidam ob hirsutiam, qua voce Solinus utitur cap.28. & 33.*

g *Dicitur & volsella, instrumentum, quo pili è corpore velluntur,* μαδιστήριον, τριχολάβιον. *Belg.* haertreckerken.

h nasenhärlein. *Fest.* Vibrissæ, pili in naribus hominum, dicti, quòd, his evulsis, caput vibratur. *Gloss. vibruca* τρίχες ῥινός. *An potiùs, quòd vibrari soleant?*

i *prodeuntes foràs.*

nares: ſed tu, quæ tua eſt verſutia, culpam abs te rejicies in tonſorem. DUR. Inſcie, non animadvertis, eos fuiſſe ætatis illius mores: ſeveros, triſtes, ruſticanos? VEL. Imperite, non legiſti, Scipionem hunc ex omnibus ſui temporis hominibus excultiſſimum & politiſſimum fuiſſe, & amantem elegantiarum *k*? DURER. Expreſſus eſt, quum exſularet *l* Literni *m*. GRY. Supercilium *n* hoc eſt grande & conveniens Latio †. cilium *o* habet nimis cavũ

p &

k *Plinio teſte l.7.c.59.* primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus.

l *i.e. eo habitu, qui erat exſulantis. optimè meritus de rep. tamen tandem accuſatus eſt, quòd prædam ex Aſia averſam non contuliſſet totam in ærarium.*

m *Plin. l.14. c.4.* Campaniæ rus Linterninum *dicit.* *Et lib.16.44.* Durant in Linternino Africani prioris manu ſatæ olivæ.

n augbrawen/*q. oculorum limbus vel area, nempe ductus pilorum ſupra palpebras. Belg.* wynbrawen/windbrawe/*item* wimpbrawe/ *quaſi limbus velans, ut puto. Nam velat & munit oculos,* wimpelen *autem eſt velare, implicare.* † *i. e. Italiæ, Romanus ſuperbus.*

o *Cilium ſunt pili ad extremum utriusq; palpebræ ambitum ſiti,* augbrawen haar, βλεφαρὶς, *ut Celſus vocem cilii accipit. Plin. lib.11.c.37.* Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium vocavere, unde & ſupercilia. Infra oculos malæ homini tantùm, quas priſci genas vocabant. infra eas hilaritatem riſumve indicantes buccæ. *Genam ſuperiorem dicit folliculum ſuperiorem, quo tegitur oculus. atq; ita hic Vives cilium capit,* das oberſte augenlid. *Feſtus:* Cilium, quo oculus tegitur. *Origo eſt à* cilleo *moveo, quod ex cieo. unde Gallis* ciller *nictare.*

p & genas *q* depressas. DUR. Ex vigiliis castrensibus. GRYN. Tu non solùm es pictor, sed rhetor, valde versatus in translatione criminum *. DUR. Et vos, quantum intelligo, in criminationibus *r*. VELI. Malas *s* habet nimium tumentes, & buccas *t* istas. DUR. Inflat

p *cavum* κοῖλον. *Gall. vertit* cavé, *i.e. cavatum. Malè legitur canum. Ex vigiliis sunt cava cilia.*

q *Gena hic est membrana, qua tegitur oculus. ut Gallus vertit* les peaux, qui couvrent l'œil, *id est pelliculas, quæ cooperiunt oculum, opercula scil. quibus coëuntibus pupilla tegitur.* augenlid. Lid *est adhuc Saxon. operculum, propriè autem junctura. Etiam* gena *est pars illa sub oculo ad mentum, quam nos corrupta voce ex Latino dicimus* wange, *ut Itali* guancia. *Est autem à Græco* γένυς, *quæ tamen plurimum significat mentum, ut* γένειον *genam. eò quòd ibi genantur pili. Est autem obsoletum* geno *pro gigno.*

* *i. e. in excusatione tui, ut culpam, cur non aliter pinxeris, transferas in archetypum. Transferre crimen est fateri quidem, sed causis id tueri.* r *accusationibus.* s *hæ sunt* παρειαὶ, *quas modò genas* (wangen) *vocabamus. Est scilicet mala pars superior faciei, quæ eminet inter oculum, nasum & buccam.* mala *autem dicitur, quia rotunditate sua vel etiam colore mali speciem præ se fert. Quare etiam Græcis* μῆλα, *Hippocrati* κύκλοι προσώπου *appellantur.*

t *bucca hic est pars faciei exterior infra malam. nempe, quæ per picturam repræsentari potuit. Gall.* ces costez de la bouche, *i.e. illas partes, latera buccæ. Alioqui propriè bucca est cavum oris intra malas, unde vox prodit, & quod spiritu retento inflari potest: unde* bucco & bucculentus, *cui tumidior est bucca: item arrogans. Qui amplas buccas habent, stolidi & futiles esse solent. Inde nostrum* pochen *jactare; quanquam & à* bacchari *non malè.* Buccula

flat classicum *u.* GRY. Et tu inflabas calicem *x*, quum hæc pingeres. VELI. Imò verò utrē *y*, sed

pars cassidis, quæ buccam tegit, buccea, γνάθος, ψωμὸς, *frustum. quantum semel bucca edente capi potest*, mund-voll. *Cæterùm buccæ etymon est* βύζειν sonare *item* implere intendendo.

u Classicum, *adjectivè est, quod pertinet ad classem, quæ est multitudo navium, & deinde navis. Substantivè classicum est propriè tuba classis, i.e.* στόλου ναυτικοῦ, *navalis exercitus. Deinde est quælibet tuba bellica*, trommet: *ex Gallico* trompe. *Ea vox à multis sanè populis pro vernacula est recepta, Anglis, italis, Hispanis, Slavonis, Ungarus: sed, ut fit, levicula cum mutatione. Bohemi pro* tuba *habent* truba *&* trauba, *r inserto. sic & alibi amant, ut ex* ceva tuh / trawe. *B autem & M sunt literæ commutabiles, ut dici queat, pro trauba, trauma, & inde* tromba, *quod Italorum est. Inde & hodiernis Græcis* τρουμπέτα. *Quod si non placet, dicamus,* trompet *esse ex* τράμπις, *quæ est genus navis. ita planè erit classica tuba.* inflare *igitur* classicum *est tubam flatu replere, ut Virg. 2. Georg., nempe, ad aliquid militibus significandum. Aliter* classicum *est sonus ipse tubæ. Ita etiam* inflare sonum *est inflatione fistulæ sonum emittere.*

x *Gall. vertit* & vous trompettiez du goubelet, *i.e.* & tu clangebas cyatho. *vult bibacem dicere, Germanorum taxans morem. eis autem imprimis* πολυποσία *officit, quibus acie videndi opus est ad munus suum obeundum. alioqui catachresis est in phrasi, quasi violenter retenta è proximo Dureri sermone. In eum sensum commodiùs dicetur, Inflabas venas vino, ut Virgilius, Iaccho*: siccabas calicem.

y ἀσκὸν, *id est, vas ampliusculum, è pelle factum nos vocamus* schlauch. *Sax.* leddern balge. *q. coriacea bulga. Varr. apud Non.* In quo nobilius est Philippeum, quod accipimus, quam quod bibimus, quum alterum addamus

ſed alibi feciſti piloſum z:palpebras a ferè nullas appinxiſti. DURER. Ex morbo illi deciderunt. GRYN. Quo morbo? DUR. Quære ab illius medico. GRY. Iámne intelligis, ob tuam tantam imperitiam detrahi debere de ſumma centum ſeſtertios? DURE. Imò ob veſtras cavillationes & interrogationes adeò moleſtas,

mus in bulgam, alterum in veſicam. *Eſt vas vile ad oleum vel vinum deferendum. interdum verò etiam* utrem *&* follem *Latini corpus humanum vocant, ſed per contemtum, ut lagenã, amphorã, θύλακον: quatenus inflatur aut diſtenditur immodico cibi vel potus. Gall.* Mais pluſtoſt une corne muſe. *i.e. potiùs cornea Muſa. Sic n. ad verbũ vertamus. Eſt autem* cornemuſe, *uter, pro inſtrumento Muſico, q.d. Muſicum organum, q regitur tibiis l cornu factis; nos vocamus* ſackpfeiſe, *q. fiſtulá, q̃ è ſacco inflatur. Ita πιθαύλης eſt, qui cado ſeu doliolo canit* Ariſt. *pbl. ult. 16. Hebrais* נֵבֶל *eſt uter & Muſicum inſtrumentum. Latinè vertitur nablium. Sed uter inflatur, nablium duplici palma plectitur. Ita Suetonius in Nerone cap. 54. utricularium vocat, qui ex utre fiſtulam inflat. Græca analogia dicitur ἀσκαύλης. Sed cornamuſa (ut Itali loquuntur) huc non quadrat. Eſt enim quæſtio de re poculenta: de τῷ πολικῷ, non ᾠδικῷ. Sed Muſica inſtrumenta variò ſenſu dici animadvertas. z pilis horrid͠ Africanũ.*

a *intelligit hic τὰς βλεφαρίδας, quæ Celſus, ut ſuprà diximus, cilia vocat: nempe pilos poſitos ad extremum utriusq; illius pelliculæ, quæ oculos tegit. Sequitur autem auctor noſter Plinium, qui lib. 11. natur. hiſt. cap. 37. ait:* Piſces & inſecta non habent genas, nec integunt oculos: palpebræ in genis homini utrinque. Hoc natura dederat, ceu vallum quoddam viſus & prominens munimentum contra occurſantia mala aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas, haud immeritò, Venere abundan-

addi ducentos oportere. VEL. Pupulas *b* habet hic glaucas *c*, atqui ego audivi cœruleas *d* habuisse. DURE. Et ego cæsias *e*, ut Minervam

undantibus tradunt. Ex cæteris nullis sunt, nisi, quibus & in reliquo corpore pili. sed quadrupedibus in superiore tantùm gena, volucribus in inferiore. Graviores alitum inferiore gena connivent. eadem nictantur ab angulis membrana obeunte. Columbæ & similia utraque connivent. *Quòd autem has palpebras intelligat, clarissimum est ex lib. 25. cap. 13. ubi de capno herba loquens ait:* claritatem facit inunctis oculis delacrimationémq; ceu fumus: unde nomen. eadem evulsas palpebras renasci prohibet.

b pupula *propriè est parva pupa, ut* κόρη, *Græcis & Hisp.* ninna del ojo, *q. filia oculi.* בן *Hebr. est filius. Ita etiam possimus apud Hebræos* בת עין filiam oculi *interpretari pupillam, ps. 17. 8. Ita dicitur illud foramen in media oculi tunica, quam uveam vocant; seu nigrum illud, in quo omnis vis videndi inest: quam intuenti imago pupæ & in genere hominis apparet: unde quoque* אישון *Hebræis.* Plin. lib. 11. c. 37. & 28. 6. Cic. 1. de nat. deor. *Nos dicimus* augapfel / *q. malum oculi, sic Galli* prunelle, *q. parvum prunum.*

c *eo colore, qui viridis albo mistus: qualis in* γλαυκῶν, *i. e., noctuarum oculis apparet. Gallus habet* yeux verdes, *oculos virides.*

d *qualis est cœli,* himmelblaw. *Scaliger exerc. 325. 15.* A cœlo ducitur cœruleus, recepta liquida vividiore: ne mollis illa repeteretur. *Gall. vertit* yeux bleuës, blawe augen.

e *Cæsius Donatus in Hec. a. 3. 4 habet,* Cæsius glaucis oculis, quasi felis oculos habês & glaucos. *ubi lego, &* glaucis, γλαυκὸς, *noctua. Color est oculorum propri*[illegible]. *Confundi solent cœruleus & cæsius. Sed cœruleus est vividior,*

vam *f* bellatricem *g*. VELI. Hirquos *h* fecisti nimium carnosos & sinus *i* humentes. DURE. Flebat accusatus à Catone *k*. VELI. Mandibulæ *k*

dior, cæsius hilarior. Cic. 1. *de nat. deor.* Cæsios oculos minervæ, cæruleos Neptuni.

f *Cæsium & glaucum est idem. nam Minerva est* γλαυκῶπις. *eadem Cæsia. vide Cicer.* 2. *de nat. deor.*

g Bellatrix Minerva *Ovidio* 1. *amor. el.* 1. pugnax 3. *Trist. el.* 9. armifera 6. *fast. ideò & Græcis* πολεμάχλονος, δεινὴ, ὀβριμοπάτρης. *pingitur enim tanquam manu hastam tenens & vibrans. Ergo cæsius ejus color à cæsione, seu cædis aviditate dici possit. vulgò q. cœlius, sed ita scriberetur per œ.*

h *Hirqui sunt oculorum anguli; ex quibus* παρωπίαι *ad tempora,* μυκτῆρες *ad nasum spectant. Jam suprà, quid de etymo vulgò statuatur, exposui. Sunt, ut saltem nunc allusionem aliquam addamus,* ὅροι ὀκκων, *termini oculorum.*

i *sinus. Gall.* les creux de dessoux les yeux, *cavitates subter oculos, oculi pelves.* se crever. *est crepare, rumpi; unde illud. Sinus oculi est ejus velut pelvis,* πυελὶς, κόγχος, das hohl des augen. *Sinus humentes dicuntur, qui humorem egerunt; ut fit in flentibus. appellatio est à similitudine. Sinus enim cavi sunt, flexuosi & conceptaculum rerum, Sic Virg. Æn.* 4.

Sic effata sinum lacrimis implevit obortis.

Ita humentes oculi *Ovidio claud.*, humentes genæ *Tibullo dicuntur.*

k *Livius lib.* 8. *dec.* 4. *scribit:* Morte Africani crevere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui, vivo quoq; eo, allatrare ejus magnitudinem solitus erat. Hoc auctore existimantur Petilii & vivo Africano rem aggressi & mortuo rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis: Velitis, jubeatis, quæratur, quæ pecunia ablata, coacta ab rege

Anti-

bulæ *l* sunt nimis lõgæ, & barba *m* densissima ac profusissima; tum pilos dicas setas porcinas *n*. DURER. Vos sine modo ullo estis loquaces, & argutuli cavillatores. Abite hinc. nam tabulæ non fiet vobis ampliùs copia. VELI. Amabo, mi Dureri, dum alios non habes licitatores, sine nos hìc cavillari *o*. DURE. Qua merce-

Antiocho est, quíque sub ejus imperio fuerunt, quod ejus in publicum relatum non est; uti de ea re Serv. Sulpitius pr. Urbanus ad senatum referat, *&c. Ita vir de rep optimè meritus per invidos & malevolos agitatus fuit. ex quibus tamen tandem quidam ad meliorem mentem reversi summis, ut decebat, laudibus eundem decorarunt. oportet enim tandem livorem quiescere.*

l *Mandibula, ea pars malæ, in qua dentes post septem menses incipiunt emergere:* Kinbacke/*q. bucca menti, à mandendo. Eadem maxilla, quod tanquam diminutivum est à mala; ut axilla ab ala. nec enim contrarium cum Cicerone placet.*

m *barba, qua vestitur mala, unde &* villa/*vestis: atq; inde* investis, *imberbus. Græcis est* πώγων, ὑπήνη. *Nobis* bart.

n *seta inde q. sueta dicuntur. nobis* burste *à porcis. Horum enim pili ob duritiem peculiari nomine sunt donati.*

o cavillari *ita est dictum à* caveo, *ut* sorbillare *à* sorbeo *Cavere est jureconsultorum; providere, ut litis rectus cursus sit ad justam sententiam. Cavillari autem est leguleiorum, qui moratoriis tricis & præstigiis cursum illum impediunt. Fest.* Cavillatio, *inquit*, est jocosa calumniatio. *Hic autem* schertzen / vexiren / kurtzweile treiben: *facetiis ludere,* σκώπτειν. *Gallus habet* railler, *ut videtur à* raire, *i.e radere, tondere. Nomē est cavillus & & cavilla. Apul l. 2. est* cavillus, hinc inde. *Plaut. Aul.* 4.4. cavilla *in Truc.* 3. 2. *est* cavillibus, *ut olim lectum:*

sive

mercede? VELI. Adſcribemus ambo hìc tibi ſingula diſticha, quò tabula fiat vendibilior. DUR. Nihil opus eſt meæ arti veſtra commendatione. Nam periti emtores & picturæ intelligentes non emunt verſus, ſed artificium p. VEL. Sed nares q habet nimiùm patulas. DUR. Erat iratus* accuſatoribus†. VE. Non videmus vallecu-

ſive à rectis cavillis, ſive caville. Quid differant dicacitas & cavillatio vide apud Tull. 2. de orat.

p Die kunſt/das kunſtſtück. *propriè artificium eſt ars aliquid faciendi: unde 6. Varr.* ſimulacrum ſingulari opere & ſummo artificio factum. *Item :* ut intelligatis, in homine intelligentiam eſſe non avaritiam: artificii cupidum non argenti eſſe.

q *ῥῖνας, naſi foramina ſeu feneſtras ut Heſ. in ſcut.*

τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον, i. e.

ex cujus quidem naribus mucus fluebat.

Ipſa tamē ῥῖνες etiā μύξαι & ῥώθωνες. Naſi partes præter ῥῖνας, ſunt μυξωτῆρες, ῥάχις ῥινὸς, ἀκρορίνιον, ςυλὶς, ἰθμὸς.

* *ira enim accendit ſanguinem & ſpiritus efflari facit, qui nares aperiunt, ut ſint plù. patulæ.*

† *Livius dec. 3. l. 8. narrat quomodo P. Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerint, varia hominum interpretatione: ipſe autem interim in Capitolium & alia templa ſalutandorum deorum cauſa iverit: &, poſt illum ultimum ſpecioſum diem, in Liternium (ſic enim etiam legitur, quod ſuprà Linternum) conceſſerit, certo conſilio, ne ad cauſam dicendam adeſſet.* Major, *inquit*, animus & natura erat ac majori fortunæ aſſuetus, quam ut reus eſſe ſciret & ſubmittere ſe in humilitatem cauſam dicentium: *Tribunus tamen Tib. Sempronius Gracchus, quamvis antè Africano inimicus, in eum æquior factus; & ei à conſu-*

valleculam *r*. Dure. Latet *s* sub barba: ac ne mentum *t* quidem cernitis, neque anthe-
reonem

consularib. senioribúsque *tandem* gratiæ ingentes a-ctæ sunt, quòd rempublicam privatis simultatibus potiorem habuissent: & Petilii vexati sunt probris, quòd splendere aliena invidia voluissent & spolia ex Africani triumpho peterent.

r *parva illa velut vallis, quæ est inter labrum inferius & mentum.* das Finngrüblein. *Gall.* le creux, *cavitas. Fest.* Vallis duobus lateribus inclusa planities. Vallis diminutivum vallicula facit. *Recte à* vallis *nominativo. at quia etiam* valles *primus casus, inde* vallecula: *ut à vulpes vulpecula. Ita Priscianus cap* 3. In es productam desinentia fœminina tertiæ declinationis vel quintæ, abjecta s assumunt cula, & servant e productam, ut nubes nubecula, dies diecula. *Virg. Æn.* 11. *habet*

Est curvo anfractu valles accommoda fraudi.

ubi tamen Servius, vallis, *ait,* plenum esse, *sed metri necessitate compelli poëtam, ut dicat valles. Ceterùm vallis ex eo dicitur, quòd utrinque velut vallata sit,* κοιλάς, φάραγξ.

s *per picturam occultata.*

t der *vel* das Kin/ *q. est à Græco* γένυς *idem significante, aliter* γένειον. *Sic ex genitus nobis fit* Kind/ *soboles, ex genus Anglis* kind. *ut non sit ne essum ad* τὸ κινεῖσθαι *respicere, quòd moveatur. quò Scaliger de subtil exerc.* 307. 2. *Ceterùm mentum & mentem Scaliger d. l. ducit à* μηνύω, *id est, significo. at non opus est, cùm sit propior origo.* μένος *enim est animus, robur animi. Mentum autem a mentione, ex antiquo meniscor, cujus præteritum est* mentus sum. *Mentum est illa pars faciei, quam movemus, alicu us mentionem facientes. Ita ab orc est orare,* λέγειν, *a* פי *phi Hebræo* φάω, *à mala* mlauwini *Bohemis, hodiernis Græcis* τὰ μιλεῖ, *& nobis à* mala mauf. melden: *&* *Ungaris* mondom, *loquor, tanquam à nostro*

mund

reonem *u*. GRYN. Horum omnium fecisti tu compendium beneficio† grandis barbæ. VEL. Collum *x* placet mihi rectum, & musculosum *y*, item juguli *z*. DUR. Gratulandum est superis,

---

mund *sumserint. Et menti usum in loquendo tribuunt poëtæ, imprimisq; Nonnus in his epithetis, dum dicitur* ἀνθερεὼν θεηγόρος, ὀμφήεις, εὔγλωσσος, βαρύφθογγος.

u anthereon *ἀνθερεὼν hic distinguitur à mento. alioquin illa vox Græca per hanc Latinam reddi solet. Pollux lib. 2. scribit*, τὸ ὑπὸ γένυν σαρκῶδες, *id, quod sub mento carnosum est, vocari* ἀνθερεῶνα, *quòd ibi contingat pilos efflorescere*, ἀνθεῖν. *Alii exponunt guttur*, λάρυγγα; *quod intelliges synecdochicè fieri; sicut idem tropus causa est ejus confusionis, vel potiùs variæ significationis, quam in pluribus vocibus hoc imprimis dialogo ostendimus. Aurelianus Chron. l. 1. c. 3.* ἀνθερεῶνα *vertit* rumam. *Homerus autem Iliados* ν λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα *dicit gulam sub mento. Nos possumus dicere* der boden des kinns/ oder der underste kinn. † *i. e. per barbam &c.*

x *collum* der hals. *olim etiam* collus *ut Cæcil.* Ad restim res rediit, imò collus, non res. *ut à caput* haupt/ *cornu* horn/ *ita à collus* hals, *caula* hol.

y *musculis plenum. Cels. Est autem musculus instrumentum motus voluntarii, in corpore animalis, constans ex nervo, ligamento & carne. Dici volunt, quòd excoriatum murem referat, vel pisci musculo similis sit. aliter musculus dicitur lacertus. Ita tamen propriè inferior brachii pars*, ἀγκών.

z *jugulus & jugulum est pars anterior colli, in qua aspera arteria conspicua: propriè concavitas in summa thoracis parte sub clavibus: dextra & sinistra. Inde dicitur, quia per eam caput pectori jungitur. Græci* σφαγὴν *dicunt & jugulationem, & jugulum, quia ea parte animal jugulatur. Nobis est* gurgel *à gurgulione, qua voce significatur gutturis operculum*, das athem zünglein/ *quasi anhelitus*

superis *a*, quòd tibi aliquid probatur. VEL. At, ne nihil in hoc quoque desiderem, jugulos non habet satis cavos: quod in Socrate Physiognomon *b* annotatum, tardi esse ingenii signum pronunciavit. Armos *c* istos voluissem paulò erectiores & ampliores. DURER. Non tam erat miles bellator, quàm imperator. Nō audivisti apophthegma hujus? de quo quum milites quidam dicerent, non adeò eum esse valentem militem, ac imperatorem sapientē, is

helitus lingula: epiglottis, quam Isidorus sublinguium vocat: item ea gutturis pars, qua larynx eminet, quæq; dum edimus, movetur. Ponitur etiam pro tota gula.

a *Gratulari hic est gratias agere. Ita Non. ex Afran.* Quòd salvus venis, melius est: gratulor diis. *Fugienda autem nobis est oratio, quæ pluribus deis favet.*

b *in genere vox sonat naturæ cognitorem. Hoc est, qui hominum φύσεις i.e. ingenia ex aspectu corporis γινώσκει. cujus ars dicitur φυσιογνωμονία vel φυσιογνωμοσύνη, & actio φυσιογνωμονεῖν. Cæterùm locus, quem respicit noster est apud Tullium libr. de fato:* Socratem nónne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd jugula concava non haberet: obstructas eas partes & obturatas esse dicebat.

c *Armi propriè sunt brutorum: rariùs de hominibus dicuntur. Sic autem, ut Festus docet,* antiqui humeros cum brachiis vocabant. *& nobis inde est* arm *pro brachio; voce apud Anglos manente, apud Danos* armene: *apud Slavonos* rame, *ἀρμὸς Græcis est junctura compages, & (teste Polluce) summi humeri et cubiti articulus. ab ἄρειν congruere.*

is respondit : imperatorem me genuit mater mea, non militem. Sed discedite, si non estis emturi. nam video accedentes quosdam negociatores publicanos *d*. VE. Eamus deambulatum : & inter nos de humano colloquemur corpore, sine Scipione *e* ac tabula. Simus *f* nasus *g* non decet generosam faciem *h*. GRYN.

Quid

d *Publicani sunt, quibus sunt commendata publica, i.e. vectigalia populi Romani. Cic. ad Quint fr. l. 1. 1.* Publica malè redemta dicit. *nos* zölner *dicimus: propiùs ad originem Saxones* tölner/*ex τελώνης, qui τὰ τέλη ὠνεῖται, id est, vectigalia redimit. aliter manceps, q. manu capiens,* qui quid à populo emit conducítque, quia manu sublata significat, se auctorem emtionis esse; *ut Festus ait. Dicitur etiam conductor & redemtor. Si decimas redimeret, decumanus; si portum, portitor; si pascua publica, pecuarius.*

e *Scipionis imagine.*

f *σιμὸς, qui pressus est naribus, ut Servius exponit.*

g *nasus. Cic. 2. de nat. deor.* Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. *nempe à superciliorum confinio oriẽs, & quasi aquali porrectus iugo utramque aciem simul & discernit & munit. Dicitur à nando, quia per eum nant cerebri excrementa. Ita Gracis ῥὶν vel ῥὶς, item ῥώθων, παρὰ τὸ ῥεῖν.*

h *Plutarch. τὸν σιμὸν ἐπίχαριν, τὸν δὲ γρυπὸν βασιλικὸν vocari ait, id est, simum esse est gratiosum, aquilino vel adunco naso regium.*

† bosimus. *Vox facta ex βοῦς bos & σιμὸς simus. Meliùs ergo busimus. Et sic sane usitatè. apud Hieronymum quidem βωλιμιώδης legitur in cap. 3. Job. at hoc corruptum est pro βουλιμιώδης. Quia autem significare voluit, Hunnos bovina facie esse, maluit dicere bosimus. Hoc igitur erit, ut βούρυγχος, quasi bovillo rostro, quo nomine piscis est.*

Gall.

I.II. Continuatio colloquii de partib⁹ externis humani corporis

Quid bosimus†? quales fuerunt Hunni *i*. Vel. Apage monstra? Gryn. Silones *k* non sunt minùs deformes. Persæ aquilos venerabantur propter Cyrum *, quem ferunt eâ fuisse formâ. Vel. Ancon *l* & campe *m* sunt in brachio, quod in crure poples *n* & genu *o*, lacertus

Gall.vertit trescamus, *i e. ter, hoc est, admodum simus, camurus,* gar flach.

i *Hos Prosper in Chronico aliquoties Chunnos vocat, Eustath.in Dion.* οὖννοι ἢ θοῦννοι κάσπιον ἔθνος ἐστὶν ϰ̀ σκυθικὸν, *Hunni aut Thunni Caspiorum gens sunt & Scythica.Suidas* οὖννοι ἄγριοι. *Hi Valentiniani temporibus, sub Attila,Europam,ut divinum flagellum,miserè afflixerunt. tandem Romanis contra Gothos auxiliaria arma junxerunt. vide Marcellin.lib.31. Sozom.lib 6.37. Item Isidorum,Cassiodorum & Prosperum in Chronicis:de quib. Conrad.Rittershus ad Salvian.*

k *Silo Plauto vel silus Ciceroni,qui nasum habet sursum versus repandum,simii instar.videtur à* σιμὸς *dici,altera liquida in alteram mutata. Nonio autem silo est superciliis prominentibus. Hic igitur à cilio nomen haberet.*

* *Vide Xenoph. lib. 8. pæd. & Plutarch. in apophthegm.*

l ἀγκὼν *est in brachio, quo innitimur, à curvatura. quia* ἀγκύλος *est curvus.alii volunt dici ob* ἀγκεῖσθαι *i. e.* ἀνακεῖσθαι *incumbere.*

m καμπὴ *est flexus, curvatura, suffrago,in posteriore pedis parte,quod genu opponitur,* κάμπτω *est flecto.*

n *poples dici putatur ex eo,quòd post plicetur,* Kniebüge. *Græcis* ἰγνύη. *Malim q.* ποδὸς πόλος, *ubi est pedis quadam versura & velut rotatio. Est flexura seu curvamẽ post genu: suffrago. inde dicta, quod suffringatur, id est in altum frangatur.*

o Knie/ *femorum ac crurum commissura. ex Latino genu,*

lacertus *p* inde usque ad manum, à cujus musculis etiam crura dicuntur lacertosa *q*. Gryn. Nonne is est cubitus *r*, ut apud mensores *s*? Vel. Est is quidem cubitus, & ancon ipse cubitus. Gry. Unde ergo rex Rom. Ancus *t*? Vel. Ab incurvo cubito. Gry. Manus *u* sequitur

genu, quod à Græco γόνυ. id verò formant à κονεῖν, properare, currere. Ea enim actio à genu dispositione inter præcipua pendet. Fortè & inde Belgicum haessen *poples, ex* hasten *festinare, celerare.*

p *lacertus est brachium à cubito ad carpum, i.e. manus vertebram,* das ünterste am arm. *Quia autem ea pars est musculosa: fit, ut lacertos pro toro, pulpa, robore dicamus.*

q *lacertosus est musculosus, torosus, validus; ex causa jam dicta*

r *cubitus & cubitum, os illud brachii, in quo cubamus seu innitimur, habens ossa duo, inferius cubitum, superius radium.* elnbogen *est quasi arcus seu flexus* ulnæ *nempe sesquipes, illud, quod est à flexu brachii ad digiti medii summam.* Ulna *est ex ὠλένη. Cubitum verò etiam* ..ratum, läger. *ut Apul l.* 10. Terrestr[illegible] nobis cubitum præsternunt. s *qui corporum magnitudinem metiuntur, οἱ μετροῦντες τὰς ποσότητας..*

t *Ita ancus est qui adunco est brachio, quod non facile exporrigat,* krum arm.

u *Manus, τὸ ἀκρόχειρον hic intelligitur, summa manus, palma cum digitis. vulgò dici putant, quod ex brachio manet, vel quòd ex ea manent digiti. Sed malim, quòd respectu aliarum corporis partium sint μανοὶ, i.e. raræ non spissæ. aut potius a* מָן man *Chald. instrumentum. Est enim instrumentum instrumentorum, ut mox dicetur. Et Hebræis* manáh *est numerus, portio, donum. quæ tria manus natura optimè conve-*

 niunt,

quitur, maximum omnium instrumentorum *x*, secta in digitos *y*, pollicem *z*, indicem *a*, medium sive infamem *b*, minimo proxi-

niant. *Certè & Isidoro placet, quòd manus dicatur quasi munus.* Ipsa enim, *inquit*, cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia atque dispensat. Per eam accipimus & damus. *Græcis est χεὶρ à χέω capio: quæ tamen vox Græcis significat totum ab humeris ad extremos digitos: quod dividitur in βραχίονα, πῆχυν καὶ ἀκρόχειρον, id est,* brachium, cubitum & summam manum. *quæ Ovidius his verbis complectitur*

——digitósq; manúsq;

Brachiáq; & nudos media plus parte lacertos.

& nobis hand *à χανδάνω capio. Bohem.* ruka *ab ὀρέγω extendo.*

x *Manus est ὄργανον ὀργάνων*, instrumentum instrumentorum, *quippe quo omnia facimus, ipsa quoq; instrumenta.*

y *Digitus à δείκω ostendo, unde & δάκτυλος.* finger *autem à* fangen, *id est capere. Illis enim protensis capit & contractis tenet manus oblata.*

z *pollex, qui pollet inter omnes digitos, unde & ἀντίχειρ, quia reliquæ manui oppositus stat, velut robore æquatus. Pollex, ut ait Plinius lib.* 11.*c.*43. digitis adversus universis flectitur. Huic minimus mensurâ par est. *Polluci vocatur μέγας δάκτυλος* magnus digitus, *ut Itali* dito grosso. *Germ.* der daume, *quia dominus digitorum. Interdum κατ' ἐξοχὴν pollex dicitur generali nomine digitus, ut dextra manus. Græcis est λιχανὸς παρὰ τὸ λείχειν à lingendo: nobis* der zeiger.

a Secundus *digitus nempe pollici proximus, ut Isidorus ait orig. lib.* 11. *cap.* 1., index & salutaris vocatur seu demonstratorius, quia eo ferè salutamus atque ostendimus. *ergo esset quasi salutatorius. Quid si potiùs, quòd eo docentes aliquid salutares simus, id est, salutis monstratores?*

b infa-

proximum *c*, minimum *d*. VELI. Cur medius infamis? quid designavit flagitii? GRYN. Institutor noster dixit, se quidẽ scire causam, nolle tamen edisserere, quòd esset turpis *e*. Ne quæsieris igitur: non enim decet bonæ indolis adolescentes turpia scrutari *f*. VEL. Atqui minimo proximũ δακτυλιωὸν *g* Græci appellant, quasi annularem. GRYN. Ita planè: sed in sinistra, non in dextra, quòd in eo soliti essent olim annulos gestare. VELI. Qua de causa? GRY. Ajunt, è corde protendi illuc

b infamis *Persio dicitur*, medius *Martiali*, Impudicus *Isidodoro*, quòd per eum plerumque, probri insectatio exprimitur: der mittelst finger. *observa autem ambiguitatem in aliis. Nam primus, extremus, seu summus digitus est prima, extrema seu summa digiti pars. Plura* Cælius Rhodig. l.9 c.36. & Suid.

d *Idem auricularis*, ὠτίτης. der ohrenfinger / *quòd eo aurem scalpimus. Isid. Macrobio etiam l.7.13. brevissimus digitus.*

e *Etiam sine turpitudinẽ (quæ quidem inter obscœna sit) infamis dicitur, quòd minùs bene audiat, ob ignaviam; ut qui aliorum defensione indigere videatur. Imprimus autem ipsi nos digiti decem semper de decem Dei præceptis commonefacient; ne quid fœdum facere vel faciendum ostendere audeamus. Sed gentilibus & idololatriæ & nequitiæ organa erant: utinam, nunc pietatis & justitiæ & castimoniæ! pollex Veneri, index Marti, medius Saturno, annularis soli, minimus Mercurio consecratus fuerat.*

f *Ita decet discere sancta, turpia nõ audire nisi cũ aversatione; & non legere unquam, aut tum, quando ad fugam eorum satis sis munitus & firmatus.*

g *etiam* δακτυλιαῖον.

venam,

venam *h*, quæ quum annulo redimitur, velut cor ipsum coronaturi. Nodi digitorum sunt con-

h *Idem & medicinalis, quòd eo trita collyria à medicis colliguntur; ut Isidor. ait: Sic autem vocat Macrobius l. 7. 13. Hic Rabbinis est* קְמִיצָה*, quo sacerdos metiebatur incensum. Est a. kamátz colligere, pugillum implere.*

i *Gell. l. 10. c. 10.* Causam hujus rei Appion dicit, quòd insectis apertisque humanis corporibus repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo uno digito (*qui minimo proximus est in sinistra manu*) ad cor hominis pergere ac pervenire. *Etiam apud Macrobium lib. 7. Saturnal. c. 13. ait Disarius:* Libris anatomicorum consultis reperi, nervum quendam de corde natum prorsum pergere, usque ad digitum manus sinistræ, minimo proximum, & illic desinere implicatum cæteris ejusdem digiti nervis: & ideo visum veteribus ut ille digitus annulo tanquam corona circumdaretur. *Addit Horus, se vidisse* sacerdotes Ægyptios hunc in singulis digitum confectis odoribus illinire. *Hinc Arabes hunc digitum vocant* אֲלַחֲוָאתִם זֵין *q. ornatum annulorum. Levinus Lemnius lib. 2. de occult. natur. mirac. c. 12. scribit:* Tenuis quidam arteriæ ductus non nervi, ut Gellius existimavit, a corde ad hunc digitum porrigitur, cujus motum in parturientibus ac delassatis omnibusque cordis affectibus indicis tactu manifeste percipis. Nec id sanè cuiquam absurdum videri debet, quum animi defectu collapsos erigere soleam, vellicato hoc articulo aurique, cum momento croci, attritu. Per hunc enim vis quædam refocillatrix, quæ illi insita est, ad cor dimanat, vitæq; fontem, cui is digitus connexus implicitusq; est, recreat. *Ideo etiam tradit, veteres eo miscuisse medicamenta & potiones, quòd vel extremis ejus radicibus nihil adhærere posset, quin cordi communicetur. Etiam ait, se multos novisse chiragra ac podagra obnoxios, quibus omnes articuli dolore essent inflati, digito annulari tantùm illæso.*

condyli *k*, & pro pugni percussu *l* vox ea usurpatur. Inter nodos sunt internodia *m*, & generali verbo artus *n*, atque articuli *o*. Tiberium Cæsarem *p*, memoriæ produnt, tam firmis fuisse digitorum articulis, ut digito recens malum terebraret *. Vel. Didicisti chiromantiam *q*? Gryn. Ne nomen quidem ipsum

k *κόνδυλος varia significat: 1. nodum seu curvaturam, qua digitus flectitur, τὸ τῶν δακτύλων καμπτικόν, sicut φάλαγξ τὸ ἀκαμπτόν. Rufus Ephes. medios digitorum articulos vocat κονδύλους. προκόνδυλοι autem qui sunt ante eos, unguibus vicini: ut μετακόνδυλοι, in ea junctura, quæ vicina metacarpio. Deinde κόνδυλος est pugnus: 3. ictus, quo petimus aliquem, digitis compressis. 4. nodus, in brachii & humeri juncturis exstans. 5. Etiam in sceptris torno factis κόνδυλοι sunt bullæ & nodi.*

l *ut in illa gnome, Δὸς ἄρτον καὶ κονδύλους ὄψον ἐπ' αὐτῷ, i.e. Da panem & condylum adde pro obsonio. Sensus est, ut pueris conveniens frugalitatis demensum demus; si non sint contenti, sed pluribus poscendis molesti, pugnos vice obsonii addamus. inde κονδυλίζω* pugno cædo.

m internodium (*Columella quoq;* internodius) *est spatium inter duos nodos. nobis* gleich.

n *artus sunt vincula, quibus membra committuntur, ἄρθρα: sicut ἄρθρον Græcis ossium conjunctio ad motum comparata: compages & nodi corporum. vide Plin. lib.* 11. 37.

o *sunt parvi artus,* gleichlein/ *ab æqualitate connexionis,* leich (*Saxonicum superest* lijk) *est lique, rectum, æquum:* gelencke/ *à* lencken *est flectere, inclinare; de leni.*

p *Suetonius in Tiber. c.* 68.

* recens & integrum malum: *ait Suet. & addit:* caput pueri vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

q *scientiam divinandi ex inspectione manuum, nem-*

pe

ipsum audieram: quid ita †? VEL. Divinasses hîc nobis aliquid ex incisuris r. GRY. Negavi, me scire: & res sic habet: sed, si nunc me nosse aliquid profiterer, & attentiùs manum tuam contẽplarer, libenter me auscultares, & homini ejusce imposturæ imperitissimo fidẽ nõ omnino abrogares. VEL. Quî sic? G. Quia id est hominum ingeniũ, ut libenter eos audiant, qui se recondita vel eventura profitentur enuncia-

pe τμεῶν & γραμμῶν i.e. incisurarum & linearum, quæ sunt illis. Qui istud novit, χειρόμαντις vel χειροσκόπος dicitur. Belg. handkyker / handbesiender. kycken *est inspectare. Ita nos dicere possimus* handgucker / *sicut* sterngucker. *vocamus etiã* wicker & wicheler / *quæ voces notæ Saxonibus & Belgis. at ratio significationis non est item plana.* wihelen *verò (Belgis* wychelen / wiechelen) *est hinnire: Inde divinare ex equis. Id certè nostris in paganismo majoribus maximè solenne erat; ut constat ex his Taciti verbis lib. de moribus. Germ. cap.10.* Proprium gentis, equorum quoque præsagia ac monitus experiri. publicè aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur, hinnitúsque ac fremitus observant. nec ulli auspicio major fides non solùm apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. se enim ministros deorum, illos conscios putant. *Inde colligo,* wihelen *de sacri equi hinnitu & fremitu, & de μαντείᾳ dici. olim enim nostris* wihy *erat sacer; unde nobis superest* weihen *consecrare. Sanè illi* equi sacri *appellabantur; ut constat ex Dithmari lib. 6. de Luiticis. vide cl. Christophorum Colerum in Tacitum de mor. Germ.* † *sc. hoc quæris?*

r *lineamentis, quæ velut incisa sunt in manu.* Plin. lib.13. cap.52.

nunciaturos *s.* VELI. Unde sunt Scævolæ? GRY. Quasi scævæ: à scæa, quæ est sinistra. Ajũt, in sexu fœmineo esse scęvas plures *t*, quàm in nostro. VELI. Quæ est vola *u*? GRY. Cavum manus, ubi incisuræ. VELI. Quid involare *x*? GRY. Id quod tu agis: libenter furari, surripere, quasi vola abscondere *y*, &, quod rabiosa Lucretia, involare in oculos pedissequarum. Reliquum corpus, demto capite, est truncus *z*, & ex trunco thorax *a*, concavum

s *præsentia interim negligimus, quorum pia cura potest futura constitui felicitas.*

t *plures σκαιὰς, scæva manu utentes. at non ambidextras. Cælius Rhodiginus lib. 2. 34. ait:* Mulierem ambidextram non effici auctor gravissimus Hippocrates est. Ratio verò est ex naturæ debilitate. &c.

u *media pars manus*, die mittel höle der hand / q. *caula, quæ scilicet à cavo dicitur. Græcis alioquin est δῶρον, θέναρ, à dandi & percutiendi usu. quanquam etymologus velit θέναρ esse θέσεως χωρίον. aliter* hir, *à χεὶρ.*

x *involare Latinis est duplex. alterum vola irruere vel capere; unde Callistrat.* ancoræ, *inquit*, involantur de mari, *id est, in volam capiuntur, interprete Budæo. alterum verò est intra volam εἰσπάλλεσθαι vel εἰσπίπτεσθαι. Donatus in illud Eun. a. 5. 2.* Vix me contineo, quin involem in capillum: *scribit;* Ab avibus tractum est, ut apud Virgilium, prædam pedibus circumvolat uncis. Ergo hoc gestu & dicto & corporis motu est adjuvandum.

y *ita etiam* manuari *est κλέπτειν Accio.*

z *Truncus est caudex arboris recisus & exutus ramis. puto dici παρὰ τὴν τρύγην ab ariditate. Id. n. ea vox significat Nicandro. & Hes. τρυγεῖν est ξηραίνειν. Truncum. n. ejusmodi aridam arborem dicimus. Deinde significat corpus cui præsectum est caput,* der rumpf / *quasi ruptum.*

a Thorax

pectoris *b* usque ad ventriculum *c* & costas *d*: conca-

a *Thorax est pars corporis intermedia inter collum & partes tegendas* Arist. lib. 1. de hist. animal. c. 7. *Sic veteribus. Galeno & recentiorib. est ea, quæ collo subjecta utrinque costis clauditur & habet στέρνον, νῶτα, πλευράς, κλεῖδας ὠμοπλάτας. Nobis* die gantze brust; *forte quia setosū* (*seta enim nobis* burste) *ut στῆθος λάσιον, λαχνῆεν. Sic & στέρνον iisdem epithetis poëtæ sapientissimi Homerus, Pindarus, Nonnus, Orpheus describunt.*

b *pectus est ea pars thoracis, quæ sub juguli clavicula est; anterior pars animalis à gula usq; ad ventrem; sic dicta, quod imprimis est πηκτή i.e. compacta firmiter. unde στέρνον στερεὸν dicitur. Est autem στέρνον ea pars pectoris, qua concurrunt costæ; tanquam scutum pectoris.*

c *ventriculus. Cels. lib.* 4. *c.* 1. Ventriculus, qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus: isque inter lienem & jecur positus est, utroq; ex his paulùm super eum ingrediente. *ibi cibus in chylum mutatur.* Der magen / *quæ vox videtur contracta ex* stomachus. *nisi potius à μαγὶς id est, mactra, vel lanx; ut in qua cibus velut pinsatur & subigatur. Superior ejus pars ventriculi os, medicis καρδία, inferior fundus, πυθμὴν, dicitur. Stomachus autem significat plura, nempe orificium gulæ, gulam cum suo orificio, orificium ventriculi, & ipsum ventriculum cum suo orificio: etiam est Hippocrati os μήτρας & κύστεως. Ita autem dicitur στόμαχος, quia est os ventriculi, quæ est ejus prima notio. Ideoq; dici solet etiam στόμα γαστρὸς vel κοιλίας. nempe sub faucibus ad linguæ radices duo itinera incipiunt, alterum aspera arteria, alterum stomachus. Illa exterior ad pulmonem fertur, hæc tanquam canalicula interior ad ventriculum, quæ esculenta & potulenta eò transmittit, unde & οἰσοφάγος vocatur, gula. Celsus lib.* 1. *c.* 1. *&* 4. *Gell. lib.* 17. *cap.* 11. *Gal. lib.* 1. *κατὰ τόπ.*

d *Costæ dicuntur ossa, adhærentia spinæ, quæ complexu*

concavum quidem interius: nam exterius, inter brachia *e* & pectus *f* sinus est. Sub ventriculo est venter *g*, & in ventre imo pecten *h*, &

plexu suo intestina fovent. Breviter, sunt crates pectoris. Videtur dici ex ὀστῶ, i.e. ossa. Sic os (quod ὀστοῦν) Bohemi kost *dicunt: alioqui Græcis* κόσται *sunt hordea. Costæ autem πλευραὶ, σπάθαι: etsi πλευρὰ propriè latus, ut σπάθη rudicula spatha. Nobis* rippe/ribbe, *à* reif/ *Saxon.* rép *circulus viminalis, u ,quo dolia vinciuntur. Vox est planè Græca. ῥῖπες enim sunt vimina flexilia, παρὰ τὸ ῥέπειν inclinari. ῥωπήϊον virgultum vimineum ῥυφὸν incurvum, ῥηπαὶ sublicæ, ad eandem originem refero.*

e *brachium (Græcis ὁ βραχίων) quòd sit βραχύτερον, i.e. brevius reliqua parte manus. nos dicimus* arm *ab armis. Gall.* le bras.

f *sinus est curvitas illa intra pectoris & brachiorum complexum: quia, ut puto, aperta sinitur. Germ.* busen *Belg.* boesem; *puta à* boesen *basiare, complecti. Inde in sinu gestare est diligere, ut Ier. Adel. 4.5.* Hic non amandus, hiccine non gestandus in sinu est? *Latè autem patet vox eadem, ad litora curva, gremium & alias cavitates significandas.*

g *Venter, qui sub ventriculo, est ille, in quo intestina, in quæ sordes d fluunt. Idcirco commodè ducitur ab ἔντερα, i. e. interanea. Græcis est κοιλία a cavitate. κοῖλον enim est cavum. Aliter γαστὴρ, quæ vox tamen etiam gulam & ventriculum significat: à γῶ capio. Nobis* bauch, *ut puto, à vacuo, quia ibi est capacitas vacua ab ossibus. Ita etiam κενεὼν est locus vacuus. vel à* beuchen (*Belgis* buycken) *lintea lixivio purgare. Est enim alvus, per quam fit sordium expurgatio. Sed & hoc ab evacuãdo. Et Heb.* בוק *est* vacare. h *pecten, est pubes, τὸ ἐφήβαιον, quod & Græci κτένα vocant. Propriè est id, quo pectitur. ut κτεὶς κοσμοκόμης, κάλλω πρὸν τριχῶν. Deinde per similitudinẽ à distinctione radiorum vel pilorum ad alia transfertur. Est etiam pecten*

os

& pudenda *i*. VELI. An non pudendus magis podex *k*, sive anus *l*? GRY. Utrumque pudendum *m*. posterius ob turpitudinem *n*, anterius ob flagitium & dedecus *o*. Femur *p*, & ut olim loquebantur, femen *q*, nunc malunt pluralivè *r* femina: à genu est crus *s*, cujus os tibia

es transversum sub ventre; quod munit intestina.

i *quas partes, præ pudore ob conscientiam impuræ animæ, natura velari jussit.*

k *verecundè sedes vocatur à pudore vox nata est. Nostra ab* ὄρχος. *De his & similibus non est loquendum neque cogitandum, sine admiratione sapientissimi opificis. & singulis membris sanctè utendum est; ne nostris peccatis ea impurata devoveamus inferis titiones.*

l *anus est circulus, anulus parvus circulus; sed fere* n *geminamus. & sic Græcis* δακτύλιος. *Etiam Hebræis* טַבַּעַת *est anulus &* πρωκτὸς, *os anuli, foramen sedis. Etiam pes Hebræis* (רֶגֶל) *pro eodem: ut non malè ad pedis originem alii referant.*

m *id est tegendum cum pudore.*

n . *physicam.*

o *annexam turpitudinem ethicam, impuris usitatam.*

p *suprà vide pag. 109. c.*

q *Distinguunt aliquando. vide ibid.*

r *pluraliter Apulejus & Charisius, plurativè etiam opt. auct.*

s *pars infra genua ad pedes usq. Hebr.* כֶּרַע kará *crus à* כָּרַע *incurvare. Græci* σκέλος *ab ariditate ossea.* σκέλλω *est arefacio. nobis* schenckel *à* schake *crus, quod ex Hebræo* שׁוֹק, *Chald.* שָׁק *crus, quo animal currit. Nam* שָׁקַק

est

tibia *t* dicitur: carnoſum verò illud poſterius, ſura *u*: poſtremò pes *x*, manui non abſimilis. nam & digitos habet, & volam *y*, quæ & veſtigium *z* dicitur, & ſolum pedis *a*. VEL. Quid? num non veſtigiū, quod à pede imprimitur? GRY. Et illud ipſum, & ſolum pedis. VELI. Noſtin', quæ ſint in corpore virtutum ſedes? GRY. Quæ tandem? VEL. In fronte pudor, in dextera fides, in genu miſericordia *b*. GRY. Planta

eſt currere. Gall. jambe & gambe *à* *καμπὴ*, *curvatura. niſi fortè à noſtro* ſchien.

t *Tibia eſt os cruris, oppoſitum ſuræ,* ſchienbein. *videtur* ſchiene (*Belgis* ſchene) *eſſe à σκίλος, liquida λ in n mutata. aut* ſchene *pro ſpina. Sanè etiam Gallis* eſchiene *& Italis* ſchiena *eſt ſpina dorſi.*

u *Sura venter objectus tibiæ: ideo Græcis γαστροκνήμη. Gall.* le mol de la jambe, *i.e. molle, ſeu (ut Itali loquuntur) pulpa cruris. Sura autem eſt à ſurus, i.e. palus, unde ſurculus. Feſt. Eſt enim ut palus, cui innititur corpus.*

x *pes Græcis ποῦς, unde nos* fuß. *Saxones* voet *ex obliquo* pede. *Origo eſt Græca βάσις vel potiùs Hebræa. Nam* פָּסַח *eſt tranſire: unde* paſcha *tranſitus.*

y *vola hic concavitas pedes, κοτύλη.*

z *veſtigium hîc eſt ima pars pedis. per metonymiam effecti. Propriè enim eſt ſignum impreſſi pedis: ut in illo Sulpitii lib.2.* Pavimentum cinere conſperſit, ut introeuntium oculos aditus veſtigia proderent. *Nobis* fußſtapfe/*à* ſtapfen *calcare ex στείβειν. Inde* ſtapf *gradus. Gallis* marche *à* marcher *incedere à marculo pedum.*

a *i.e. imum, quo tangitur terra, quæ etiam ſolum dicitur.*

b *in frontis habitu pudor vel impudentia cernitur; unde verecunda vel inverecunda dicitur. Dextra eſt operandi organum, qua data nos συνεργοὺς profitemur. Genu ſubmittentes humilitatem oſtendimus, qua clementiam exoremus.*

Planta pedis non est ipsum solum pedis. VEL. At sic putant multi. GRY. Atqui Plinius *c* scribit, esse gentem, quæ sibi umbram faciat in meridie planta pedis, quam habent vastam admodum atque enormem: qui fieri id potest?

*mus. Plin.lib.*11 *c.* 37. Frons & aliis animalibus, sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index. *Et cap.* 45. Hominis genibus quædam religio inest, observatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt, hæc, ut aras, adorant, fortassis, quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusq; commissura dextra lævâque, à priore parte, gemina quędam buccarum inanitas inest: qua perfossa, ceu jugulo, spiritus fugit. Inest & aliis partibus quædam religio: sicut dextra oculis aversa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. *Sic dono mittere dextras hospitii insigne aliquando solebant*. Tacit. histor.l.1.c.54. & 2.8.

c *lib.*7.*cap.*2. Hominum genus, *dicit*, qui Monosceli vocarentur, miræ pernicitatis ad saltum: eosdémque Sciopodas vocari, quòd in majori æstu humi jacentes resupini umbrâ se pedum protegant: non longè eos a Troglodytis abesse. *Sed non pauca hic & alibi fabulosa habet Plinius: ut non immeritò dicat cap.*1. Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam, potiúsque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus, *vel* de dubiis rogentur. *Caterùm tamen, quod de Sciopodibus affertur, ex eo probatur, id esse plantam, quod mox Velius agnoscit. Isid.l.*11. *orig.c.*1. *sic exponit:* Sunt plantæ anteriores partes, quæ etiam ex multis ossibus constant, à planitie nuncupatæ, quia planæ atque longiores formatę sunt, ut stabile corpus efficerent. Calces prima pars plantæ. à callo illi nomen

potest? VELIU. Profectò planta est, à cruris vertebra ad digitos *d*.

nomen impositum. hinc & calcaneus. Solum inferior pars pedis, dictum, quia eo terræ vestigia imprimimus. *Pollux lib. 2. partes pedis dicit, superiores ante digitos πεδίον, aut ὄρος aut πολυόστεον ex ossibus & nervis compositum: id quod ante est post digitos ταρσὸν: extremitatem retro calcem.*

d *vertebræ (Græcis σπόνδυλοι) in genere fuerint summæ ossium partes nodis crassioribus conglobatæ, ut definit Isidorus lib. 1. c. 1. ex eo dictæ, quòd ibi se membra vertant, ut inflecti possint. Ita etiam Græcis στροφεῖς, στρόφιγγες. nos vocam⁹* wirtel *à vertendo. Lucilio sunt* verticulæ. *Imprimis autem dicuntur spondyli seu vertebræ illa XXIV ossa, quibus ἡ ῥάχις est constructa ad erigendum curvandúmq; corpus. ῥάχις (vulgò spina dorsi) significat illud totum, cujus partes sunt cervix, dorsum, lumbi. illæ vertebræ sunt* die knöchel des rückgrats. *Hic autem in crure dicitur,* der knochel des fusses.

Ita partes corporis externæ, præcipuæ quidem, sunt declaratæ, quarum occasione de cæteris quoque dici possit. ut autem discipuli, quibus hæc elaborantur, etiam de internis potioribus informationem aliquam habeant: lubet Ciceronis verbis ex *lib. 2. de natura deorum*, eam hoc loco apponere. Sic autem habent.

Faciliùs intelligetur, à diis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota fabricatio hominis perspecta, omnísque humanæ naturæ figura atque perfectio. Nam, quum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu: ad hæc omnia percipienda os est aptissimum: quod adjunctis naribus spiritu augetur. Dentibus autem in ore con-

structis

structis manditur, atque ab his extenuatur & mollitur cibus. Eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autē conficiunt qui genuini vocātur: quæ confectio etiam à lingua adjuvari videtur. Linguam a. ad radices ejus hærens excipit stomachus: quò primùm illabuntur ea, quæ accepta sunt ore. Is utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione & motibus linguæ depulsum & quasi detrusum cibum, quem accepit, depellit. Ipsius a. partes eæ, quæ sunt infra id, quod devoratur, dilatantur: quæ autem supra, contrahuntur. Sed, quum aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostium habeat adjunctum linguæ radicibus, paulò suprà, quam ad linguam stomachus annectitur, eáque ad pulmones usque pertineat, excipiátque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandémque à pulmonib. respiret et reddat: tegitur quasi quodam operculo. Quod ob eam causam datum est, ne si quid in eam cibi fortè incidisset, spiritus impediretur. Sed, quum alvi natura, subjecta stomacho, cibi & potionis sit receptaculū: pulmones autem et cor extrinsecus spiritum adducant: in alvo multa sunt mirabiliter effecta, quæ constant ferè è nervis. Est autem multiplex & tortuosa, arcétque et continet, sive illud aridum est, sive humidum, quod recipit, ut id mutari & concoqui facilè possit: eáque tum astringitur tum relaxatur, atque omne, quod accepit, cogit & confundit: ut facilè & calore, quem multum habet,

bet, & terendo cibo, & praeterea spiritu omnia co-cta atque confecta in reliquum corpus dividantur. In pulmonibus a. inest raritas quaedam, & assimilis spongiis mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes. Ex intestinis autem & alvo secretus à reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quasdam à medio intestino usque ad portas jecoris (sic enim appellant) ductas & directas vias, quae pertinent ad jecur eique adhaerent. Atque inde aliae pertinentes sunt, per quas cadit cibus à jecore dilapsus. Ab eo cibo quum est secreta bilis, iique humores, qui ex renibus profunduntur, reliqua in sanguinem se vertunt, ad easdémque portas jecoris confluunt, ad quas omnes ejus viae pertinent: per quas lapsus cibus, in hoc ipso loco in eam venam, quae cava appellatur, confunditur, pérque eam ad cor cõfectus jam coactúsq; perlabitur: à corde autẽ in totũ corp⁹ distribuitur per venas admodũ multas, in omnes partes corporis pertinentes. Quemadmodum a. reliquiae cibi depellantur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus, haud sanè difficile dictu est: sed tamen praetereundum est, ne quid habeat injucunditatis oratio. Illa potiùs explicetur incredibilis fabrica naturae. Nam, quae spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primùm ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum: ex eáque pars redditur respirando, pars

conci-

concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui similis alter adjunctus est, in quem sanguis a jecore per venã illã cavã influit. eóque modo ex his partibus et sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Utræq; autem crebræ, multæq; toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur. Quid dicam de ossibus? quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas & ad artus finiendos accommodatas, & ad motũ, & ad oẽm corporis actionem. Huc adde nervos, à quibus artus continentur: eorúmque implicationem toto corpore pertinentem: qui sicut venæ & arteriæ, à corde tractæ & profectæ, in omne corpus ducuntur. Ad hanc providentiam naturæ tam diligentem, támq; solertem adjungi multa possunt, è quibus intelligatur, quantæ res hominibus à Deo, quámque eximiæ tributæ sint, qui primùm eos, humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. Sunt enim è terra homines, non ut incolæ, atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud animantium genus pertinet. Sensus autem, interpretes atque nuncii rerum, in capite, tanquam in arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Nam oculi, tanquam speculatores, altissimum locum obtinent: ex quo plurima conspicientes, fungantur suo munere. Et aures quum

sonum recipere debeant, qui naturâ in sublime fertur, rectè in aliis corporum partibus collocatæ sunt. itémque nares, eò, quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt, & quòd cibi & potionis magnum judicium earum est, non sine causa vicinitatem oris sunt sequutæ. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & potulentis natura iter patefecit. Tactus a. toto corpore æquabiliter fusus est, ut oēs ictus, omnesq; nimios caloris & frigoris appulsus sentire possimus. Atque, ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis & naribus dominorum ea, quæ profluentia necessariò tetri aliquid essent habitura: sic natura res similes procul amandavit à sensibus. Quis verò opifex præter naturam, quâ nihil potest esse callidius, tantam solertiam persequi potuisset in sensibus? quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestivit & sepsit: quas primùm perlucidas fecit, ut per eas cerni posset: firmas autem, ut continerēt. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, ut & declinarent, si quid noceret: & aspectum, quò vellent, facilè converterent. aciésq; ipsa, quâ cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut ea, quæ nocere possint, facilè vitet: palpebræq;, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissimè factæ & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, et ad aperiendas: idq; providit, ut id entidem fieri posset cum maxima celeritate. munitæq; sunt palpebræ, tanquam vallo pilorum:

quibus, & apertis oculis, si quid incideret, repelleretur, & somno conniventibus, quum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui tanquam involuti quiescerent. Latent praterea utiliter, et excelsis undiq; partibus sepiuntur. Primùm enim superiora superciliis obducta, sudorem à capite & fronte defluentem, repellunt. Genæ deinde ab inferiore parte tutantur subjectæ léviterq; eminentes. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. Auditus a. semper patet. ejus enim sensu etiam dormientes egemus: à quo quum sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. provisum etiam, ut, si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquã in visco, inhæresceret. Extrà autem eminent, quæ appellãtur aures, & tegendi causa facta, tutandíque sensus, & ne adjectæ voces laberentur atque errarent, priusquam sensus ab his pulsus esset. Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multísque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca & in fidibus testudine resonatur aut cornu, & ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. Similiter nares, quæ propter necessarias semper utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere: humorémque semper habent, ad pulverem multáque alia repellenda, non inutilem. Gustatus præclarè septus est. ore enim continetur et ad usum aptè, &

ad

ad incolumitatis custodiam. Omnísque sensus hominũ multò antecellit sensibus bestiarum. Primùm enim oculi in eis artibus, quarum judicium est oculorum, in pictis, fictis, cælatísque formis, in corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius. colorum etiam & figurarum tum venustatem atque ordinem, &, ut ita dicam, decentiam oculi judicant: atque etiam alia majora. Nã & virtutes & vitia cognoscunt, iratum, propitium, lætantem, dolentem, fortem, ignavum; audacem timidúmque cognoscunt. Aurium item est admirabile quoddam artificiosúmque judicium, quo judicatur & in vocis, & in tibiarum nervorúmque cantibus, varietas sonorum, intervalla, distinctio, et vocis genera permulta: canorũ, fuscũ, leve, asperum: grave, acutũ: flexibile, durũ: quæ hominum solùm auribus judicantur. Narimque item, & gustandi, et apertè tangendi magna judicia sunt. Ad quos sensus capiendos & perfruendos, plures etiam, quàm vellem, artes repertæ sunt. Perspicuum est enim, quò compositiones unguentorum; quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint. Jam verò animum ipsum, mentémque hominis, rationem, consilium, prudentiã, qui non divinâ curâ perfecta esse perspicit, is his ipsis rebus mihi videtur carere.

SENTENTIÆ.

1 *Pictura nobilis ars est: at minimè inanibus & virtutes religionísque castitatem minuen-*

tibus imaginibus exercenda.

2. Clarorum virorum vultus in zographicis repræsentationibus præcipuam commendationem habent.

3. Imperitia hominum admodum sæpe iniqua est etiam summis artificiis: sed & color haud rarò tegendis vitiis quæritur.

4. Quæ a rebus præclarè pro ecclesia & rep. gestis gloria petitur, ea est immortalis.

5. Ingratæ hominum actiones & obtrectationes nunquã nos omni laborum nostrorum fructu privabunt. sanè potissimum relinquent integrum, qui etiam sitos consequetur.

6. Quum legimus de Africani & similium gentilium hominum studio in hanc terrenam patriam, de eorum vigilantia, continentia, religione (qualis in ista caligine erat) est sanè, cur extremè nostra pudeat socordiæ, voluptatum & ingrati in Deum animi, qui in reb. longè preciosioribus & sanctioribus constituti sumus. Illi sæpe in tenebris plus viderũt, quàm nos in meridie. Excitet verò nos divini vox apostoli: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gẽs sancta, populus, quem sibi Deus ut proprium vendicat: ut virtutes prædicetis illius, qui vos vocavit è tenebris in admirabilem lucem suam. *1. Pet. 2. 9.*

7. Ociosi & intemperantes homines alienæ industriæ & moderationis sunt obtrectatores. sed suo malo, ut Petilii.

8. Vulgus leve est in omnes partes & ad fal-

sas

ſus laudes augendas & ad criminationes excipiendas atque diſſeminandas. Sed tempus tandem à veritatis polline mendaciorum furfures ſecernit Quare qui in hanc ſortem incidunt, nihil mirentur. Nihil faciliùs, Apulejus inquit, quàm linguæ rabies & vilitas morum. *Cæl. Rhodig. l. 13. antiq. lect. c. 46.*

9. Nulla virtus latet; & latuiſſe non eſt ipſius damnum. veniet, qui conditam & ſeculi ſui malignitate compreſſam dies publicet. Paucis natus eſt, qui populum ætatis ſuæ cogitat. Multa annorum millia, multa populorum ſupervenient. ad illa reſpice. etiamſi omnibus tecum viventibus ſilentium livor indixerit; venient, qui ſine offenſa, ſine gratia judicent. Si quod eſt precium virtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit poſterorum ſermo; tamen etiam non ſentientes colet ac frequentabit. Nulli non virtus & vivo & mortuo retulit gratiam: ſi modò illam bona ſequutus eſt fide, ſi ſe non exornavit & pinxit, ſed idem fuit, ſive ex denunciato videbatur, ſive imparatus ac ſubitò. Nihil ſimulatio proficit. paucis imponit leviter extrinſecus inducta facies: veritas in omnem partem ſui ſemper eadem eſt. Quæ decipiunt, nihil habent ſolidi. Tenue eſt mendacium: perlucet, ſi diligenter inſpexeris. *Senec. ep. 79. Confer hæc cum hiſtor. Scipionis Africani apud Livium & Senec. epiſt. 86.*

10. *Non omne exsilium pœna scelerum est.*

11. *Sapiens id feret moderatè. Nam*, quicquid optimum est homini, extra humanam potentiam jacet, nec dari nec eripi potest. Duo, quæ pulcherrima sunt, quocunq; nos moverimus, sequentur, natura communis & propria virtus. *Senec. consol. ad Helv.*

12. *Stultum est opinari, ita cautè te victurũ esse, ut nunquam in accusationem aut miseriam incidas. Laudandũ est æquabile recti studiũ, sed simul anim⁹ ad hostium odia ferenda est parandus. Laudat Seneca Demetrii vocem*: Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam evénit adversi. *lib. de provid. c. 3.*

13. *Cavillationes non conveniunt prudentibus.*

14. *Seria agamus, aut saltem, quæ nos parẽt ad seria; ut fatigatos laboribus animos licita recreatione recentemus & curas acerbas laxatis sensibus edulcemus.*

15. *Vanis artibus renunciandum est*; *neq; tam metuendum, quid nobis minentur aliqua naturæ signa, quàm sperandum, quod divina promittit gratia, si ei nos dociles exhibeamus.*

16. *Ne in nobis auguria anxiè quæramus, néve abditos eventus scrutemur: sed intra metas officii dies noctésq; versemur. ita certum est. & secundos rerum cursus nos habituros aut saltem adversos nobis non nocituros, potius verò virtutẽ nostram illustraturos esse. Quæ Plin. l. 11. c. 52.*

Ale-

Alexandr. ab Alex. lib. 2. 19. commemorat: eis oppone divinationem ex Lev. 26 & Deut. 28. & Mal. 3.

17. *Non uni dat cuncta Deus. Quódq; suis alibi diminuit, alibi auget.*

18. *Quum, quos diligimus, eorum hominum mores tam cupidè imitemur: discamus etiam saltem Dei nostri exemplum sequi; quod hac sententia divinus legislator commendat Lev. 19.* Sancti estote, quia sanctus sum ego DOMINUS Deus vester.

19. *Quum aliarum rerum, tum etiam nostri corporis inspectio erit tanquam incentiva tibia ad Dei laudes prædicandas.*

20. *Manus meritò rationis & sapientiæ ministras dicimus: nominatim stupendum est, quod parvi digiti nobis* τεχνῖται τε καὶ πάντων ἐργάται εἰσὶν, *ut Pollux ait; h.e. artifices & omniũ opifices.*

21. *Fatuitas ingens est captare futura, & non capere sed perdere præsentia.*

22. *Futura falsa procliviùs homines credũnt, quàm vera. adeò ad seipsos fraudandos sunt ingeniosi!*

23. *Inscitia plures aliquando habet sectatores quàm doctrina. adeo cæci sunt, qui sapientes videri & doctos invadere, quam docti evadere malunt!*

24. *Tam prudens est administratio divina, ut ipsa organorum debilitate vel robore ostenderit, quid cuiq; sexui sit agendum.*

25. *Bona conſcientiæ tamen interdum error animi adjungitur.*

26. *Simulationis impoſturas nunquam diſcemus, ſed id agemus, ut animi ſpeculum ſint externi mores noſtri.*

27. *Turpia ſcrutari non eſt frugi hominis: ergo neque legere impuros ſcriptores, qui obſcœnitatis peſte necant animi & corporis caſtimoniam.* Vide, quæ ſapiẽter & graviter Cælius Rhodiginus ant. lect. lib. 4. c. 3. monet:

DIALOGUS XXIV.

Educatio.

¶ *Malè educatus adoleſcens, genere tamen nobilis, ad Flexibulum venit informandi ſui gratia. Hic autem I. de cauſis adventus diſſeritur inter illos. II. Gorgopas occipit diſputationem de titulis diſcipuli futuri. III. Referuntur & examinantur documenta domeſtica. IV. Proponuntur nova monita.*

Flexibulus, Grympherantes, Gorgopas *.

* *Miræ voces, at res inſignes, pro eis rectè educandis, quos aliqua nobilioris ſanguinis portio inflat; ut cum generis claritate (quæ alioqui meritò inter divina munera conſetur) præcipuam eam conjungant nobilitatem, quæ in optimarum rerum ſcientia & omni virtute conſiſtit. Flexibuli quidam & Gorgopæ nomina habent planam ſignificationem. Flexibulus enim eſt magiſter, qui rigidum mala educatione*

FLEXIBUL. Quánam gratia *a* misit te huc ad me pater tuus? GRYMPH. Dixit,

te

catione adolescentem sanis cõsiliis in diversum flectit, & effrenatum præsidentémque sibi in gyrum recta rationis & doctrina ducit. Nomen autem sumtum ex titulo satyræ cujusdam Varronis ; quippe Nonius frequenter Flexibulas & sesquiulyssem allegat. Meminit etiam Plinius præfat. ad Vespasianum. bulus *est productio vocis. si sit ex* βουλὴ *consilium : fuerit vox hybrida. Gorgopas sonat eum, cui sunt* γοργοὶ ὦπες, *i.e. acres, horrendi oculi, qui trux est aspectu,* βλοσυρωπὸς , *ut homines furentes. Apud Euripidem dicitur* γοργωπὸς *terribilis, tanquam qui visu aliquem vorare vel necare velit. Fabulas poëtarum de Gorgonibus docet Myndius originem cepisse à Gorgona animali quodam Libyæ, frontis jubatæ, quod halitu perimat & visu, si quem discussâ jubâ aspexerit. vide Athen lib. 5. extrem. Ideo malim etiam hic Gorgopus. etsi quoque quædam hujus ordinis in* HS *desinunt, ut* κυνωπὸς, κυνώπης & κύνωψ. *Quid autem de* Grympherante *dicemus? Non putem, certam familiam sic traduci. Dum sit, qui in hoc & similibus aliquid rectiùs doceat, si scire refert: vocem ex Belgico fictam autumem : ut sit puer seu adolescens gloriosus, consuetudine prava perditus.* Grom *est puer (Anglis* grome) *&* verwaendt *est usu corruptus. Sic erit* ein verwehnt kind/ *delicatus, lascivius, à* wehnen *suescere & educare. Est etiam* verwahnen *opinando errare:* wehnen *putare, unde* wahn *opinio : Belg.* verwaendt *falsò putatus, vana opinione. vel* krom wrant *est varus, curvus litigator.* wranten *enim Fris. est litigare.* wrantigh, *querulus. morosus. In Belgio hæc noster scripsit. Sed satis. Oratio hominem ostendet, qui sit. Igitur audiamus colloquutores.*

a ἕνεκα χάριν. *Ter. Andr.* 2 6. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, & eâ me hîc restitisse gratiâ. *Hic Donatus.* Gratia veteres pro causa ponebant. *Ita beneficio hujus i. e. per hunc. Est synecd. speciei*

te esse hominem egregiè institutum, sapienter educatum, eáque de causa gratum huic civitati: cupere se, ut ego eisdem, quibus tu, vestigiis insistens, perveniam ad similem favorem populi. FLEX. Quomodo igitur te id assequuturum censes? GRYMP. Ingenua educatione, quali te omnes prædicant esse præditum *b*. Adjecit pater, eam educationem magis decere me, quàm alium quemvis. FLEX. Cedo, mi fili, quomodo ea in re venis à patre imbutus? GRYM. Non tam me pater præceptis instruxit, quàm patruus quidam meus, vir senex, versatus multùm & diu in regum comitatibus *c*. FLE. Quid* ergo illi te docuerunt, mi fili & amice *d*? GORGO. Vide, vir prudentissime, ne fortè per ignorantiam labaris in dictum aliquod, aut factum stultum vel rusticanum, unde amittas istud nomẽ optimè educati *e*. FLE. Quid? támne leviter apud vos perit? GORG. Vel unica vocula, unico flexu poplitis, unica inclinatione capitis. FLE. Nimis est inter vos delicatum & infirmum *f*; inter nos enim multò

I. Causa adventus.

ciei. Gratia enim est ex præcipuis causis aliquid obtinendi vel procurandi.

b *ut educatus sis optimè & sic educare possis.*

c *societate, famulitio, clientela, συνοδίᾳ.*

* *al. qui, i.e. quomodo.*

d *verba sunt benevolentiæ, ad hominem extraneum.*

e *metuit hoc Gorgopas, si Flexibulus simplicitate recta utatur in alloquio, & negligat in affatu Gothicas titulorum prægnationes.* f *sc. caput.*

tò est robustius & firmius. GORGO. Sic sunt nostra judicia, ut nostra corpora; quæ nullam ferunt offensionem. FLEX. Imò, ut est videre, faciliùs ferunt corpora, quàm animi *g*. GOR. Fortasse tu non nosti hunc *h*. ideò filium & amicum nominas. FLEXIB. An non sunt hæc honesta nomina, & plena benevolentiæ? GO. Benevolentiæ credo, quam nos haud magni sanè facimus: sed non reverentiæ neque officii, quæ nos anxiè venamur. nam hic dominus solet appellitari, non amicus. An non animadvertis domini præfationem ante prænomen *i*, & famulos versiculores *k*? non annotasti *l* in avi hujus solennibus parentalibus *m* tot cereos *, tot insignia, tot homines atratos *n*?

g *ut qui sunt arrogantes & nihil ferre possunt, nisi quod insolentia blandiatur, & non sentiunt sui corruptioné.*
h *quis, qualis & quantus sit ; nempe non vulgaris.*
i *ut dicatur dominus* Grympherantes.
k *vario colore vestitos, ut solent servi potentiorum.*
l *observasti.*
m *i.e. funebri epulo, quum avus sepeliretur. Dicuntur autem illa parentalia, quia liberi ea parentibus instituunt. Est alioqui parentale, quicquid ad parentes pertinet, aut etiam ab eis acceptum est, ut* parentalis labes, originalis *scilicet* macula, corruptio naturæ, hæreditariu onus *Cypr.*; *cujus pudenda miseria nostra recordatio nos ad humilitaté erudiret, nòn ad insolentiam in vita & morte, si quid recta mentis in nobis esset.*
* *Cereus subst. i.e lychnus cereus, fax, ditiorum lucerna. inde nos* kertze. *Respicit ad morem magnatum, quorum funeribus præferri solent cerei & insignia. Vide Cic. 2. de Orat.* n *atris, lugubribus vestibus indutos, pullatos.*

FLEX.

FLEX. Quid? ergo affectas *o* tu omnibus esse dominus, nulli amicus? GRY. Ita docuerunt me propinqui mei. FLEXI. Edat jam, mi domine, tua excellentia *p*, præclara illa tuorum consanguineorum documenta. GOR. Videris tu mihi puerum hunc naso suspendere *q*: at non est quilibet *r*. ne feceris. GRYM. Primùm, esse me ex honestissima progenie, quæ nulli cedat *s* per universam hanc provinciam: idcirco

III. Documenta domestica jã accepta

o stehestu darnach? wiltu das haben? *quæris hoc? es ad hoc infectus animo.*

p *Hunc Gorgopas affatum sui Grympherantis exspectarat.*

q *i.e. irridere.* Nasus altior homini tantùm, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere: *ut ait Plinius lib.* 11.c.38. *Hinc nasus pro irrisione ipsa & irrisore ponitur, ut Græcis μυκτὴρ. unde Gregorio dicitur μυκτὴρ ὕβριν πνέων καὶ περιφρόνησιν, i.e.* nasus contumeliam spirans & contemtum. *Quid autem est suspendere naso, quod Græci uno verbo μυκτηρίζειν? Quod irrident, illi id in naso velut in lance suspendere & ponderare videntur: ut Turnebus ait lib.4. advers.cap.9. Interdum pleniùs dicitur* adunco naso *dicimus: quia derisores adunco & aquilino naso esse, observatum est: quæ phrasis postea mansit etiam in nasutis omnibus. Sic Horatius*

—— naso suspendis adunco.

Persius,

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

r *non vulgaris, non unus è multis, non plebejus, sed de summo genere locóque filius; ut ait Plaut. in Capt. Sic Græci οὐχ ὁ τυχών.*

s *i.e. locum vel jus suum det, ut sit inferior. Hoc enim est cedere alicui, victum abire. Sic dicimus* cedere alicujus honori & cedere alicui honore. *Mox explicat noster plenè.*

idcirco curandum mihi diligenter, atque annitendum, ne degenerem à majorum meorũ virtute: illos parasse sibi magnum decus: nemini concedendo de loco, de dignitate, de auctoritate, de appellatione *t*: me idem debere facere. Si quis quid velit de honore detrahere, pugnandum statim cum eo: de pecunia oportere esse largum atque adeò profusum, in honore asstrictum *u* & attentum *x*: decere nihilominùs, me ac mei similes assurgere aliis *y*, via cedere *z*, ducere, reducere: nudare caput, poplitem incurvare: non, quòd alius quispiam id mereatur, à me sibi exhiberi *a*, sed, quòd sic cóciliabo† mihi favorem hominum, captabo auram popularem *b*, & parabo illum, quem tanto-

t *Vult aliis honorificentiùs appellari.*

u *i.e. parcum in amittendo honore,* die ehre woll zu rahte halten. *Asstrictum est arctum, angustum, & laxo opponitur.*

x *hoc est, solicitè ejus observantè, ut Horat. 2. serm. sat. 6. Asper & attentus quæsitis. Ita* attentiores *ad rem &* omissiores *ab re, id est, patrimonio Terentius opposuit. Ad. 5. 3.*

y *honoris causa. Ita Græcis* ὑπανίστασθαι, ἐξανίστασθαι, ἐπανίστασθαι, ὑπεξανίστασθαι θάκων, ὁδοῦ. *Cur? ut ostendamus, illorum potiùs esse sedere, & nostrum stare, ut inferiorum.*

z ὁδοῦ παραχωρεῖν: *ut qui digniores sint, ut molliter & cõmodè ambulent, quàm nos.* † *conciliaturus sim.*

a *ut exhibeatur. & sic tersiùs loquimur.*

b *Aura popularis est gratia vulgi, qua quis tanquam aura, id est, vento suavi provehitur in velificatione honoris sui. Sic & ventum popularem aliquis quærere dicitur, quem scilicet*

tantopere gestamus semper in ore & in corde *c* honorem. in ea educatione situm esse discrimen nobilis & ignobilis, quòd nobilis ad illa omnia dextrè præstanda institutus est atque assuefactus: ignobilis agresti more nihil illorum doctus est facere. FLEX. Et excellentiæ tuæ, domine, qualis videtur ejusmodi institutio? GRY. Qualis verò? nisi multò optima, & digna meo genere. FLEX. Quid ergo est aliud, quod à me requiras? GRY. Nihil planè restaret mea sententia: nisi accessisset voluntas patris, qui jussit prorsum, seu veriùs imperavit rigidè *d*, ad te venirem, ut, si quid in hac educatione nosses magis reconditum *e*, & quasi mysterium sacratius *f*, quo majus mihi decus acquirerem, in gratiam sui ne gravareris exponere, quò familia nostra, alioqui honestissima, & celsissima, altiùs ascēderet: quoniam sunt non pauci novi homines, qui freti sua opulentia, nactique dignitatem & honores, per divitias emerserunt: adeò, ut etiam aude-

scilicet plebs aspiret eunti. Cic. pro A. Cluent. Ita Verr. 6. Sperat. sibi auram aliquam posse afflari. *nempe aura mota ventum facit & splendorem.*

d *i.e de quo loquimur & quem cupimus.*

d *austerè, duriter, contra delicatum.*

e *q. in thesauris sapientia, non expositum cuivis.*

f *occultiùs & religiosiùs habendum.*

g *in* gratiam suam. *Dicimus enim mea, tua gratia, id est, propter me, te, causa demerendi vel retinendi favoris mei, vel amicitia. Ita* mea causa.

audeant cum vetustate & decoribus *h* gentis *i* nostræ contendere. FLEX. Facinus * nefandum *k*! GRY. Nónne? FLEX. Vel cæco esset clarum. GRYM. Itaque novi illi homines ambulant comitati longo assectarum ordine, ipsi segmẽtati *l*, in vestib. vel bombycini villosi interci-

h *ornamentis, imaginibus*.

i *i.e. domus, stirpis,* hauses/ geschlechtes. *Gall.* noblesse, *nobilitatis. Gens ad nomen, familia ad cognomen solet referri. Hinc gentiles, qui eodem sunt nomine. Hinc nobilis Gallis* gentil *dicitur,* der von gutem hause ist.

* *Gall.* forfait, *q. foras factum. Inde S. Bernhardo forefacere peccare epist.* 190. *quasi foras facere aliquid extra limites.*

k *ironia, qua luditur gloriator.*

l *Segmentum propriè frustum desectum. Deinde peculiariter circuli portio, adeóq; etiam ipse circulus; ut Plin. lib.* 6. *cap.* 33. Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellavere, Græci parallelos. *Hinc segmentum dicitur monile & ornamentum gutturis, Servio interprete. & sic accipiunt quidam illud apud Valer. Max. l.* 5. 2. Senatus permisit his (*matronis*) purpurea veste & aureis uti segmentis. *Sidonius, dum lib.* 8. *ep.* 8. *dicit:* ebriam succis inter crepitantia segmẽta palmatam, *ostendit, segmenta fuisse ornamẽta q̃ pretioso metallo & lapillis constarent. Sic etiam possunt dici virgulæ vel fasciolæ, quæ vestibus assuuntur, imprimis in extremitate,* seiden / silbern/gulden schnüre. *etiam tesserulæ variè coloratæ, quibus tum vestes tum alia decorantur, emblemate vermiculato: peniculamenta, κροσσοὶ* beleg/frangen. *Gall.* frange *quod etiam à frangendo, ut fimbria à fibro, i.e. extremo.* *Et talis fortè erat tunica* פַּסִּים *Josephi Gen.* 37.3. *Gall. hic vertit* estans vestûs de robbes brochees d'or *h.e. vestiti togis intextis auro.*

tercisi *m*, vel texti *n* Attalici *o*, ut nos nihil esse præ illis videamur, qui villato *p* vestimur, dissimulandæ paupertatis gratiâ. Præmium autem hujus tui laboris, si operam hanc navaris patri, erit, recipi te in numerum nostræ familiæ, & admitti ad illius gratiam & meam: ut, procedente tempore, aliquod à nobis accipias beneficium, sisque semper in nostra clientela *q* & quasi tutela *r*: FLEX. Quid potest dici amplius, aut optabilius? Sed cedò jam, si aperias caput *s*, ac cedas via ac loco, appelles blandè

m *bombycinũ est pannus ex bombycinis filis factus: villosum, quod villis est plenum, hirsutum: intercisum, velut calatum,* geblümet/ *id est, floribus ornatum, quos scilicet partes quædam villorum resectæ repræsentant.*

n *textum est pannus textus.*

o *Attalicum est Attalico opere factum: unde nos* Atlas. *Plin. l. 8. c. 48.* Acu facere id Phryges invenerunt, ideóque phrygiones appellati sunt. Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis. *Fuit autem Attalus rex Pergami locupletussimus & splendidussimus; unde Attalica dicuntur magnifica, splendida, nobilia. inde enim etiam nostram vocem* adel *duco & forte indidem est Hisp.* hidalgo, *q. Attalicus.*

p *i.e. simplici holoserico prædito suis villis:* μαλλωτὸν *analogicè ut lanatum à lana.*

q *in numero nostrorum clientum & hominum.*

r *tanquam pupillus sub tutoribus, sub præsidio & patrocinio. Tanti facit hic jactator, si sis familiaris quispiam aut servus ejus ordinis.*

s *honoris gratia. Cælius Rhodig. l. 11. antiq. lect. c. 12.* In Platonis Timæo observatum est, caput dici non principale solùm, sed etiam totum in corpore. reliqua enim

dè: quam ob caussam eris gratus iis, quibus cum versabere? GOR. Ob eam ipsam causam, quia hæc ago. FLEX. Isthæc omnia exteriora sunt solùm signa, quæ denotant, aliquid esse in animo tuo, propter quod diligare: nã ipsa per se nemo diligit. GRYMP. Quid ni diligant omnes, qui sunt honestæ conversationis *t*, in mea præsertim nobilitate? FLEXI. Parum admodum es progressus, (quod liceat inter nos dicere) & tu tè pervenisse jam arbitraris ad summum. GRY. Nihil necesse habeo parare mihi literas atque eruditionem, majores mei reliquerunt mihi, unde vivam: quod etiamsi desit, non istis est mihi artibus quærendum, tam ignobilibus, sed hastæ cuspide & ense districto *u*. FLEX. Animosè isthuc quidem &

 forti-

enim solùm, ut capiti serviant, conjuncta esse. proinde colligunt periti, hominẽ contemplationis gratia esse natum. Qua fortè sententia in veteri etiam disciplina inolevit, ut virtute aliqua vel etiam nobilitate aut dignitatis amplitudine conspicuis viris aperire caput consensu gentium probetur. *At Plin.libr.28 cap.6.* Capita aperiri asspectu magistratuum non venerationis causa jussere, sed (ut Varro auctor est) valetudinis; quoniam firmiora consuetudine ea fierent. *Qui tamen olim diis sacrum faciebant (excepto, si Herculi aut Saturno) caput operiebant. & hodiéq; Judai orantes caput tegunt. Vide Alexand. ab Alex.l. 2. cap. 19. & 22. Olim autem apud Romanos & alias gentes, exceptis certis casibus, nudo per se capite erant. Lips. amphit. c. 20. & Elect. 1. c. 23.* t die sich wissen erbar zuhalten, *qui morati sunt.* u mit der spitz und klinge. *Ensem districtum vocat è vagina*

10. *Non omne exsilium pœna scelerum est.*

11. *Sapiens id feret moderatè. Nam*, quicquid optimum est homini, extra humanam potentiam jacet, nec dari nec eripi potest. Duo, quæ pulcherrima sunt, quocunq; nos moverimus, sequentur, natura communis & propria virtus. *Senec. consol. ad Helv.*

12. *Stultum est opinari, ita cautè te victurũ esse, ut nunquam in accusationem aut miseriam incidas. Laudandũ est æquabile recti studiũ, sed simul anim' ad hostium odia ferenda est parandus. Laudat Seneca Demetrii vocem*: Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam evénit adversi. *lib. de provid. c. 3.*

13. *Cavillationes non conveniunt prudentibus.*

14. *Seria agamus, aut saltem, quæ nos parẽt ad seria; ut fatigatos laboribus animos licita recreatione recentemus & curas acerbas laxatis sensibus edulcemus.*

15. *Vanis artibus renunciandum est; neq; tam metuendum, quid nobis minentur aliqua naturæ signa, quàm sperandum, quod divina promittit gratia, si ei nos dociles exhibeamus.*

16. *Ne in nobis auguria anxiè quæramus, néve abditos eventus scrutemur: sed intra metas officii dies noctésq; versemur, ita certum est, & secundos rerum cursus nos habituros aut saltem adversos nobis non nocituros, potius verò virtutẽ nostram illustraturos esse. Quæ Plin. l. 11. c. 52.*

Ale-

Alexandr. ab Alex. lib. 2. 19. commemorat: eis oppone divinationem ex Lev. 26 & Deut. 28. & Mal. 3.

17. Non uni dat cuncta Deus. Quódq; suis alibi diminuit, alibi auget.

18. Quum, quos diligimus, eorum hominum mores tam cupidè imitemur: discamus etiam saltem Dei nostri exemplum sequi; quod hac sententia divinus legislator commendat Lev. 19. Sancti estote, quia sanctus sum ego DOMINUS Deus vester.

19. *Quum aliarum rerum, tum etiam nostri corporis inspectio erit tanquam incentiva tibia ad Dei laudes prædicandas.*

20. *Manus meritò rationis & sapientiæ ministras dicimus: nominatim stupendum est, quod parvi digiti nobis* τεχνῖταί τε καὶ πάντων ἐργάται *εἰσιν, ut Pollux ait; h.e. artifices & omniũ opifices.*

21. *Fatuitas ingens est captare futura, & non capere sed perdere præsentia.*

22. *Futura falsa procliviùs homines credunt, quàm vera. adeò ad seipsos fraudandos sunt ingeniosi!*

23. Inscitia plures aliquando habet sectatores quàm doctrina. adeo cæci sunt, qui sapientes videri & doctos invadere, quam docti evadere malunt!

24. Tam prudens est administratio divina, ut ipsa organorum debilitate vel robore ostenderit, quid cuiq; sexui sit agendum.

25. Bona conscientiæ tamen interdum error animi adjungitur.

26. Simulationis imposturas nunquam discemus, sed id agemus, ut animi speculum sint externi mores nostri.

27. Turpia scrutari non est frugi hominis: ergo neque legere impuros scriptores, qui obscœnitatis peste necant animi & corporis castimoniam. Vide, quæ sapiéter & graviter Cælius Rhodiginus ant. lect. lib. 4. c. 3. monet:

DIALOGUS XXIV.

Educatio.

¶ Malè educatus adolescens, genere tamen nobilis, ad Flexibulum venit informandi sui gratia. Hic autem I. de causis adventus disseritur inter illos. II. Gorgopas occipit disputationem de titulis discipuli futuri. III. Referuntur & examinantur documenta domestica. IV. Proponuntur nova monita.

Flexibulus, Grympherantes, Gorgopas *.

* *Miræ voces, at res insignes, pro eis rectè educandis, quos aliqua nobilioris sanguinis portio inflat; ut cum generis claritate (quæ alioqui meritò inter divina munera censetur) præcipuam eam conjungant nobilitatem, quæ in optimarum rerum scientia & omni virtute consistit. Flexibuli quidam & Gorgopæ nomina habent planam significationem. Flexibulus enim est magister, qui rigidum mala educatione*

FLEXIBUL. Quánam gratia a misit te huc ad me pater tuus? GRYMPH. Dixit,

te

catione adolescentem sanis cõsiliis in diversum flectit, & effrenatum præsidentémque sibi in gyrum rectæ rationis & doctrinæ ducit. Nomen autem sumtum ex titulo satyræ cujusdam Varronis ; quippe Nonius frequenter Flexibulas & sesquiulyssem allegat. Meminit etiam Plinius præfat. ad Vespasianum. bulus *est productio vocis. si sit ex* βουλὴ *consilium : fuerit vox hybrida. Gorgopas sonat eum, cui sunt* γοργοὶ ὦπες, *i.e. acres, horrendi oculi, qui trux est asspectu,* βλοσυρωπὸς, *ut homines furentes. Apud Euripidem dicitur* γοργωπὸς *terribilis, tanquam qui visu aliquem vorare vel necare velit. Fabulas poëtarum de Gorgonibus docet Myndius originem cepisse à Gorgona animali quodam Libyæ, frontis jubatæ, quod halitu perimat & visu, si quem discussâ jubâ asspexerit. vide Athen lib. 5. extrem. Ideo malim etiam hic Gorgopus. etsi quoque quædam hujus ordinis in* ΗΣ *desinunt, ut* δεινωπὸς, δεινώπης & εὐώψ. *Quid autem de* Grympherante *dicemus? Non putem, certam familiam sic traduci. Dum sit, qui in hoc & similibus aliquid rectiùs doceat, si scire refert: vocem ex Belgico fictam autumem: ut sit puer seu adolescens gloriosus, consuetudine prava perditus.* Grom *est puer (Anglis* grome) & verwaendt *est usu corruptus. Sic erit* ein verwehnt kind/*delicatus, lascivius, à* wehnen *suescere & educare. Est etiam* verwahnen *opinando errare:* wehnen *putare, unde* wahn *opinio : Belg.* verwaendt *falsò putatus, vana opinione. vel* krom wrant *est varus, curvus litigator.* wranten *enim Fris. est litigare.* wrantigh, *querulus morosus. In Belgio hæc noster scripsit. Sed satis. Oratio hominem ostendet, qui sit. Igitur audiamus colloquutores.*

a ἕνεκα χάριν. *Ter. Andr. 2 6.* Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, & eâ me hîc restitisse gratiâ. *Hic Donatus.* Gratia veteres pro causa ponebant. *Ita beneficio hujus i. e. per hunc. Est synecd. speciei*

speciei

I. Causa adventus.

te esse hominem egregiè institutum, sapienter educatum, eáque de causa gratum huic civitati: cupere se, ut ego eisdem, quibus tu, vestigiis insistens, perveniam ad similem favorem populi. Flex. Quomodo igitur te id assequuturum censes? Grymp. Ingenua educatione, quali te omnes prædicant esse præditum *b.* Adjecit pater, eam educationem magis decere me, quàm alium quemvis. Flex. Cedo, mi fili, quomodo ea in re venis à patre imbutus? Grym. Non tam me pater præceptis instruxit, quàm patruus quidam meus, vir senex, versatus multùm & diu in regum comitatibus *c.* Fle. Quid* ergo illi te docuerunt, mi fili & amice *d?* Gorgo. Vide, vir prudentissime, ne fortè per ignorantiam labaris in dictum aliquod, aut factum stultum vel rusticanum, unde amittas istud nomẽ optimè educati *e.* Fle. Quid? támne leviter apud vos perit? Gorg. Vel unica vocula, unico flexu poplitis, unica inclinatione capitis. Fle. Nimis est inter vos delicatum & infirmum *f*; inter nos enim multò

ciei. Gratia enim est ex præcipuis causis aliquid obtinendi vel procurandi.

b *ut educatus sis optimè & sic educare possis.*

c *societate, famulitio, clientela, συνοδίᾳ.*

* *al. qui, i.e. quomodo.*

d *verba sunt benevolentiæ, ad hominem extraneum.*

e *metuit hoc Gorgopas, si Flexibulus simplicitate recta utatur in alloquio, & negligat in affatu Gothicas titulorum prægnationes.* f *sc. caput.*

tò est robustius & firmius. GORGO. Sic sunt nostra judicia, ut nostra corpora; quæ nullam ferunt offensionem. FLEX. Imò, ut est videre, faciliùs ferunt corpora, quàm animi *g*. GOR. Fortasse tu non nosti hunc *h*. ideò filium & amicum nominas. FLEXIB. An non sunt hæc honesta nomina, & plena benevolentiæ? GO. Benevolentiæ credo, quam nos haud magni sanè facimus: sed non reverentiæ neque officii, quæ nos anxiè venamur. nam hic dominus solet appellitari, non amicus. An non animadvertis domini præfationem ante prænomen *i*, & famulos versiculores *k*? non annotasti *l* in avi hujus solennibus parentalibus *m* tot cereos *, tot insignia, tot homines atratos *n*?

g *ut qui sunt arrogantes & nihil ferre possunt, nisi quod insolentia blandiatur, & non sentiunt sui corruptionẽ.*

h *quis, qualis & quantus sit; nempe non vulgaris.*

i *ut dicatur dominus* Grympherantes.

k *vario colore vestitos, ut solent servi potentiorum.*

l *observasti.*

m *i.e. funebri epulo, quum avus sepeliretur. Dicuntur autem illa parentalia, quia liberi ea parentibus instituunt. Est alioqui parentale, quicquid ad parentes pertinet, aut etiam ab eis acceptum est, ut* parentalis labes, originalis *scilicet* macula, corruptio naturæ, hæreditariu onus *Cypr.*; *cujus pudenda miseria nostra recordatio nos ad humilitatẽ erudiret, non ad insolentiam in vita & morte, si quid recta mentis in nobis esset.*

* *Cereus subst. i.e lychnus cereus, fax, ditiorum lucerna. inde nos* Kertze. *Respicit ad morem magnatum, quorum funeribus præferri solent cerei & insignia. Vide Cic. 2. de Orat.* n *atris, lugubribus vestibus indutos pullatos.*

FLEX.

FLEX. Quid? ergo affectas *o* tu omnibus esse dominus, nulli amicus? GRY. Ita docuerunt me propinqui mei. FLEXI. Edat jam, mi domine, tua excellentia *p*, præclara illa tuorum consanguineorum documenta. GOR. Videris tu mihi puerum hunc naso suspendere *q*: at non est quilibet *r*. ne feceris. GRYM. Primùm, esse me ex honestissima progenie, quæ nulli cedat *s* per universam hanc provinciam: idcirco

III. Documenta domestica jã accepta

o ſtehestu darnach? wiltu das haben? *quaeris hoc? es ad hoc infectus animo.*

p *Hunc Gorgopas affatum sui Grympherantis exspectarat.*

q *i.e. irridere.* Nasus altior homini tantùm, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere: *ut ait Plinius lib.* 11. *c.* 38. *Hinc nasus pro irrisione ipsa & irrisore ponitur, ut Græcus μυκτὴρ. unde Gregorio dicitur μυκτὴρ ὕβριν πνέων καὶ περιφρόνησιν, i.e.* nasus contumeliam spirans & contemtum. *Quid autem est suspendere naso, quod Græci uno verbo μυκτηρίζειν? Quod irrident, illi id in naso velut in lance suspendere & ponderare videntur: ut Turnebus ait lib.* 4. *advers. cap.* 9. *Interdum pleniùs dicitur* adunco naso *dicimus: quia derisores adunco & aquilino naso esse, observatum est: quæ phrasis postea mansit etiam in nasutis omnibus. Sic Horatius*

——— naso suspendis adunco.

Persius,

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

r *non vulgaris, non unus è multis, non plebejus, sed de summo genere locóque filius; ut ait Plaut. in Capt. Sic Græci οὐχ ὁ τυχών.*

s *i.e. locum vel jus suum det, ut sit inferior. Hoc enim est cedere alicui, victum abire. Sic dicimus* cedere alicujus honori & cedere alicui honore. *Mox explicat noster plenè.*

idcirco curandum mihi diligenter, atque annitendum, ne degenerem à majorum meorũ virtute: illos parasse sibi magnum decus: nemini concedendo de loco, de dignitate, de auctoritate, de appellatione *t*: me idem debere facere. Si quis quid velit de honore detrahere, pugnandum statim cum eo: de pecunia oportere esse largum atque adeò profusum, in honore asstrictum *u* & attentum *x*: decere nihilominùs, me ac mei similes assurgere aliis *y*, via cedere *z*, ducere, reducere: nudare caput, poplitem incurvare: non, quòd alius quispiam id mereatur, à me sibi exhiberi *a*, sed, quòd sic cõciliabo† mihi favorem hominum, captabo auram popularem *b*, & parabo illum, quem tanto-

t *Vult aliis honorificentiùs appellari.*

u *i.e. parcum in amittendo honore*, die ehre woll zu rahte halten. *Asstrictum est arctum, angustum, & laxo opponitur.*

x *hoc est, solicitè ejus observantē, ut Horat. 2. serm. sat. 6. Asper & attentus quæsitis.* *Ita* attentiores *ad rem &* omissiores *ab re, id est, patrimonio Terentius opposuit. Ad. 5. 3.*

y *honoris causa. Ita Græcis* ὑπανίστασθαι, ἐξανίστασθαι, ἐπανίστασθαι, ὑπεξανίστασθαι θάκων, ὁδοῦ. *Cur? ut ostendamus, illorum potiùs esse sedere, & nostrum stare, ut inferiorum.*

z ὁδοῦ παραχωρεῖν: *ut qui digniores sint, ut molliter & cõmodè ambulent, quàm nos.* † *conciliaturus sim.*

a *ut exhibeatur. & sic tersiùs loquimur.*

b *Aura popularis est gratia vulgi, qua quis tanquam aura, id est, vento suavi provehitur in velificatione honoris sui. Sic & ventum popularem aliquis quærere dicitur, quem*

scilicet

tantopere gestamus semper in ore & in corde *c* honorem. in ea educatione situm esse discrimen nobilis & ignobilis, quòd nobilis ad illa omnia dextrè præstanda institutus est atque assuefactus: ignobilis agresti more nihil illorum doctus est facere. Flex. Et excellentiæ tuæ, domine, qualis videtur ejusmodi institutio? Gry. Qualis verò? nisi multò optima, & digna meo genere. Flex. Quid ergo est aliud, quod à me requiras? Gry. Nihil planè restaret mea sententia: nisi accessisset voluntas patris, qui jussit prorsum, seu veriùs imperavit rigidè *d*, ad te venirem, ut, si quid in hac educatione nosses magis reconditum *e*, & quasi mysterium sacratius *f*, quo majus mihi decus acquirerem, in gratiam sui ne gravareris exponere, quò familia nostra, alioqui honestissima, & celsissima, altiùs ascēderet: quoniam sunt non pauci novi homines, qui freti sua opulentia, nactique dignitatem & honores, per divitias emerserunt: adeò, ut etiam aude-

scilicet plebs asspiret eunti. Cic. pro A. Cluent. Ita Verr. 6. Sperat. sibi auram aliquam posse afflari. *nempe aura mota ventum facit & splendorem.*

d *i.e de quo loquimur & quem cupimus.*

d *austerè, duriter, contra delicatum.*

e *q in thesauris sapientia, non expositum cuivis.*

f *occultiùs & religiosiùs habendum.*

g *in* gratiam suam. *Dicimus enim mea, tua gratia, id est, propter me, te, causa demerendi vel retinendi favoris mei, vel amicitia. Ita* mea causa.

audeant cum vetustate & decoribus *h* gentis *i* nostræ contendere. FLEX. Facinus * nefandum *k*! GRY. Nónne? FLEX. Vel cæco esset clarum. GRYM. Itaque novi illi homines ambulant comitati longo assecļarum ordine, ipsi segmẽtati *l*, in vestib. vel bombycini villosi interci-

h *ornamentis, imaginibus.*

i *i.e. domus, stirpis,* hauses/geschlechtes. *Gall.* noblesse, *nobilitatis. Gens ad nomen, familia ad cognomen solet referri. Hinc gentiles, qui eodem sunt nomine. Hinc nobilis Gallis* gentil *dicitur,* der von gutem hause ist.

* *Gall.* forfait, *q. foras factum. Inde S. Bernhardo forefacere peccare epist.* 190. *quasi foras facere aliquid extra limites.*

k *ironia, qua luditur gloriator.*

l *Segmentum propriè frustum desectum. Deinde peculiariter circuli portio, adeóq; etiam ipse circulus; ut Plin. lib. 6. cap. 33.* Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellavere, Græci parallelos. *Hinc segmentum dicitur monile & ornamentum gutturis, Servio interprete. & sic accipiunt quidam illud apud Valer. Max. l.* 5. 2. Senatus permisit his (*matronis*) purpurea veste & aureis uti segmentis. *Sidonius, dum lib.* 8. *ep.* 8. *dicit:* ebriam succis inter crepitantia segmẽta palmatam, *ostendit, segmenta fuisse ornamẽta q̃ pretioso metallo & lapillis constarent. Sic etiam possunt dici virgula vel fasciola, quæ vestibus assuuntur, imprimis in extremitate,* seiden/silbern/gulden schnüre. *etiam tesserulæ variè coloratæ, quibus tum vestes tum alia decorantur, emblemate vermiculato: peniculamenta, κροσσοὶ* briea/frangen. *Gall.* frange *quod etiam à frangendo, ut fimbria à fibro, i.e. extremo. Et talis fortè erat tunica* פַּסִּים *Josephi Gen.* 37. 3. *Gall. hic vertit* estans vestus de robbes brochees d'or *h.e. vestiti togis intextis auro.*

dè: quam ob caussam eris gratus iis, quibus cum versabere? GOR. Ob eam ipsam causam, quia hæc ago. FLEX. Isthæc omnia exteriora sunt solùm signa, quæ denotant, aliquid esse in animo tuo, propter quod diligare: nã ipsa per se nemo diligit. GRYMP. Quid ni diligant omnes, qui sunt honestæ conversationis *t*, in mea præsertim nobilitate? FLEXI. Parum admodum es progressus, (quod liceat inter nos dicere) & tu tè pervenisse jam arbitraris ad summum. GRY. Nihil necesse habeo parare mihi literas atque eruditionem, majores mei reliquerunt mihi, unde vivam: quod etiamsi desit, non istis est mihi artibus quærendum, tam ignobilibus, sed hastæ cuspide & ense districto *u*. FLEX. Animosè isthuc quidem &

enim solùm, ut capiti serviant, conjuncta esse. proinde colligunt periti, hominẽ contemplationis gratia esse natum. Qua fortè sententia in veteri etiam disciplina inolevit, ut virtute aliqua vel etiam nobilitate aut dignitatis amplitudine conspicuis viris aperire caput consensu gentium probetur. *At Plin. libr. 28 cap. 6.* Capita aperiri aspectu magistratuum non venerationis causa jussere, sed (ut Varro auctor est) valetudinis; quoniam firmiora consuetudine ea fierent. *Qui tamen olim diis sacrum faciebant (excepto, si Herculi aut Saturno) caput operiebant. & hodieq; Judæi orantes caput tegunt. Vide Alexand. ab Alex. l. 2. cap. 19. & 22. Olim autem apud Romanos & alias gentes, exceptis certis casibus, nudo per se capite erant. Lips. amphit. c. 20. & Elect. 1. c. 23.* t die sich wissen erbar zuhalten, *qui morati sunt.* u mit der spitz und klinge. *Ensem districtum vocat è vagina*

fortiter: quaſi verò, quia es nobilis, non ſis futurus homo. GRY. Bona verba *u*. FLEX. Ecqua tandem parte tui es homo? GRY. Me toto. FLEX. An corpore, quo non differs à belluis? GRY. Minimè. FLEX. Non ergo te toto. ratione igitur & mente. GRY. Quid ni? FLEXIB. ſi hanc ergo ſinis incultam & ſilveſtrem *x*, excolis *y* autem corpus, & illi uni ſtudes: an non tranſis ab humana in ferinam conditionem? Sed ad id, de quo cœperamus loqui. nam hæc digreſſio, ſi vellem mihi indulgere *z*, longiſſimè nos à propoſito abduceret. Verùm, quum tu cedis de via, & nudas caput, qualem te eſſe alii exiſtimant? GRY. Nobilem, & generoſé *a* informatum atque inſtitutum. FLEX. Nimiùm durus *b* es. nihílne domi audiviſti de animo, de probitate, de modeſtia, de moderatione? GRYM. In templo nonnunquam

vagina eductum. *Gall.* eſpée desgainée. *plus tamen eſt diſtringere, nempe in diverſas partes ſtringere, ad aliquid ſcilicet arctando.*

u *Bona verba ſc. rogo. Ergo eſt formula admonentis, ut quis mitiùs loquatur.*

x *ſc. jacere: vel relinquis. ut Apul. l. 10.* Bono medico ſinuntur aurei, opportuni ſomni precium.

y *Valde colis, id eſt ornas.*

z *i.e. obſequi in ea continuanda; & me non reprimere. Eſt autẽ quaſi algẽdo aliquid permittere. Gall.* ſi je me vouloye un peu abandonner & me croire. *i. e. ſi vellem me pauliſper relinquere & mihi credere.*

a *præclarè, generis nobilitati congruenter.*

b *aſper, rudis, difficilibus moribus, intractabilis.*

nunquam audivi de concionatoribus. Flexib. Quum illa abs te vident occurrentes fieri, judicant, te esse adolescentem modestum, probum, bene de ipsis judicantem, de te autem moderatè *c*, qua ex opinione nascitur benevolentia & favor. Gry. Explicatiùs * id quæso. Flex. Huc pertinet mea ratio *d*: si te homines exstimarent adeò superbum, ut si *e* omnes contemneres præ te, nudare tamen caput & genu flectere *f*, non quòd ipsis is honor debeatur, sed quod te deceat: putas tu, ullum fore, qui tibi haberet gratiam, aut te de honoris illa falsa simulatione *g* diligeret? Gr. Quid ni? Flex. Quia id tu tibi præstas, & tua gratia facis, non illorum? quis enim judicabit se devinctum *h* tibi de eo, quod pro te ipso feceris, non pro se? an ego honorem eum vel-

c *non insolenter, modestè, ut modum serves inter abjectionem nimiam & arrogantiam.*

* *clariùs, minùs involutè.*

d *i.e. meum institutum, consilium, aut etiam argumentum. Gall.* ma raison & mon dire *mea ratio ac sermo.*

e *i e. ac si.* ut *hic est quomodo.*

f *qui est gestus submissionis; quasi testimonium, quòd flectere nos velimus in alienum obsequium.*

g *verè quidem est simulatio, sed falsa dicitur, quia fallit; fallax simulatio. ut* Cic.4. *Acad.* fallax imitatio simulatióque virtutis. *Ita verus aliquando veridicus & falsus falsidicus Ter. And.* 2.5.

h *obstrictum ad aliquam gratiam. Ità devinciri donis, beneficiis, officio & observantia, religione &c. dicimur.*

IV. Nova documenta in futurum.

ut mihi impensum *i* accipiam, quem tu tribuis opinioni de te, non meis meritis? GRY. Ita videtur. FLEX. Ergo paratur benevolentia, si illi credant sibi honorem illum dari *k*, non ut tu habearis comior *l* ac nobilior: istud verò non fiet, nisi eam de te induant opinionem, quòd tu illos esse potiores ducas te, & dignos, quibus tu concedas *m*. GOR. At non est ita tamen. FLEX. Quantumcunque hoc sit falsum: in eo tamen necesse est eos falli. alioqui nunquam consequeris, quod tantopere expetis. GRY. Quæ igitur erit persuadendi via? FLEX. Facilis, modò animū sedulò advertas *n*. GRY. Profer, quæso. nam ea de causa huc sum missus,

i *tributum, quasi cum impensa & sumtu. Id enim propriè est impendere.*

k *i.e. deferri. Dicimus dare, deferre, habere honorem alicui, aliquem in honore habere: honore afficere: impertiri aliquem honoribus.*

l *magis comis: Cic. pro Muren.* Quis C. Cælio comior? *i.e.* φιλοφρονέστερος, *magis* εὐπροσήγορος. comitas & facilitas, comitas & affabilitas aliquando junguntur. *comis opponitur severo & austero. Est q. dicas comtus, ut Græcis* κομψὸς *est* εὔχαρις ἀστεῖος.

m *i.e. cedas. Ita aliquando absolutè & eleganter. Terent. Hec. 2. 1. cum casu dicitur* concedere primas. *Cic. 1. Verr.*

n *i.e. adhibeas, ad me & meum sermonem vertas. Et absolutè dicimus* adverto, attendo, *& addendo casum* animum. *Ter. Heaut. 4. 1. Eun. 3. 1. Phorm. 5. 8.* Advertere *absolutè est etiam intelligere. Frequens admodum est, eadem verba ut neutra & agentia usurpare: præsertim apud veteres.*

missus, & eris semper in nostra clientela *o*. FLEX. Nimis crudum est hoc pomum *p*. GRY. Quid tu mussas *q*? FLEX. Dico, viam esse unicam: si sis talis, qualem te credi cupis *r*. GRY. Quî isthuc? FLEX. Si vis aliquid calfacere, afférsne fictum ignem? GRY. Non, sed verum. FLEX. Si scindere, an pictum in tela gladium? GRY. Non, sed ferreum. FLEX. Non est igitur eadem vis rerum verarum, quæ fictarum?

o *insolentia gentilis.* wir wollen dir mit gnaden gewogen sein. *Tanti fieri aliquando gratiam suam volunt, qui tamen nihil gratũ facere. Gall. vertit* serez tousjours en nostre sauvegarde, *id est, semper eris in nostra salva custodia; qua sc. aliquis custoditur, ut salvus sit: sicut salvus conductus dicitur. Et nos* salvegarde *dicimus, nempe ut Itali salva guardia. Guardia est ex Germanico* wahren *&* warten/*custodire. unde Belg.* warand / *Gall.* garand *custos. Sed hic intelligit umbram gratiæ & patrocinii; sicut vasallus est sub domino.*

p *i.e. ita inhabilis adhuc ad institutionem facilè accipiendam, ut crudum pomum in cibum.* Cruda poma *sunt nondum matura Cic. de senect: viridia,* die noch grün sind. *Ita crudum ingenium dicitur, quod ne quidem ad hoc est maturum, ut fingi possit & formam capere ex doctrina magistri.*

q *Mussat, qui occulta & depressa voce loquitur, quod celatum velit. à* mu, *μῦ tanquam talis sonus. unde μύζειν est clausis labiis, quendam è naribus sonum emittere. Gall* Que dites vous entre les dents, *i.e. Quid dicis intra dentes? vide autem impudentiam hominis inter fastosos licenter educati: in falso, veros.*

r *Hoc enim est compendium ad veram honestatem & honorem, si tales simus, quales haberi volumus.*

GRY. Apparet *s*, non esse. FLE. Nec tu idem efficies simulata moderatione *t*, quod vera. nam falsa ipsa se aliquando produnt *u*: vera semper sunt eadem *x*. In ficta moderatione aliquid aliquando dices, aut facies publicè aut privatim, quum tibi excides *y* (neque enim semper te & ubique poteris observare) unde fictus

s *i.e. liquidum, clarum est, manifestum. evidens. φαίνεται non δοκεῖ tantùm. Ter. Ad.* 5.9. Res apparet. *Eun.* 2.3. Fac sis nunc promissa appareant.

t *i.e. modestia*, mit scheindemuht. *Decus nostrum est moderatio, quæ est arbitrii & judicii nostri rectus usus, quo nobis moderamur, ne quid nimium.*

u *i.e. patefaciunt, ostendunt. ut* Furor proditur vultu. *Sen.Hipp.*4.1.

x *nam nihil simulatum diuturnum.* heuchelei hat kein bestand.

y *i.e. quum tui oblivisceris aut rationem non habebis, quum te non observabis ipse. Excidit, qui memoria labitur. ut Quintil. lib.*11.*c.*2. Etiam excidentes unius admonitione verbi in memoriam reponuntur. *Dicitur excidere res, & memoria rei. Excidere & insidere cogitatio dicuntur contrariè. Gall. vertit*, que tu viendras à broucher, *i. e. quum venies ad caspitandum vel offensandum. Sed est idiotismus, sicut nos dicimus,* wan du wirst kommen zu fehlen/ zu strauchlen: *i. e. quum accidet, ut impingas. At sic sensus non redditur, qui est, quum immemor eris tui, ἀμνημονήσεις σου. Aliud enim est* cadere, labi, impingere, *aliud* excidere alicui. *qua loquutio planissima ad memoriæ lapsum pertinet. ut Cic. l.*2. *de Ll.* ô miram memoriam, Pomponi, tuam. At mihi ista exciderant, *Att.* Ita credo, sed tamen hoc magis eas res & memini & exspecto &c. *Ita & nos loquimur,* es ist mir ausgefallen. *cui opponuntur* hærere in memoria & incidere in

fictus deprehendaris *z*? &, quantum priùs ignotus diligebare, tantum postea cognitus sis odio, & longè plùs. GRIM. Quomodo ego mihi ipse indicam *a* germanam *b* illam animi moderationem, quam tu præcipis? FLEX. Si persuaseris tibi id, quod res habet, alios esse meliores te *c*. GRYM. Meliores verò, ubi

in memoriam & recordationem. *Quid autem est* bröcher? *puto de eo errore dici, quo quid à gula aversum in* βρόγχον *i. e. asperam arteriam incidit: aut, quum quis* βρόγχῳ *i. e. laqueo irretitus hæret; quod Hes.* βρόγχειν. strauchlen *autem q. ad stipitem vel stirpem* (strauch) *impingere, ut ad cast item caspitare.*

z *id est, simulator, fingens te eum, qui non es.* feintif *Gall.* faint *fictus*, faindre *fingere. Inde Belg.* veynsen *fingere. Nos diceremus,* daß es getichtet werck mit dir sei / *quasi dictatum aliunde, non nativum & sincerum.*

a *indicam i. e. præscribam. Antuerp. & Genevens. legunt inducam, i. e largiar. Sed legendum est indicam. Indicere sibi est sibi imperare, edicere servandum. Loquitur, ut Cic. in Verr. Act.* 5. Legem sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt. *Ergo hîc est idem atq;*, wie kan ich mich zu einer solchen zucht bringen und mir also fürschreiben lassen? *Gall. habet,* comment m'acquerray-je &c. *quomodo acquiram, non assequitur. Est enim hîc* prescrire, donner reigle, imposer.

b *i e. genuinam, veram, sinceram,* ἀντικείμενον *opponitur illi fictæ, simulatæ, adulterinæ, de qua dictum est.*

c *Apostolicum etiam hoc præceptum est Phil. 2. ubi ait:* Nihil agite per contentionem aut per inanem gloriam, sed ex modestia alius alium se præstantiorem existimet. *Profunda lex: cujus sensum quis assequitur, & quis ejus usum habet?* Sæpe est etiam sub sordido pallio-

tandem? in cœlo credo. nam in terra pares sunt paucissimi: melior nemo. Sic audivi sæpe de patre & patruo *d*. FLEX. Multum abducit vos à cognitione veri nominum ignorantia *e*. Quid tu vocas bonum? ut sciamus, num sit aliquis te melior. GRYM. Quid ego scio, quid sit bonum? ex bonis esse progenitum *f*. FLE. Ignoras etiamnum, quid sit bonum? & jam tenes, quid sit melius: quomodo pervenisti ad comparativa, quũ nondum positiva *g* didiceris? ipsos autem tuos progenitores quomodo

lo sapientia, *ut Tullius ait* 3. *Tusc. q.* *Et sub simplice habitu magna fides, præclara virtus, eximia prudentia. sed sub obscœno ore pectus fœdius, sub mendace lingua improbus animus, sub jactantia insolente vocis & gestus sui ignorantia. Non malorum factorum & dictorum, sed bonorum & laudabilium respectu illa dicit apostolus; item ratione occasionis, qua virtus quiescens proximi latentis supra nostram probari possit. & uni non sunt data omnia. esto, in nonnullis superemus alios: in pluribus superamur; si candidè & sine arrogantia judicemus. Idcirco majores superbus, minores mœstus considera: item & hoc, quòd primi ultimi & ultimi primi queant evadere.*

d *ubi mali sunt domestici magistri, scelerati parentes, scelerata familia, quid sperabitur sani in rep.?* was die alten sungen / das lernten die jungen: *id est, Seniorum modulos imitatur lingua juniorum: qui ita dociles, ut illi docent exemplo contagioso in utrumq; eventum.*

e *Tantum in vocibus positum est, ut sapientia sit, voces rebus & contrà accommodare posse.*

f *nempe originitus (ut cum Ammiano loquar) Romuleum, Attalicum vel Gothicum esse.*

g *absoluta nomina. simile grammaticum. fortè enim Grympherantes eò provexerant.*

modo ſcis fuiſſe bonos ? qua tu id nota *h* cognoſcis ? GRY. Quid ? negas tu fuiſſe illos bonos ? FLEX. Non novi illos, quomodo de illorum bonitate poſſum aliquid in alterutrã partem ſtatuere ? quæro modò, qua ratione asſequaris tu *i*, fuiſſe illos bonos ? GRY. Quia ita omnes prædicant. ſed quorſum, rogo te, pertinent tam moleſtæ *k* interrogationes ? FLEX. Non ſunt moleſtæ, ſed neceſſariæ; ut accipias *l*, quod ex me ſciſcitaris. GR. Confer, quæſo te, in pauca *m*. FLEX. Multis eſſet id explican-

h *id eſt, ſigno, argumento, γνωρίσματι: ut Ovid.1. metam.*

Ede notam tanti generis.

i *id eſt, intelligas, ſcias, diſcas. Sic dicimus* aliquid asſequi conjectura, ſuſpicione, aperris obscura asſequi. *Cic.*

k *oneroſa, injucunda,* verdrießlich/ *quo quis torquetur, & q. tornatur. puto enim eſſe à* drähen/ *τρέπειν*, *Gall.* faſcheuſes *q faſtidioſa.*

l *i.e. diſcas, audias. ut Ter. Hec.4.3.* Quem cum iſtis ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, *id eſt, audivi. Iis quoq; Hebræi & maximè Syri loquuntur. Ideo Prov.19.20.* Audi conſiliũ & accipe (קַבֵּל) diſciplinam, ut ſapias tandem. *Ita frequenter, quod in Hebr.* שְׁמַע *in Chald.* קַבֵּל, *quod propriè eſt δέχεσθαι, ut* Gen.3.17. Deut.18.15.19. *Quum abſolutè ponitur, ſubauditur,* ſermonem. *ut Plaut. Aſin.3.3.* Sermoni jam finem face tuo, hujus ſermonem accipiam.

m *Plautinum eſt* conferre in pauca verba *i.e. paucis dicere. Confer ſc. ſermonem in pauca verba.* richte dich darnach/ daß du es kurtz machſt.

plicandum, cujus tam crassa ignorantia involvetis: sed, quando ita es fastidiosus, dicam breviùs, quàm res tanta dici postulat; defige jam oculos tuos in me, dum dissero. Qui sunt dicendi eruditi? an non ii, qui habent eruditionem? qui opulenti? an non qui habent opes? GRY. Indubiè. FLEX. Qui ergo boni? num nõ ii demum, qui habent bona? GRY. Ii planè. FLEX. Missas nunc divitias faciamus, quæ non sunt vera bona: quæ si essent, multi patre tuo invenirentur meliores: & negociatores ac fœneratores præstarent bonitate viros bonos & sapiẽtes *n*. GRY. Sic videtur, ut dicis. FLEX. Expende ergo attentè ac diligenter singula eorum, quæ referam: an non est bonum, acutum ingenium, sagax, maturum judicium, integrum, sanum: tum eruditio varia, & magnarum rerum atque utilium prudentia, exercitatio in rebus præstantibus, consilium, dexteritas in exsequendis negociis: quid tu de istis? GRY. Vel sola nomina videntur mihi pulchra profectò & magnifica: quantò magis res ipsa? FLEXIB. Age porrò, quid sapientia? quid religio? pietas in Deum, in patriam, parentes, necessarios*? justitia, temperantia, liberalitas, magna-

n *ut Quint l.* 1. Præstat ingenio alius alium. *Liv. lib.* 5. ut nunciare domum possint, quantum Galli virtute cæteros mortales præstarent. *usitatius autẽ est* præstare alicui *ut Cic de clar. orat.* Imperatoribus minutis præstat orator. *Ter Heaut.* Homo homini quid præstat? * *propinquos, amicos.*

magnanimitas, contemtus casuum humanorum, & fortis animus in adversis: quid verò ista? Gry. Præstantissima etiam hæc. Flexi. Hæc sola sunt hominis bona. nam reliqua omnia, quæ commemorari possint, bonis & malis sunt communia, atque ea de causa nec bona. quæso, manda sedulò memoriæ. Grym. Faciam. Flex. Pervelim. nam ingenium tuum non malum est, sed non bene excultum. Reputa igitur cum animo tuo *o*, an tu hæc habeas, &, si habes, quàm pauca, & ea, quàm tenuiter *p*. quod ubi examinaveris acutè ac subtiliter, intelliges tum demum, te non magnis nec multis esse bonis ornatum ac instructum, nec esse in populo, qui pauciora habeat, quàm

o *i.e, tecum reputa. Ter. And.* 2.6. Eam rem secum recta reputavit via. *id est*, retractavit: quia putare purgare est, *ut Donatus ait: At in Eun. Puto, id est existimo*. Putamus instantia, reputamus præterita. *Et in Heaut.* 3. 1. Putare propriè purgare est. & arbores & vites dicimus putare. Hinc putare est cogitare. quia cogitando superflua mente recidimus. *Cæterùm eleganter alicubi* cū *ocium agit aut pro* in *ponitur, ut illic. ut Cic.* 5. *Verr statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere. & pro in ut Quintil. l.* 6. cum re præsenti deliberandum. *Ita* cum primis *est* in primis, cum diluculo, cum prima luce, *i e. in,* ἅμα. *Ita cum bono modo aliquid facere est bono modo. Ita Plaut. Mil.* 4.7. *Agite ite cum diis benevolentibus.*

p *pauca numero, tenuia modo et mensura. Possunt enim etiam pauca haberi, sed ea magna & ampla. Gall.* petitement. *i.e.* μικρῶς, *à petit, quod est ex putus. Gloss.* putus μικρός. *unde diminutivum* putillus.

quàm tu. Nam in multitudine alii sunt senes, viderunt atque audierunt multa, habent experimenta rerum plurimarum: alii studiosi, qui ingenium discendo exacuunt & expoliunt: alii capessunt rempubl., alii libenter & diligenter versant scriptores profuturos: alii sunt seduli patresfamiliâs: alii alias artes profitentur & præstant: vel ipsi agricolæ, quàm multa ex arcanis naturæ tenent? nautæ verò cursum dierum ac noctium, naturam ventorum, positus terrarum & maris: alii ex multitudine sunt viri sacri & religiosi, qui numen piè venerantur ac colunt: alii res prosperas moderatè rexerunt, & fortiter pertulerunt adversas. quid horum tu nosti? quid exerces? quid præstas? nihil omnino, præterquam illud: Nemo est melior me, bono sum natus genere. Qui potes esse melior, qui nondum es bonus? nec pater tuus, nec avi tui, aut proavi, fuerunt boni, nisi hæc habuerunt, quæ recensui: quæ an habuerint, tu videris: ego multum dubito. Sed, si habuerint, tu certè non eris bonus, nisi illorum fias similis. GRY. Planè terruisti & pudefecisti me: non invenio*, quod possim vel hiscere q in contrarium. GORG. Nihil horum intellexi, tenebras mihi offudisti ante oculos. FLEXI. Nimirum venis ad hæc nimis durus,

* *id est, ob quod.*

q *i.e. os aperire, sc. ad contradicendum. Cic. 2. Phil.* Respondebisne ad hæc aut omnino hiscere audebis? χὺ λέγειν.

durus *r*, & longè diversis opinionibus infectus & mancipatus. Sed tu adolescens, quo te nunc tandem nomine censes appellandũ? dominũ an mancipium? GRY. Mancipium *s*. nam, si ita est, ut disseruisti *t*, & intelligo nihil esse verius: complúres sunt servi multò potiores ac præstantiores me. FLEX. Hæc ne leviter degustes, confer te domum, & solus tecum revolve, excute, perpende: quò magis versaveris, hoc veriora & certiora esse intelliges. GRYMP. Obsecro te, adjice alia, si qua habes. nam momento horæ sentio me adeò immutatum, ut prorsum videar mihi jam esse alius.

FLEX.

r *i.e. tactui disciplinæ & institutionis non cedens, sed* ἀντίτυπος, *qui tanquam dura incus docentis verba repercutit. Sic Plato in Theæt.* σκληροὺς καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους *conjungit. Plut. de orac. Pyth.* δύσκολον καὶ ἀντίτυπον.

s *Mancipium dicitur homo in bello captus manu; unde & nomen: servituti subjectus,* δορυάλωτος *quia* δουρὶ ἁλοὺς *·* ἀνδράποδον, *quia* ποὺς ἀνδρὸς *pes hominis domini:* ὑποπόδιον *scabellum. nos vocamus* leibeigen / *q. corpore proprius. &* σώματα corpora *dicuntur ipsi servi* Strab. l. 1. Arist. l. 1. rhet. Demosth. pro Ctesiph. *Est servus vilis ut remex. Nobis nunc usitata est vox* schlave/*Belgis* slave. *quam à Slavis ducunt. Et certè servorum nomina multa sunt à gentibus vel tenuibus vel subactis. Sed Slavus per se est magnificum nomen, est enim* Sláwa *gloria; unde tam multa nomina augusta, ut* Bohuslaw *seu more Polonico (ubi* g *amatur pro* h) bogoslaw *id est Theodoxus,* Wenceslaus, w *sublato & s. Ipsis autem Bohemis quoque mancipium est* cheap *&* stauha *vel* sluhe *servus, fortè quia tenetur* slychati / *id est, audire.*

t *distinctè docuisti & probasti.*

quàm tu. Nam in multitudine alii ſunt ſenes, viderunt atque audierunt multa, habent experimenta rerum plurimarum: alii ſtudioſi, qui ingenium diſcendo exacuunt & expoliunt: alii capeſſunt rempubl., alii libenter & diligenter verſant ſcriptores profuturos: alii ſunt ſeduli patresfamiliâs: alii alias artes profitentur & præſtant: vel ipſi agricolæ, quàm multa ex arcanis naturæ tenent? nautæ verò curſum dierum ac noctium, naturam ventorum, poſitus terrarum & maris: alii ex multitudine ſunt viri ſacri & religioſi, qui numen piè venerantur ac colunt: alii res proſperas moderatè rexerunt, & fortiter pertulerunt adverſas. quid horum tu noſti? quid exerces? quid præſtas? nihil omnino, præterquam illud: Nemo eſt melior me, bono ſum natus genere. Quî potes eſſe melior, qui nondum es bonus? nec pater tuus, nec avi tui, aut proavi, fuerunt boni, niſi hæc habuerunt, quæ recenſui: quæ an habuerint, tu videris: ego multum dubito. Sed, ſi habuerint, tu certè non eris bonus, niſi illorum fias ſimilis. Gry. Planè terruiſti & pudefeciſti me: non invenio*, quod poſſim vel hiſcere q in contrarium. Gorg. Nihil horum intellexi, tenebras mihi offudiſti antè oculos. Flexi. Nimirum venis ad hæc nimis durus,

* *id eſt, ob quod.*

q *i.e. os aperire, ſc. ad contradicendum. Cic. 2. Phil.* Reſpondebisne ad hæc aut omnino hiſcere audebis; *χὺ λέγειν.*

durus *r*, & longè diversis opinionibus infectus & mancipatus. Sed tu adolescens, quo te nunc tandem nomine censes appellandũ? dominũ an mancipium? GRY. Mancipium *s*. nam, si ita est, ut disseruisti *t*, & intelligo nihil esse verius: complúres sunt servi multò potiores ac præstantiores me. FLEX. Hæc ne leviter degustes, confer te domum, & solus tecum revolve, excute, perpende: quò magis versaveris, hoc veriora & certiora esse intelliges. GRYMP. Obsecro te, adjice alia, si qua habes. nam momento horæ sentio me adeò immutatum, ut prorsum videar mihi jam esse alius.

FLEX.

r *i.e. tactui disciplinæ & institutionis non cedens, sed* ἀντίτυπος, *qui tanquam dura incus docentis verba repercutit. Sic Plato in Thaat.* σκληροὺς καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους *conjungit. Plut. de orac. Pyth.* δύσκολον καὶ ἀντίτυπον.

s *Mancipium dicitur homo in bello captus manu; unde & nomen: servituti subjectus,* δορυάλωτος *quia* δουρὶ ἁλοὺς· ἀνδράποδον, *quia* ποὺς ἀνδρὸς *pes hominis domini:* ὑποπόδιον *scabellum. nos vocamus* leibeigen / *q. corpore proprius. &* σώματα corpora *dicuntur ipsi servi* Strab. l.1. Arist. l.1. rhet. Demosth. pro Ctesiph. *Est servus vilis ut remex. Nobis nunc usitata est vox* schlave / *Belgis* slave. *quam à Slavis ducunt. Et certè servorum nomina multa sunt à gentibus vel tenuibus vel subactis. Sed Slavus per se est magnificum nomen, est enim* Sláwa *gloria; unde tam multa nomina augusta, ut* Bohuslaw *seu more Polonico (ubi* g *amatur pro* h) bogoslaw *id est Theodoxus,* Wenceslaus, w *sublato & s. Ipsis autem Bohemis quoque mancipium est* cheap *&* slauha *vel* sluhe *servus, fortè quia tenetur* slyšhati / *id est, audire.*

t *distinctè docuisti & probasti.*

FLEX. Utinam contigerit tibi, quod Polemoni philosopho *u*. GRYM. Quid illi contigit? FLEX. Una Xenocratis oratione ex nequissimo factus est sapientiæ ac virtutum omnium studiosissimus, evasitqué magni nominis philosophus, & Xenocratis in academia successor. Sed tu, mi fili *x*, ubi apertè cognoveris, quantum tibi ad bonitatem desit, quod aliis multis superest: verè & ex animo cedes aliis, & in eis honorabis bonitatem, quâ vides illos ornatos, te autem carere. Jam & ex reputatione tui ipsius vilesces tibi ac sordebis, adeò ut nemini occurras tam abjecto contemtóq;, quem non tibi anteponat conscientia tuę mētis. non enim adduci poteris, ut credas, quenquam esse pejorem te, nisi quòd illius malitia & nequitia protulit se foràs: tua delitescit cautiùs. GRY. Quid tum sequitur? FLEX. Hæc si feceris, veram ipsam solidámque ingenuam educationem atq; urbanitatem *y*, seu, ut nunc loquimur, aulicitatem *z* assequère: eris gratus &

u *De Polemone jam suprà pag. 227. aliquid.*

x *jam supercilio dejecto admittit dominus noster filii appellationem.*

y ἀστειότητα, *hîc pulchros & elegantes mores intellige: propriè urbanus est, qui in urbe habitat, deinde disertus: facetus, in conversatione & usu vitæ iucundus, doctrina venustus.*

z *vox ficta ut* κυαθότης, τραπεζότης *Platonis. Nos dicimus* höflichkeit / *ab* höflich *aulicus*, hof *aula. Gall.* courtoisie. *à court, i.e. cors, idem quod aula* αὐλὴ. *de qua voce suprà.*

& charus omnibus. sed id non jam magnifacies *a*: eris autem, quod unicè tum tibi erit curæ, gratus Deo immortali *b*.

a *ut qui studia tua non sis eò relaturus, ut sis ἀνθρωπάρεσκος* 1 Cor. 6. *sed θεάρεστος*.

b Rom. 14. v. 17. 18. 1 Thess. 2. 4. 2 Cor. 10. 18.

Observationes rerum.

1. *Educationis neglectus est mundi ruina.*

2. *Quos omnium integerrimè à teneris institui conveniebat, in spem humanæ salutis: ii ferè corruptissimis exemplis à primordiis vitæ suæ depravantur.*

3. *Domesticæ corruptelæ faciunt, ut & tam difficulter & sæpe infeliciter in ecclesiis & scholis laboretur.*

4. *Ut nunc sunt tempora, præceptoris est duplex in officio molestia, eruere quasi violentè quæ mali coloni plantarunt, & nova in animis serere documenta. Sed pro duplici hac cura mercedis loco quàm est multiplex ingratitudo!*

5. *Plerique perverso fine literarum studia capessunt, oppressionem innocentum, favorem hominum, delicatam vitam &c.*

6. *Qui juniorum correptores esse debebant, heu quàm sæpe sunt corruptores!*

7. *Propudiosa res est, quòd hodie externa civilitas & potiùs oculis fastosis blandiens vanitas commendationem veræ sapientiæ et pietatis supergreditur.*

8. *Adulatio sanctæ educationis radices elidit.*

9. Fiducia generis maximum eſt vulgo ſapiendi impedimentum.

10. Neque in morte et ſepultura obliviſci faſtus, extrema profectò eſt inſania. Quid ibi τύφος, ubi τάφος?

11. Qui nemini vult cedere, ab eo tandem cedunt omnia.

12. Qui ex literarum ſtudiis velamenta faciunt vitiorum ſuorum: eorum dedecora tandem eædem literæ alieno ſtilo tractatæ perpetuam inducent infamiam.

13. *Non tam gens, quàm mens in homine eſt ſpectanda. Seneca ep. 44.* Quis eſt generoſus? Ad virtutem bene compoſitus. *Juven. ſat. 8.*
Tota licèt veteres exornent undique ceræ
Atria: nobilitas ſola eſt atq; unica virtus. *Ovid.*
Nam genus & proavos & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto. *Eurip.*
——— τοὺς γὰρ ἀνδρείους φύσιν
καὶ τοὺς δικαίους τῶν κενῶν δοξασμάτων κἂν ὦσι δοῦλοι, εὐγενεστέρους λέγω.
——— Qui ſtrenui ſunt ingenio
Et juſti, vanis gloriatoribus, Quamvis ſint ſervi, eos nobiliores pronuncio.

14. *Eſt aliquid, ſi* cui genus à proavis ingens clarumque paternæ Nomen erit virtutis: *ſi nobilium et bonorum majorum exempla in tuos mores influant, & originem propria virtus illuſtret, Secus obtinebit illud Cicer. in Saluſtium:*

Satis

Satis est, me rebus meis gestis florere, quàm majorum opinione niti, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium. Quid Rubellius est

—inflatus Nerone propinquo?

Rarus enim fermè sensus cōmunis in illa Fortuna: *ut est apud Juven.sat.8. Tantò magis ergo decet claris ortos parentibus, ut sapientia & sanctimonia splendeant, atque ita mortuas alioquin imagines virtutum suarum spiritu animent.*

15. *Virtute decet, non sanguine niti proprio; verùm virtute et sanguine Christi per fidem in sancto Spiritu: ut scilicet cum fide sit cōjuncta vita pia, justa & sobria ratio.* Nam optima nobilitas est in Christo esse renatum. *Erasm. in milit. Christ.*

16. *De hominibus non tam quærendum est, unde sint, & ubi: quàm, quales & quid agant, atque egerint. Senec. epist. 45.* Intuendum est, non unde veniant, sed quò eant. *Bion ad Antigonum*: ô rex, sagittarii, si opus habes, non unde sint, interrogas, sed scopum proponis, &, qui tangunt, eligis! sic & alios explora, non unde, sed quales sint.

17. *Obscura origo viro bono non est probrosa. Nobilitas optima communis est a DEO, per Christum, ad Deum: propter quam dignitatem* regalis sacerdotii *titulo coronamur. 1 Pet. 2. Ut igitur Seneca monet l. 3. de benef. c. 28,* Erigamus animos, &, quicquid in medio sordidi jacet, transsiliamus. exspectat nos in summo magna

 nobi-

nobilitas. *cœlestis illa & æterna.*

18. Qui sine causa sunt elati, tam sunt contemti, quàm contemnentes. Nulli magis abjiciunt animos, quàm qui improbè tollunt, *Sen. lib.3. de ben. c.28.*

19. Superborum beneficia sunt non nocere, aut etiam aliquem in lædendo modum tenere.

20. Id magni facies, quo differt homo à belluis, & pluris illud, quo differt homo ab homine, plurimi autem, quo ut filius Dei à Diabolo.

21. Tumidi homines, etiam, dum alios honorant, eosdem contemnunt, sui admiratores.

22. Facile est & multa mala dediscere & bona plura addiscere, si animum inclines ad humilem docilitatem.

23. Qualis quisq; haberi vult, talis esse studeat. Cic. 2 off. Præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariã dicebat esse, si quis ita ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset.

24. Ficta fugiamus, quæ cum fingentium ludibrio prodit dies.

25. Magna virtus est se parvum ducere.

26. Interdum præ se contemnunt homines, quibus nullatenus pares sunt nec erunt. quod ipsum quoq; quum intelligere incipiunt, cum arrogantia insaniam sociant. & quod Apulejus in florid. ait, Quorum desperant similitudinem, eorum affectant simultatem.

27. Quod falsa rebus nomina imponuntur, exsci-

exscidio dat optimos quosque mundi ordines, ut quum honores & titulos totidem sapientiæ, virtutisque prædia vel etiam regna esse homines sibi imaginantur, sed imaginosi. Venit ad me pro amico blandus inimicus: vitia nobis sub nomine virtutum obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet: moderatio vocatur ignavia: pro cauto timidus accipitur. in his magno periculo erratur: his certas notas imprime. *Senec. epist.21.*

28. *Id verè bonum est, quod bono est & bonum facit.*

29. Bona mens nec commodatur nec emitur *Sen. epist.27. sed à Deo datur, precibúsque & studio acquiritur.*

30. *Si quem pudeat errati, bonæ indolis id est argumentum: at impudens desperatus est.*

31. *Pudenda res est tam lenta correctio morum nostrorum. uno cum pravis congressu corrumpimur: vix multa bonorum consuetudine emendamur: ubi nunc ardor ille, quem ad unicam concionem suam Petrus apostolus experiebatur, quum auditores non instituti tantùm, sed & graviter correpti libenter eum audierunt, & uno die ecclesiæ disciplinam susceperunt ter mille animæ?* Act.2. v.41. *In ruborem etiam te, cujus ulcus hæc doctrina tangit, Ethnicorum exempla hominum dent, ex quibus est notabile illud Polemónis, de quo ad te Horatius sat.l.2.3:*

—— quæro, faciásne, quod olim
Mutatus Polemo? ponas insignia morbi,

Fasciolas, cubital, focalia; potus ut illè
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
Postquā est impransi correptus voce magistri.

Sed digna est historia quam audiamus integram ex Valerii Maximi lib.6. cap.9. Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens, quum è convivio, non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, domúmque repetens Xenocratis Philosophi patentem januam vidisset; vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turbâ doctorum hominū scholam ejus intravit: nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, ut clarissimum eloquium & prudentissima præcepta temulentię lasciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione; Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omisśisque, de quibus disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit. cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primùm coronam capite detractam projecit: paulò pòst brachium intra pallium reduxit: procedente tēpore, oris convivalis hilaritatem deposuit: ad ultimum totam luxuriam exuit, uniúsque orationis saluberrima medicina sanat⁹, ex infami ganeone maximus philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit. *videatur etiam Diogenes lib.2.*

32. Summa scholasticorum studiorum illa

erit

erit, ut Deo placeamus, útque ille nobis uti, homines etiam nobis frui queant.

DIALOGUS XXV.

Præcepta educationis.

¶ *Ethicus est hîc dialog⁹; in quo agitur* I. *de perditi cujusdam adolescentis emendatione.* II *de communicatione ejus artis, quam* μεταμελητικὴν *dicamus, quæ scilicet ad delictorum* μεταμέλειαν, *id est, pœnitentiam instituit & vitæ correctionem suadet.* III. *de ipsis præceptis, quæ* νουθετικὰ *vocemus, quæ sc.* νοῦν τιθέντα, *i.e. mentem componunt & moderantur.*

*Grympherantes & Budæus**.

* *De Grympherante ad superiorem dialogum diximus. Nunc autem ei honestius etymon debetur. Sit ergo quasi* γρυνὸς φέρων αὔθη. Γρυνὸς *Suidæ est* κορμὸς δρυΐνος, *i.e cortex quercinus, vel* ξύλον γεροντόδρυος; *i.e. lignum annosæ quercus; quod etymologo* γέρωνον *vel* γέρον στέλεχος, *vetus truncus. Talis erat noster hîc* ὀψιμαθής. *truncus durus, robustus codex, at alio sensu, quàm apud Plautum Pœn. 5.3. Cujus desperata erat vita, ecce, ut egerminat. Qui fuerat truncus atq; stipes (ut hominem agrestem & stupidum vocat Tullius in Pison.) jam fit florifera atq; fructifera arbos Aut nunc fit* Krimperand, *quia contrahit et minuit deliria.* Krimpen *est contrahere & extenuare.* Ranten *Flandris est delirare, ineptire: item intermittere opus; ut quum gallina* ὠοτοκίαν *ad unum aut alterum diem: aut minuit fastum, quem antè* longo margine terrarum por-

I. *Emendatio.* QUÆNAM est isthæc tanta & tam subita mutatio? inter Ovidii metamorphoses *a* posset referri. GRY. In pejúsne, an in melius? BUD. In melius meâ sententiâ: siquidē ab exteriore cultu, gestu, verbis, actionibus, bonam mentem licet æstimare ac colligere.

GRY.

rexerat, *ut ita loquar cum poëta; quum insolens esset ob sanguinis colorem & prædia sua. nam* rand *est margo; unde & Belg.* randtwl *noctua aurita, otus, tanquam marginata egregiè. Ita & Socrates Alcibiadem alicubi informavit, sed* ἀπολοπέδαλον; *& ei margines suorum fundorum admodum corrugavit & circumcidit. Quum enim ipsum opum & nominatim prædiorum suorum jactatione inflatum animadverteret, in eum Atheniensis urbis locum traduxit, ubi tabula suspensa erat quæ terræ circuitum cōplecteretur, & in ea ipsa Atticam inquirere jussit; in quam ut incidit, etiam sua prædia inspicere & ostendere: quæ quum nusquam appicta cerneret, Quid igitur, inquit Socrates, insolescis iis rebus, quas nusquam terrarum hic vides. Budæus, qui hic Grympheranti jungitur, ejus se familiarem gerit; sed domesticæ institutionis bono beatum supra illum. Videtur autem Vives Guilielmi Budæi Parisiensis, Galliæ luminis, nonnullis egregiis scriptis ad Græcas literas, philologiam, virtutem etiam & civilem prudentiam clari tanquā filium quendam respicere. Nomen quidem ipsum variè considerari potest.* Bode *est domuncula, item nuncius.* Βυδοὶ *sunt Musici Cretensibus apud Hes. Buda urbs est Hungariæ; quam sic à Buda Attilæ fratre dici volunt; aliter à Budinis Scythiæ populis. Alii sunt* Βουδῖνοι, *de quibus Strabo lib. 6.*

a μεταμόρφωσις *est transformatio. Ovidius scripsit libros XV. eo titulo, cujus vim initio exprimit, quum ait:*

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora.

Dum

GRY. Est ergo quod mihi possis gratulari *b*, sodalis jucudissime? BUD. Ego verò & gratulor tibi,&,ut pergas, exhortor,magnáq; in dies bonæ istius frugis ut capias incrementa, Deum ac divos *c* omnes comprecor. Sed amabò, ne invideas familiari tam charo artem adeo præstantem ac præclaram, quæ brevi tempore tantum humano pectori probitatis instillet†. GR. Ars & fons *d* rivi hujus uberrim⁹ est Flexibulus, si eum nosti. BUD. Quis non *II. Cõmunicatio artis metameletica.*

Ff 4 norit

Dum autem Ovidii metamorphoses dicit, miras intelligit & propè incredibiles. Sed melior illa fuit, quæ hic ope Flexibuli contigit. ad quā referamus illa apostoli verba Rom. *12.2.* μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, *id est,* Ne configuramini seculo huic, sed transformamini per renovationem mentis vestræ, ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona illa, verè placens & perfecta.

b συγχαίρειν, συνήδεσθαι. *Gratulari alicui est ostendere nobis aliquid gratū esse, testari, nos gaudere alius causa. Gratulamur tamen etiam nobis ipsis, quod est* χαίρειν. *Propriè tamen gaudemus nostris, gratulamur alienis, ut Donatus monet ad And. a.* 5.4. *& Heaut.* 4.7. *Dicimus autem gratulari alicui de re, & simpliciter (rariùs verò) re, & rē; qui accusativus videtur inferre ellipsin præpositionis* propter.

c *idololatrica phrasis fugienda est. Deus enim solus est invocandus, ut omnium gnarus, omnipotens, ipsa bonitas.*

† ἐνστάζῃ. *propriè est, sensim per stillas immittere,* eintriefen. *Belg.* indrüppelen. *Est enim* stilla *aliquid velut* σταγὼν *seu* στάζομενον *ab aqua.*

d *Fontem dicit, ut in similitudine insistat, qua de aquis*

norit virum, ut à patre & majoribus natu audivi, ingentis prudentiæ atque usus rerum, huic civitati non notum modò, sed charum & in paucis venerabilem? O te felicem, qui illũ propiùs audiveris & sis cum eo familiariter † versatus, unde tantum retuleris fructus ad rectam compositionem *e* morum! GRY. Quãtò tu felicior, cui hæc domi nascuntur *f*, quod ajunt: & potes non semel aut iterum, ut ego, sed quotidie, quoties libuerit, talem patrem *g* audire, maximis & utilissimis de rebus sapienter disserentem. BUD. Omitte nunc ista: de te & Flexibulo procedat sermo institutus. GR. Taceamus igitur de patre tuo: quando *h* ita est, tibi

quis præmissa erat instillandi verbo.

* *i.e.* ἔνυδρος *huber, humoris plenus. Gellius abundum dicit; nempe lib.* 2. abunda lavacra. 1. 2.

† *quasi in familia, domesticè* οἰκείως.

e *componere mores est rectè ordinare & disponere,* κοσμεῖν *Ovidio: cõformare mores & moderari, in justam formam ad legitimum instituere. Ita compositum dissoluto opponitur, & ornatum indicat.*

f *i.e. penes te, ut domestica & quotidiana habere possis gratis, quæ alii necesse habent aliunde rogare. Nos dicimus,* Du darffst nicht weit drũmb gehen. *in vicino tibi sita sunt:* es wächset dir zu hause / in deinem garten *ut Gall. hic vertit* croissent en la maison, *crescunt domi.*

g. *qualis erat Budæus ὁ πολυΐστωρ.*

h *i.e. quia hîc n. nõ est adverbiũ, sed conjunctio causalis, idem quod* quandoquidem. *Sic Donatus ad Andr.* 2. 2. Deos quæso, ut sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono, *annotat:* Quando & cùm interdũm sunt conjunctiones causales, & quando pro quoniam

&

tibi cordi, redeamus ad Flexibulum: nihil viri illius sermone dulci, nihil cõsiliis cordatius *i*, nihil præceptis gravius, prudentius, sanctius. Itaq; gustu hoc, quem mihi ille de se præbuit, aucta & incensa est mihi mirum in modum sitis hauriendi ex tam dulci fonte sapientiæ. Narrant, qui orbem terrarũ describunt, fontes esse admirabilis ingenii ac naturæ, alios inebriare, alios ebrietatem tollere, alios stuporem immittere, alios somnum *k*: fontem hũc hanc ego vim habere sum expertus, ut ex bruto efficiat hominem, ex perdito & nequam * frugi †, ex homine angelum χ. BUD. Possémne & ego ex eodem fonte aliquid vel extremis labris delibare ↓? GRY. Quidni *l* possis? domum

& pro quia intelligimus. *Sic Græci (etsi rariùs)* ὅθεν *usurpant pro* ὅτι.

i *cordatus est sapiens, prudens, quasi qui senatum consilii in corde habet,* νουνεχής. πραγματικός. *qui* νουνεχόντως *agit, non* ἀπαιδεύτως, ἀσελγῶς, ὑπερηφάνως: *ut* Senatum consilii in cor convocare *Plautus jocosè dixit, de rebus grandibus ire deliberatum.* Epid. 1. 2. Mostel. 3. 1.

k *Vide* Plin. l. 31. 2, & 3. * ἀχρεῖον, *Beliale.*

† καλοκάγαθον, ὀνήσιμον, σπουδαῖόν τινα.

χ *tanquam beatum spiritum, immaculatum, sanctum.*

↓ *tanquam affusum haurire. Libare enim est fundere.* λείβειν, *deinde gustare leviter & quasi* κατὰ λιβάδας; *item decerpere, degustare. Sic ergo ut gutta Germanis à* δρέπειν, *ita carptus Latinis à* λείβειν.

l *Donatus in Eun.* 2. 3. Correptio est ab se manifesta inquirentis. Est enim sensus. Quid? nisi, aut

cur

mum tibi, ubi habitet, commonstrabo. BUD. Isthuc * quidẽ aliàs: tu verò inter deambulandum (aut desideamus, si lubet) aliquot mihi refer ex illius præceptionibus, quas optimas esse & potissimas censeas†. GR. Equidem recensebo lubens, cùm ut tibi gratificer & prosim, si queam: tum ad meam recordationem.

Præcepta nuthetica

I. Primùm omnium docuit me, debere unumquemque non magnificè *m* de se sentire, sed moderatè *, seu veriùs demissè *n*: hoc optimæ educationis, ac veræ comitatis solidum fundamentum esse ac propriũ. Hinc navare o-

II.

peram,

cur non noverim. Est n. quidni aut cur non: quia veteres ni pro ne ponebãt, & ne pro nõ: ut Plautus; ni stulta sis, pro ne & nevult pro nõ vult. * *i. e. isthoc, illud.*

† *ἂν νομίσῃς: modo potentiali, i. e. censere possis.*

m *aliàs est honorificè, liberaliter, splendidè. hic nunc ὑπερμέτρως, ὑπερκόμπως, ὑψικόμπως. Apostolus Rom.* 12. 3. *μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, i. e.* non supra modum sapere, ultra quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *&, sicut sentiendum, ita loquendũ, ut non simus κομποῤῥήμονες. Gall exponit* avoir trop grande opinion de soi, *id est, habere nimis grandem de se opinionem Ita Latini interdũ & eleganter opinionem usurpant, ut existimationem, δόξαν. ut Cic. ad Att.* integritatis alicujus opinionem habere. *Ita non tantùm vera & falsa, ficta, vana opinio, sed etiam honesta. usurpatur autem & activè & passivè. ut sit existimantis & ejus de quo existimantur. Quint. l.* 4. 1. Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ laborare.

* *i. e. modestè, intra debitum modum, μετρίως.*

n *ut Cic* 5. *Tusc.* Non ausus elatè & amplè loqui, quum humiliter demisseq; sentiret. *Cæsar. l.* 1. *bell. civ.*

demissis-

peram *o*, ut animum excolat atque exornet cognitione rerum, scientia & exercitamentis *p* virtutum: alioqui hominem non hominem esse,

demississimè & subjectissimè *conjungit: aliàs suppliciter & demisse. Aliter dicitur submisse. ut in illo monito Cic. 1. off.* Ut, quantò superiores sumus, tantò nos submissiùs geramus. *Submissio elationi & τῷ extollere opponitur.*

o *Navare est facere vel accommodare navo animo, qualis circa naves requiritur, quando tum è navalibus in mare sunt deducendæ, tum in mari regendæ.* Navare benevolentiam *apud Ciceronem exponit Budæus,* navo animo adhibere & præstare. *Similiter puto nos* schaffen *à scapha dicere. Ita sanè Cicero lib. 6. ad Attic. ep. 1. efficere & navare conjunxit, elegante hac sententia.* Nemo est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id, quod agit, non possit navare aliquid & efficere. schaffen und außrichten. *Et lib.* 9. 12. *Utinam* aliquid in hac miseria reip. πολιτικὸν opus efficere & navare mihi liceat.

p *Exercitationibus. Cic. studia & exercitationes dicit lib. 1. ep. 9. & 1. offi. animi exercitationes. & alibi passim. Gell. exercitium dicit.* Quum, *ait*, librum veteris scriptoris legebamus: conabamur postea memoriæ vegetandæ gratiâ indipisci animo ac recensere, quæ in eo libro scripta essent, in utrasque æstimationes laudis aut culpæ adnotamentis digna. erat que hoc sanè quàm utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum sententiarúmque elegantium recordationes. *Etiam exercitus pro exercitio est Plaut. in Rud.* pro exercitu gymnastico et palæstrico hoc habem'. *ita cœnitare et pransitare sunt exercitus parasitorū Capt. 1. 1. Veget. l. 1. de re mil. c. 1.* Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci, quod vocabatur. *Ea autem significatio rara est: frequentiùs exercitio dicitur ἄσκησις, nempe actio vel passio exerciti. Ita Cat.* Vita humana propè uti ferrum est.

Si-

III. esse, sed pecus q. Rebus sacris r interesse, cũ maxima attentione & reverentia. Quicquid illic sive audias sive videas; existimare magnum, admirabile, divinum, & quæ captum
IV. tuum exsuperent*. Crebrò te Christo commendare precibus, in illo spem & fiduciam tuam omnem collocandam. Parentibus obse-
V. quentem te præbere: inservire illis, ministrare,

Si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit. itidem homines exercendo videmus cōteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quàm exercitio. *Est autem exercere extra arcere*; herausztreiben / *expellere; exigere: deinde simpliciter pellere, & agere, colere &, idem frequenter agere vel facere. Ergo similiter ut* ago *usurpatur, & ut nostrum* treiben. *Et sic* üben (*Belgicè* oeffenen) *ab* ἕπειν, *i.e. agere, nempe tum* πράττειν *tum* ἐλαύνειν. *Ita* ἀμφιέπειν *est persequi. Phocyl.* μεθέπειν γεωπονίαν *agriculturam exercere. Mutavimus scilicet tenuem in aspiratā. & inde est* oft *q. exercendo. Ita contrà facimus in* offen, *i.e. apertus*, (*Belg.* open) παρὰ τὴν ὀπὴν. *i.e. foramen, per quod videmus*, δι' ἧς ἐστιν ἰδεῖν, *ut Pollux ait lib. 2; sed intermedio* auf, *quod nos duplex habere opinor, unum ab* ὀπῇ. *alterum ab* ἐπί. *indidem est etiam* ofe *fornax. Est enim* ὀπαῖον *illud foramen, per quod fumus è furno exit. Plut. in Pericle. Sed nimiùm fortè hoc verbum hic exercemus.*

q *Ratione, loquela virtute differimus à brutis. Vide eleganter de eo disserentem Quint. l. 2. c. Hinc fit, ut brutorum nominibus appellentur imperiti, & vitiosi: ut oves, verveces, canes, asini. Apul. Cic. Atticus de Bruto:* vide, ne, quem tu esse heberem deputas, æquè ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat.

r *i.e. concionibus & dispensationibus divinorum mysteriorum. Res hic est pro exercitio & ritu ecclesiastico.*

* *leg.* quod exsuperet: *vel &* de talib. rebus, quæ *etc.*

re,&,quacunque *s* valeas,commodare, prod-
esse, adjuvare †. Magistrum colere ac diligere VI.
tanquam parentem, non corporis,sed (quod
amplius est) mentis *t*. Ministros Domini re-
vereri, illorúmque doctrinæ audientem se ex- VII.
hibere : qui referunt nobis personam aposto-
lorum, atque adeo Domini ipsius. Senibus as- VIII.
surgendum,caput nudandum,attenté illos au-
scultandum *u*, à quibus ob diutinum usum
rerum

s Quacunque *adverbium loci est. Significat enim quacunq; via. Hic igitur malim* quacunque ratione vel quacunque in re, auf waserlei weise er wird können. *Gall.* en quelque sorte qu'on pourra, *id est, quomodo quis poterit : ὅντινα ἂν τρόπον δύναιτο.*

† *subintellige casus appositè: qui ferè adduntur, quum verba dissimiles poscunt.* prodesse illis, adjuvare eos.

t *bonus quidem est, ut pater spiritualis: malus autem* θυμοφθόρος, φρεναπάτης, ψυχόλεθρος.

u *sine ἀρχαϊσμοῦ potest legi* illis auscultandum. *Ita tamen omnia exemplaria, quæ videre licuit* Cæcil. *apud Non.* Audire, ignori quod imperant, soleo, non auscultare. *Ergo auscultare plus est*, mit fleiß aufmercken / *q. cum auris cultu. nisi potiùs sit ab ausicula pro auricula. sicut ſ & r veteres sæpe permutabant. Auscultare aliquem & alicui utrumq; probum est: sed illud diligenter attendere, hoc autem obedire. Cæterùm phrasis, qua hîc utitur Vives, ex illo Pacuviano sumta esse videtur, quod est apud Cic. 1. de divin.*

Nam istos, qui linguam avium intelligunt
Plúsque ex alieno jecore sapiùnt, quam ex suo,
Magis audiendum, quàm auscultandum cēseo.

Ita enim malim, quàm istus. Nam audire alicui est obedire; quod non placet illi; sapientiori, quàm istic quidem est reprehensor Cicero.

IX. rerum collecta sit prudentia. Magistratus honorare, illisque aliquid imperantibus dicto esse audientem, quibus cura nostri à Deo est
X. commissa. Viros magni ingenii, magnæ eruditionis, probos, susspicere *x*, admirari, colere, bene illis cupere, & amicitiã illorum ac familiaritatẽ expetere *y*, ex qua magni fruct⁹ reportentur: & is potissimùm, ut similes eorũ evadamus. Deniq; iis, qui sunt in dignitate, deberi ┼ reverẽtiã: idcirco impendendã esse liberaliter *z* ac libẽter. Quid tu de hisce pceptis dicis? Bud. Mea quidẽ sentẽtia, depromta esse ex divite quodam prudentiæ promtuario. Sed dic mihi, an non sunt multi ad dignitatem evecti homines indignissimi, veluti sacerdotes non respondentes tanto titulo *a*, & magistratus pravi, & senes stulti, ac deliri? Quid, quæso, de his sentiebat Flexibulus? an eodem esse honore

x *Susspicere est sursum specere, ἄνω βλέπειν. Est etiam admirari, venerari, tanquam ex humiliori altiorem intueri. Sic etiam Græcis ἀποβλέπειν πρός τινα* auf einen sehen: *non ὑπειρορᾷν, περιόπτεσθαι, ὑπερόπτεσθαι. aliter autem susspicere est susspectũ habere, ὑπόπτεσθαι, ὑποπτεύειν.*

y *admodum petere, cupere.*

┼ *ὀφείλεσθαι, ὀφειλομένην εἶναι. Sic meliores editiones: male,* debere.

z *largè, plenè, non parcè, obiter, in transcursu, ἐν παρέργῳ.*

a *i.e. nomini & honori, ut, quod dicuntur, sint, & verba ad facta conferre queant.*

★ *sed hodie omniũ maximè judicãt, qui & omniũ minimè possunt & debent; & pro judicio quodã postulant eos sine exem-*

nore profequendos, quo potiores? GRYMPH. Non ignorabat Flexibulus esse tales non paucos, sed non concedebat ætati nostræ, ut nos inter ejusmodi & alios poneremus discrimẽ: nondum tantum esse nactos nos vel ingenii vel prudentiæ, ut id possimus dijudicare: eam censuram & sapientibus esse viris relinquendam, & iis, quibus illorum est regimen commissum*. BUD. Rectè hoc quidem, ut videtur. GR. Addebat, non debere adolescentem XI
in nudando capite lentum esse, non in flectendo genu, non in unoquoque honorificè appellando, non in comi sermone ac moderato. Non decere multum loqui apud majores natu, aut superiores. XII
id enim alienum esse à reverentia illis debita: sed tacitum illos auscultare, & ab eis haurire prudentiam, cognitionẽ rerum variarum, rectam atque expeditam loquendi rationem. Breviſſima est ad scientiam via audiendi diligentia *b*. Prudentis & ingeniosi esse, de rebus judicare, uniuscujusque de eo,

exemplo doctos esse, qui neque laborant id discere, quod multis vigiliis perpetuisque laboribus alii sibi compararunt; & eò usque saltem profecerunt, ut aliquantulum saltem sciant, quantum nesciant. Qui terrarum orbis ignorant amplitudinem, dimidium ejus & plus emensos se opinantur, si quando decem milliaribus ultra natale solum processerint. Idem in literis accidit, ignaris, quàm latè earum regiones pateant.

b *Habet & ἐνάργειαν & hinc ἐνέργειαν singularem vox viva: & semper legendi, non semper præceptoris audiendi obvia est occasio.*

eo, quod probè novit: ideóq; negabat, ferendum esse adolescentem, ad pronunciandum ac definiendum proclivem *c* debere illum in statuendo aut judicando, de re quantumcunque *d* levi ac exigua, esse cunctabundum *e*, seu potiùs timidum, conscium videlicet suę ignorantiæ. Quod si *f*, in judicio de re qualibet, par est adolescentem esse talem: quid fiet de literis, de disciplinis, de legibus patriis, de ritibus, de moribus atque institutis majorum? de quibus non solùm sententiam ferre juvenem,

c *Molliùs, proclivem ad definiendum. Fugienda est in oratione obscuritas. Gnome est: Citò critici vix unquam philosophi. Discipuli est credere, præceptoris dubitare; at non de principiis neq; de certis conclusionibus.*

d Quantumcunque *quid propriè sit*, *èx* quantuscunque *discitur, nempe* ὁπηλικοσοῦν, *ut* ὁπηλικονοῦν μέγεθος, es sei so groß als es wöll/ *grande, quantū potest. Cic. 3. de fin. Quantumcunque addideris, in suo genere manebit. Ovid. 1. Trist. el. 5.*

Quantumcunque tamen præconia nostra valebunt:
Carminibus vives tempus in omne meis.

Hic apud Vivem τὸ quantumcunq; est positum, pro quantumvis, quamvis, licèt.

e *μελλητικὸν, οὐ προπετῆ, cum prudentia tardum, non præcipitem. Est vox μέση, magis tamen in vitio ponitur; ideo addit* seu potiùs timidum. *cunctari est morari, differre, quasi cuncta colligendo, in unum cumulum conjiciendo;* außstellen/ auffschieben/ *ἀναβάλλεσθαι. Nos cunctabundum dicimus* langsam. *Hic verti possit,* langsam und bedachtsam.

f *In hac loquendi formula putant quidam,* quòd *poni pro* sed. *Verùm potiùs* quod *eleganter ocium ab initio agit,* *in*

nem, sed nec disputare aut vocare in quæstionem sinebat *g* Flexibulus: non cavillari, non rationem reposcere: sed tacitè ac modestè obtemperare; quod dictum Platonis*auctoritate fulciebat, magni in sapientia viri. Bud. Quid *h*? si sunt leges aut mores pravi, iniqui, tyrannici? Gry. Idem & de hoc Flexibulus disserebat, quod de senibus. Non ignoro equidé, ajebat ille, multos esse receptos in civitate mores parum probabiles *i*, sanctas esse leges aliquas iniquas *k*: sed tu imperitus, inexpertus rerum

 vitæ,

in quod si, quod nisi *aliis præter vehementiam nihil addit orationi. ut Plaut. Phorm. Mostell.* 2.1.5.8. Malum, quod isti dii dexq; omnes duint. *Ita* ὅλ *apud Græcos vocat, quum verba alicujus citantur. Sic in illo* ἰδ' οἶδ' ὅλ, *παρέλκειν existimatur.*

† *par est. Hic par est justum, conveniens. sicut εἰκὸς est simile & æquum: ita etiam* ἴσον *&* δίκαιον *Græci aliquando copulant, adeóq; idem aliquando significant, docente Thucydidis scholiasta. Ita* ἴση καὶ δικαία εἰρήνη *Demostheni.*

g *de iis disputare aut ea vocare in quæstionem.*

* *passim talia habet Plato. Vide* Cratylum, lib. 7. de rep. extrem.

h *sc. agendum erit.*

i *i.e. probandos laudandos, rectæ rationi consentaneos, legib. conformes* εὐλόγους. *Probabile alioqui in opinione dicitur, quod verisimile est, nec verum apertè nec falsum, at rationes habet in utramq; partem, ut suaderi possit, unde* πιθανὸν, *credibile, cui opponitur improbabile & incredibile.*

k *i.e. sancitas esse,* κεκυρῶσθαι. *Sanciri dicitur lex, quum robur ei accommodatur promissione præmiorum, aut imprimis comminatione pœnarum.*

vitæ, quomodo id censebis? nondum eò per-
venisti eruditione & usu rerum, ut de eo pos-
sis statuere †. fortasse, quæ tua est ignoran-
tia, vel animi libido, improbas esse leges ju-
dicabis, quæ sint rectissimæ & magno cōsilio
statutæ: rursum verò optimas, quas justū esset
abrogare *l*. sine illos de iis inquirere, disputare,
definire, qui causam queunt de singulis pro-
babilē reddere: tu id nō posses. BUD. Ita est pla-
nè. Perge ad alia. GR. Nullum esse decentius
XV. aut gratiosius adolescenti ornamentū, quàm
verecūdiā *m*: nihil impudentia tetrius *n* aut in-
XVI. visi⁹ *o*. Magnū esse ætati *p* nostræ ab ira pericu-
lum: ab ea nos ad turpes actiones corripi *q*,
quarum paulò pòst gravissimè pœniteat.
Multum itaque esse cum illa luctandum, quo-
ad *r* omnino prosternatur; ne nos ipsa proster-
nat.

† *i.e. statam & certam sententiam dicere.*

l *i.e. antiquare, q. rogata plebe; ut apud Romanos mos erat.*

m *Donato placet, pudorem esse mali facti, verecundiam recti & honesti. Sed est modestia, qua veremur aliquid turpe facere. Cic. in partit. Custos virtutum omnium dedecus fugiens laudémque maximè consequens verecundia est.* n *i.e fœdius.*

o *Tetrum est à ratione & consensu alienum: quod quasi τιθρίνει aliquid sole~, i.e. lancinare, penetrare.*

p *i.e. nobis in hac ætate adolescentiore.*

q *συναρπάζεσθαι vel ἀφαρπάζεσθαι, raptim traduci. Corripere sese ad aliquem, est raptim inferre Ter. Hec. 4. 1.* gradum corripere, *accelerare.*

r *i.e. donec, ἕως ὅ. malè ponitur pro q attinet ad, vel quantum ad.*

nat. Ociosus homo, saxum *s*: malè occupatus, XVII.
bellua *t*: bene occupatus, verè homo. Homi-
nes nihil agēdo malè agere discunt. Cibum & XIIX.
potum metiendum naturali desiderio famis
aut sitis, non gulositate *u*, aut pecuina *x* libidi-
ne infarciendi corporis. Quid potest dici tetri-
us, quàm hominem ea ingerere in suum cor-
pus, edendo & bibendo, quæ exuant illum
humana cōditione, transferant in belluinam,
aut etiam in stipitem? Compositio oris & XIX.
cuncti corporis, quemadmodum animus sit
intus habitus, loquitur. Sed ex universa exte-
riore facie nullum animi speculum ajebat esse
certius, quàm oculos: ideóque convenire, il-
los esse sedatos & quietos, non elatos, nec de-

s *ut immobilis.* λίθοι *homines bardi & stupidi sunt apud Aristophanem. Ter.in Hec.a.*2.1. Tu, inquam, mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.

t *ratione malè utens, atq; si non haberet. Malè occupatus, est in malis rebus negociosus: ut benè, honestè, in bonis.*

† *i.e. moderandum, regendum ad mensuram, pro ratione, necessitatis, ut esuries & sitis sedetur.*

u *apud ecclesiasticos scriptores reperias. Latini pro ipsa* λαιμαργία *&* γαστριμαργία *etiam gulam dicunt: aliter edacitatem, gurgitem, voraginem, helluonem, etiam ingluviem. Ter.Eun.*5.4.

x *pecuinum à pecu. Apul.*2.*met.* Boves & id genus pecua. *Sic alibi passim. Et lib.*8. Flagro pecuinis ossibus cathenato verberantes.

★ *Plin.lib.*11.*c.*37. Profectò in oculis animus inhabitat.

† *nictantes frequenter.*

jectos, non mobiles, sed nec rigentes *y*: faciem ipsam non in torvitatem nec ferociam compositam *z*, sed ad hilaritatem atque affabilitatem.

XXI. Sordes & obscœnitates *a* abesse decet à vestitu, victu, convictu, sermone. Sermonē nostrum nec arrogantem ac pavidum, nec vicissim abjectum & effœminatum *b* volebat esse: simplicem autem & minimè captiosum *c*, non detortum ad pravas interpretationes *d*. nam id si fiat, nihil erit tutū loqui, & frangitur generosa loquendi indoles stultis ac

XXII. ineptis cavillis *e*. Manus, quum verba facimus, non jactandas, non caput quatiendum, non crispandum *f* latus, non vultum corrugandum & distorquendum, non pedes agitandos. Mendacio nihil dicebat esse tetrius,

nec

y starrend, gar still und unbeweglich. *Plin lib.* 11. *cap.* 37. rigentes oculi, *qui planè non flectuntur, seu circumaguntur. Ibidem ait*: Plerisque naturale, ut nictare non cessent: quos pavidiores accepimus.

z *mollior structura*, faciem ipsam compositam in torvitatem *&c.*

a *eas figuras, quæ castitatem lædere possint.*

b *quasi fœminea mollitie corruptam. Philo lib.* 3. *de vita Mosis* τὴν ψυχὴν ἐκτεθηλυσμένους animo effœminatos *dicit*.

c *sophisticæ deditum. Captio est deceptio unde* fallax & captiosa interrogatio. *Cic.* 4 *Acad.*

d *quas uno verbo* περιερμηνείας *aut* παρεξηγήσεις *Græci vocant*.

e στροφαῖς, σοφίσμασιν, *irrisoriis jocis.*

f *intorquendum, inflectendum, sicut capilli intorti dicuntur crispati.*

nec aliud *g* æquè abominabatur. Intemperãtia facit nos belluas, mendacium diabolos *h* veritas ſemideos *i*: à Deo natam eſſe veritatẽ, à Diabolo mendacium: nec eſt aliud ad vitæ communionem perinde damnoſum. Multò juſtiùs debere ab hominum conſortio pelli mendacem, quàm qui eſt furatus, aut qui aliquem pulſavit *k*, aut qui adulteravit numum *l*. Quæ enim eſſe poteſt vel rerum ac negociorum contractio, vel cõſociatio ſermonum cũ eo, qui aliud loquitur, aliud ſentit? cum reliquis vitiorum generibus eſſe poteſt aliqua, cũ hoc nulla. De ſodalibus & amicitiis adoleſcentum multum ille loquebatur, & accuratè, non exiguum id eſſe momentum *n* ad probitatem, aut flagitia noſtræ ætatis: tranſire ad nos

 amico-

g *i.e. aliam rem. ita ſupra nullam i.e. nullam rem: ſicut etiam Quintil. l.* 2. 17. Deus ille princeps parens rerum fabricatórq mundi nullo magis hominem ſeparavit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quàm dicendi facultate. *idcirco ſanctè habenda, neq; mendaciis inquinanda.*

h *dæmonia. Diabolum ſcriptura unitatis numero dicit, tanquam principem.*

i *participes divinæ naturæ, Dei ſimiles* 2. Pet. 1, 4.

k *verberavit. pulſare eſt gravi ictu cædere Cic. Verr.* 7.

l *παραχαράκτης, qui adulterinam ſeu falſam monetam cudit, ὁ παρακόπτων.*

n *i.e. pondus propriè fuerit id, quo movetur aliquid: deinde ſpatium temporis: & hinc pondus, quo motus regitur. Gall. hic vertit* importance. *Illa res dicitur* avoir importãce, *quæ aliquid importat, id eſt, affert lanci ad malem & pondus augendum.*

amicorũ nostrorũ & sodalium mores tanquã contagio *o*: & tales nos ferè fieri, quales ii sint, quib. cũ versemur: idcirco eam in rem magnã esse diligentiam atque operã navandam. Nec permittebat nobis, ut ipsi amicitias & familiaritates *p* deligeremus: sed ut à parentibus, aut magistris, aut educatoribus *q* nostris delectas & traditas acciperemus, & coleremus *r*: illos ratione duci in eligendo, nos autem rapi pravâ animi aliquâ cupiditate, vel libidine: quodsi quo casu in necessitudines inciderim⁹ inutiles aut noxias, à superiore auctoritate admonitos *ſ* abjicere illas quamprimùm *s* oportere. Dicebat ille quidem cùm alia permulta, magna sanè atque admirabilia, tum hęc ipsa diffusiùs *t* & exactiùs *u*. Sed hæc erat propemodum *x* de rectâ adolescentiæ educatione

ne

o *i.e. per contagium, fit, ut plures tanquam per contactum infi[illegible]iantur.*

p *quotidianas & quasi domesticas in una familia conversationes.*

q *inspectoribus vitæ & morum, tanquam ducibus, qui nos ex ignorantiæ ætate educunt.*

r *i.e. studiosè observaremus.* colere & negligere *hic opponuntur.*

ſ *ἂς vel ὅτι τάχιστα. statim.*

t *prolixiùs, copiosiùs.* u *accuratiùs.*

x *nota est extenuationis: cui opponitur* admodum. *q. d. Non est hæc tota quidem sed ferè compendio narrata institutio de educatione.*

y *Ita per audiendi diligentiam ex homine ad disciplinam inepto facundus recitator evasit, qui ex doctrinæ suæ luce etiam aliis illustrandis facem accendit.*

ne ſumma. *Breda Brabantica, die viſitationis d. Virginis 1538.*

Utinam verò tantùm proficiendi ſtudium tantúſque ardor eſſet in omnibus, qui ſcholaſticam militiam ſequuntur! minùs certè laborarent res humanæ, & vitæ genus, quod propter perpetuos difficiléſque labores plerique fugitant, fidelibus præceptoribus ſuavius redderetur. Notum in vulgus eſt illud, ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. *Non eſt eodem pervenire per* φιλοποσίαν *&* φιλοπονίαν*: non eadem merces eſt in via ambulantibus & extra eam currentibus. Qui id non crederent: ad quam tandem metam vita & ſalus eorum ſit hæſura, videbunt, & alii ridebunt, flebunt alii cum ipſis.*

DOCTRINÆ.

1. Singulare Dei beneficium eſt incidere in ſapientem & fidelem monitorem; qui meritò cenſebitur tanquam angelus cælitùs miſſus dux viæ ad cœlos.

2. Monita ſancta docilibus & piis animis admittemus: quum nobis ſint pro ſalutari medicina. Id autem plurimùm prohibet facere arrogantia, quia cupiditates ſuas ponunt homines ante ſalutem. Sed ſapientiſſimus regum Prov. 3. 7. v. 7, 8, 9. ait: Ne eſto ſapiens in oculis tuis, reverere Dominum & recede à malo. Salutare id erit umbilico tuo, & irrigatio oſſibus tuis.

3. Emendatio animi pravi eluceat etiam in dictis & factis noſtris.

4. Hominis peccatoris converſione lætatur, quiſquis Deum amat.

5. Plenum eſt ingenui pudoris, fateri, per quos profeceris.

6. *Inæstimabile bonum est præceptor bonus, cui salus discipuli verè sit curæ & in quo sit animi sermonis & vitæ concordia.* Vide Marſ. Ficin. atgum. in Lachet. Platonis.

7. *Inexcusabiles planè judicantur, quibus domi sunt ipsi parentes quotidiani ad sapientiam & virtutem informatores; si occasionib. non utantur ad eorum imitationem.*

8. *Qui nos ad honesta ducunt, etiamsi nonnunquam stultitiam nostram irridêtes & carpentes, venerationem & prædicationem nostram promerentur.*

9. *Recta ingenia lubenter communicant utilem doctrinam, ut & ipsa augeant numerũ eorum, qui Deum agnoscant & colant.*

10. *Præceptor adolescentiæ deligendus est & peritus rerum docendarum et ipse earum agendarum studiosus: quiq; planè paternum in docendos affectum induat. Graviter Quintilianus lib. 2. cap. 2.* Sumat ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorundem locum, à quibus sibi liberi tradantur, existimet. ipse nec habeat vitia nec ferat: non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas: ne inde odium, hinc contemtus oriatur. Plurimus ei de honesto & bono sermo sit.

11. *Vita humanæ tranquillitatem cum primis præstat moderatio, ut modestè de te sentias, ita tamen, ut auctoritatem officii tibi necessariã calcari non patiaris, & tuas res agas: ut mala quoq; ferre condiscas,*

condiscas. Huc facit sententia insignis Phavorini τὸν εὐθυμεῖσθαι θέλοντα χρὴ μὲν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἀφορᾶν εἰς τοὺς ἐλάττω κεκτημένους· ἐν δὲ τοῖς κακοῖς εἰς τοὺς μᾶλλον δυστυχοῦντας, *id est*, Eum, qui tranquillè volet agere, oportet in bonis quidem rebus asspicere ad eos, qui minora assequuti sunt; in malis ad eos, qui majora.

12. Discipulum antè, & rerum gnarũ, quàm judicem esse convenit.

13. Non est ferendum, ut contra bene receptas consuetudines disputetur, & juniores cavillationibus & contradictionibus assuescant. Nam, ubi plures redarguerint & à pluribus ipsi redarguti fuerint, eò facilè deveniunt, ut nihil eorum, quæ antè, ratum habeant. *Plato lib. 7. de rep.*

14. Quæ discimus, ad eum usq; profectum deducere studeamus, ut etiam docere aliisq; juvandis tanquã accensam lampada tradere possimus, sicut hic Grympherantes faciens introducitur, qui utilissima nempe vitæ degendæ præcepta promta oratione à magistro antè hausta recitat.

15. Demus operam, quicunque veras & bonas res tum tradimus tum audimus, ut studia nostra in mores abeant. Recta quidem nescire, pecudum est: scire autem ea, & non facere, improborum est spirituum, quæ indignitas utraque nobis omni studio declinanda erit, ab initio ad imaginem Dei conditis, & nunc in Christo ad eandẽ renovatis. Ne a. mundus nos improbis vocib⁹, neq; perversis exemplis in diversum rapiat, semper illud

lud cogitamus, quod sanctissimus apostolus submonet: Mundus præterit & cupiditas ipsius: qui verò præstat voluntatem Dei, manet in æternum.

INDEX VOCUM ET PHRASIUM IN NOTIS explicatarum, præcipuarum.

Bruchi

Corian-

Famo-

Majus

Ortho-

So-

Terri-

Zipper-

F I N I S.

Errata.

Pag. 59. lin ita *ingurgitat*. pag. 60. l ctis *noctibus*. 64. l dix. *sonantius*. 139. l. e. *molliter* 256 m. *Numenio κῶθ©: unde nobis* goet. 95. θυμὸν ἀίξειν. 310. o. *multa*. 342. ctum. *dicitur*. 361. item. *avec le*. 363. l. um. *curiam*. 376. l trum. *impressionem*. 381 l. 1. *studiosa*. 452. l καὶ ἀέλλων. ibid. 14. *si tibi*. l. seq. *nomen sit virtutis*.

439

JOHANNIS LUDOVICI VIVIS AD Sapientiam introductio.

Cic. l. 2. de finib. bon. & mal.

Oculorum, *inquit Plato*, est in nobis sensus acerrimus: quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur!

LECTORI S.

INtroductio ad ſapientiam fit per declinata & victa obſidia. Nemo enim ad illam penetrat, niſi cui contra hoſtica impedimenta pugnare certus eſt animus, & cœpto non deſiſtere, niſi pulcherrimâ rerum potito. imò & tunc maximè cœpto inſiſtere. Deterius ſemper inſidiatur præſtantiori: ſed hujus eſt illud pellere aut tollere, corrigere, aut alicubi ferre, ſed ſine ſuo detrimento. Senſum ſæpe fallunt res propoſitæ, quæ objecta dicimus. Propiùs igitur ad eas accedamus, eas curioſiùs exploremus, provideamúsq;, ne falſa ſimulacra veræ repræſentationis locum occupent. Senſus ſubinde circumvenit rationem, ut mora in jucunditatis conſideratione excludat judicium utilitatis & honeſtatis. Dimittamus igitur ab hoc concilio ſenſum, ne attentionem & deliberationem mentis importuniùs interpellet & conturbet. Sed & ratio, jam lapſu noſtro non maculata tantùm, verùm etiam ſauciata, æviternis caduca, ter-

ca, terrena cœlestibus anteponit, imò ne hoc quidem, sed summa & ultramundana illa seponit, infimis adhærens & mundanis. contrà, quàm fidei indoles est, quæ cœlo nata animum hominis, in quem cadit, sursum respicere docet, ut hæc vita ad aliud nihil restet, nisi ut via sit ad illã verè vitalẽ, quæ ipsa sursum est in patria; & sic orat, ut meliorem poëtæ verbis sensum inspirem,

Eripe me populis & habenti nubila terræ,
Sancte pater. Valer. lib. I.

Ita deletur illa, de qua divinus apostolus, sapientia terrena, animalis, dæmoniaca. Jac. 3.
ita enitescit illa, quæ supernè est, sapientia, casta, pacifica, æqua, obsequens, plena misericordię & fructuum bonorum, absq; disceptatione, minimè simulata: *illa, cujus* negociatio melior est negociatione argenti, *cujus* auro *est* effosso *melior* proventus: *quæ pretiosior est carbunculis, cui nullum oblectamentum possit coæquari: ut de illa eadem sapientia rex Dei ipsius judicio sapientissimus in suo præconio statuit.* Prov. *Ad eam hîc est introductio, non tantùm ad limen, sed & in domum ejus, ad mysteria ejus ut castu ipsius purificeris, indéq; præpareris ad magna illa mysteria atque*

adyta, in quibus verus ephorus & epopta evadas: ut post hæc Isagogica, post agona & & militiā bonæ conscientiæ, iselastica in dilectam illā cœlestis patris civitatē, præmia sempiterna habeas, gloriosissima illa Christi hieronicis & olympionicis destinata. Signa autem ad superna palmæ honores cursuro notanda tibi sunt ista:

JOHAN-

JOHANNIS
LUDOVICI VIVIS
Valentini ad ſapientiam introductio.

I.

VEra ſapientia eſt, de rebus incorrupte judicare, ut talem unamquamq; exiſtimemus, qualis ipſa eſt: ne vilia ſectemur, tanquam precioſa; aut precioſa, tanquam vilia rejiciamus; ne vituperemus laudanda, néve laudemus vituperanda.

2. Hinc enim error omnis in hominum mentibus ac vitium oritur, nihilq; eſt in humana vita exitiabilius, quàm depravatio illa judiciorum, quum rebus non ſuum precium redditur.

3. Quocirca pernicioſæ ſunt vulgi opiniones *a*, quæ ſtultisſimè de rebus judicant.

4. Magnus erroris magiſter, populus.

5. Nec illud magis laborandum eſt, quàm, ut ſapientiæ ſtudioſum à populari ſenſu abducamus, & vindicemus.

a *cogitationes, quibus vulgus perperam de rebus ſtatuit.*

6. Primùm omnium suspecta illi sint, quæcunque multitudo magno consensu approbat: nisi ad illorum normam revocarit, qui singula virtute metiuntur.

7. Assuescat unusquisq; jam tum à puero veras habere de rebus opiniones, quæ simul cum ætate adolescant.

8. Et ea cupiat, quæ recta sint; fugiat, quæ prava: ut assuefactio hæc bene agere, vertat ei propè in naturam, ut non possit, nisi coactus & reluctans ad malè agendum pertrahi.

9. Eligenda est optima vitæ ratio: hanc consuetudo jucundissimam reddet.

10. Tota reliqua vita ex hac puerili educatione pendet.

11. Ergo in curriculo sapientiæ primus gradus est ille, veteribus celebratissimus, SEIPSUM NOSSE.

II. *Divisio rerum.*

12. Homo ex corpore constat & animo. Corpus habemus ex terra, & his elementis, quæ cernimus ac tangimus, corporibus bestiarum simile.

13. Animum divinitus datum, angelis & Deo similem, unde censetur homo, & qui solus meritò esset homo appellandus, ut maximis viris placuit *b*.

14. In

b *Platoni imprimis in Alcibiad.* 1. *ubi disputat, quòd* homo *sit* anima rationalis, mentis particeps, corpore utens. *Marsf. Ficin. comment. in conviv. c.* 3. *vide infr.* 211.

14. In corpore ſunt forma, ſanitas, firmitas, integritas, robur, celeritas, delectatio : & his contraria, deformitas, morbus, mutilatio, imbecillitas, tarditas, dolor, & alia corporis ſeu commoda ſeu incommoda.

15. In animo eruditio & virtus; & contraria, ruditas, vitium.

16. Extra hominem ſunt, divitiæ, potentia, nobilitas, honores, dignitas, gloria, gratia, & contraria his, paupertas, inopia, ignobilitas, utilitas, dedecus, obſcuritas, odium.

III. *Rerum naturæ ac precia.*

17. Regina & princeps rerum omnium præſtãtisſima eſt VIRTUS, cui reliqua omnia, ſi ſuo velint officio defungi, ancillari oportet.

18. Virtutem voco, pietatem in Deum & homines, cultum Dei & amorem in homines voluntatémq; bene faciendi.

19. Reliqua, ſi quis ad virtutem hanc referat, non mala videbuntur.

20. Nec, qui primùm hæc nuncupavére bona, ſic de illis ſenſerunt, ut nunc vulgus, quod veros illos ac naturales ſignificatus corrupit: unde & rerũ æſtimationes mutatæ ſunt.

21. Sic enim ſunt intelligenda hæc, quatenus cenſentur bona. Divitiæ ſunt non gemmæ aut metalla, non magnifica ædificia vel ſupellex inſtructa : ſed non iis carere, quæ ſunt ad tuendam vitam neceſſaria.

22. Gloria, bene audire de virtute.

23. Honor, veneratio ob virtutem.

24. Dignitas, recta hominum opinio de magna virtute.

25. Potentia & regnum, habere multos, quibus probè ac rectè consulas.

26. Nobilitas, excellentiâ actuum esse cognitum, vel à bonis prognatum / similem parentum se præbere.

27. Generosus est ad virtutem à natura optimè compositus.

28. Sanitas, talis habitudo corporis, ut valeat mens.

29. Species, lineamenta corporis, quæ animum formosum ostendant.

30. Vires & robur, ut exercitiis virtutis sufficias, ne facilè defatigeris.

31. Voluptas, delectatio pura, solida, & diuturna, qualis capitur ex iis solis, quæ ad animum pertinent.

32. Si quis hæc aliter, ut à populo videlicet intelliguntur, discutiat ac expendat: reperiet inepta, vana, noxia esse.

33. Primùm, externa omnia vel ad corpus referuntur, vel ad animum, ut divitiæ ad tuendam vitam, honor ad judicium virtutis.

34. Corpus ipsum nihil aliud est, quàm tegumentum, vel mancipium animi, cui & natura & ratio & Deus ipse jubent subjectum esse, ut brutum sentienti, mortale immortali ac divino.

35. Por-

35. Porro in ipſo animo eruditio in hoc paratur, ut cognitum vitium faciliùs fugiamus, cognitam virtutem faciliùs perſequamur, teneamúsq; . alioqui ſupervacanea eſt.

36. Quid aliud eſt vita, quàm peregrinatio quædam, tot undiq; caſibus objecta & petita? cui nullâ horâ non imminet finis, qui poteſt leviſſimis de cauſis accidere.

37. Quare ſtultiſſimũ eſt, cupiditate tam incertæ vitæ fœdum aliquid aut pravũ agere.

38. Et quemadmodum in via, ſic in vita, quó quis expeditior, & paucioribus ſarcinis implicitus, hoc leviùs & jucundiùs iter facit.

39. Tum natura humani corporis ita conſtituta eſt, ut pauciſſimis egeat, ꝙ * ſi quis animadvertat, haud dubiè inſaniæ damnet eos, qui tam multa tam anxiè congerunt, quum ſit tam paucis opus.

40. Divitiæ namq; & poſſeſſiones, & veſtimenta in uſum tantùm parantur: quem non adjuvant immenſæ opes, ſed opprimunt, ut navem ingentia onera.

41. Nec aurum, ſi non utare, à cœno differt, niſi quòd angit magis ejus cuſtodia, & efficit, ut, dum ubi uni ſtudes, ea negligas, quæ maximè ſunt homini curanda.

42. Eſt enim pecunia c idolorum ſervitus,

 quum

* *ſic manu aſſcriptũ pro deleto* ut *legi in libro, qui à Bohemis ad me transiit. aliter* ut, *ſed pro eo legendum* id, *vel,* ut ſi quis id. c *avaritia, pecuniæ immodicum ſtudium. Pecunia igit̃ eſt τὸ ἀνθκείμενον, objectũ idololatriæ.* Col. 3.5.

quum ei reliqua posthabentur, nempe pietas & sanctum.

43. Ut transeam, quot insidiæ divitiis tenduntur, quot & quàm variis casibus pereunt, in quàm multa vitia detrudunt?

44. Culta vestimenta quid aliud sunt, quàm superbiæ instrumenta?

45. Utile indumentum excogitavit necessitas; preciosum luxus, elegãs vanitas: suborta est in vestitu cõtẽtio. hæc multa docuit supervacanea & damnosa, dum etiam homines ex eo, quod infirmitatem nostram arguit, honorem captant.

46. Ita divitiarum pars maxima, ædificia, suppellex numerosa & opulenta, gemmæ, aurum, argentum, ornamentorum omne genus, spectantium oculis & comparantur & exponuntur; non possidentium usibus.

47. Jam nobilitas quid est aliud, quàm nascendi sors & opinio, à populi stultitia inducta? ut quæ sæpenumero latrociniis quæritur.

48. Vera & solida nobilitas à virtute nascitur: stultúmq; est, gloriari, te parentem habuisse bonum, quum sis ipse malus, & turpitudine tua dedecori sis pulchritudini generis.

49. Sed certè omnes ex eisdem constamus elementis, & idem omnium pater Deus.

50. Ignobilitatem contemnere, hoc est Deum, nascendi auctorem, tacitè reprehendere.

51. Po-

51. Potentia quid est aliud, quàm speciosa molestia? in qua, si quis sciret, quæ solicitudines, quæ anxietates insint, quantum malorum mare; nemo est tam ambitiosus, qui nō eam fugeret, ut gravem miseriam.

52. Quantum est odium, si regas malos? quantò majus, si malus ipse?

53. Honor, si ex virtute non oritur, prav⁹ est: sin ex virtute, hoc præstat virtus, ut is negligatur. aliter verò non erit virtus, si quid honoris facit gratiâ. sequi enim debet honor, non expeti †.

54. Dignitates quis potest sic appellare, quū indignissimis quoq; hominibus contingant? nempe fraude, ambitione, præmiis*, pessimis artibus quæsitæ?

55. Et gloria, éstne aliud, quàm (ut ille dixit) aurium vana inflatio?

56. Ex qua, ut honore & dignitate, nihil omnino ad eum pertingit, de quo sunt, & incertæ, vagæ, iniquæ, momentaneæ sunt; similes parentis suæ, multitudinis *d*, quæ eodem die eundem hominem & commendat atq; evehit summè, & vituperat ac deprimit extremè.

57. Quid dicam nasci ex his rebus, partim deridendis, partim stultis, partim sceleratis, sicut

† *id est, honor tanquam naturâ fluet ex benefactis, nō consilio quæretur, neq; violentia rapietur.* * *i. e. donis.*

d *id est, sunt perinde, ut multitudo, quæ est parens seu mater dignitatum, & eas hominibus cæco judicio attribuit.*

ſicut ludo pilę, profuſione patrimonii in commeſſationes, ſcurras, mimos? bello potiſſimum, hoc eſt, impunito latrocinio, quo magis vulgi dementiam agnoſcas?

58. Secedat in ſe unuſquiſq;, ac ſolus cogitet. Inveniet, quàm parum ad ſe attingat ex fama, rumoribus, veneratione, honore populi, de quibus gloriatur.

59. Quid in ſomnio? quid in ſolitudine inter ſummum regem intereſt, & infimum ſervum?

60. Denique unuſquiſque ſic ſentiat, nobilitatem, honores, potentiam, dignitates, ex priſca hominum perſuaſione, quam Chriſtus animis ſuorum ademit, nata & relicta eſſe, & in Chriſtianos homines invecta, tanquam lolium, quod hoſtis Diabolus aſſperſit bonæ ſegeti Dei *e*.

61. In

e. *intellige, ſi nobilitas, quæ vulgò dicitur, à virtute ſeparetur, quæ quidem revera eſt cadaver quoddam; ex quo vita diſceſſit. Nam* εὐγενὴς *eſt, qui* ἐνάρετος*, atq; ita Deo & patriæ bonisq; omnib.* εὐάρεστος*. alioqui eſt inter Dei bona parentum honeſtas & claritas. quam & apoſtolus Rom. 9. 5. prædicat, quum ait; ex Judæis* eſſe patres, ex quibus *&* Chriſtus *ſit ſecundùm carnem. Qui autem falsò majorum claritatem jactant, iis idem reſpondendum eſt, quod Judæis fiducià generis ab Abrahamo ducti inflatis*: Si filii Abrahami eſſetis, opera Abrahami faceretis. *Joh.* 8 39. *Quũ nobilitati magiſtratus adjungitur, novum decus accipit: maximum autem, & coram Deo ſolùm æſtimabile, quum fides, pietas, juſtitia, temperantia. Hæc enim demum eſt* εὐαρχία*. vide* Juven ſat. 8. Cæl. l. 11. antiq. lect. capit. 27. *Vide etiam ſuprà* 26.

61. In corpore ipso quid est forma? nempe cuticula bene colorata. si intraria *f* cerni possent, quanta vel in corpore speciosissimo cerneretur foeditas?

62. Lineamenta & corporis decor quid juvant, si turpis sit animus, &, sicut Græcus ille dixit: In hospitio pulchro hospes deformis?

63. Robur quorsum pertinet in homine, quum res maximæ & homine dignæ, non viribus nervorum gerantur, sed ingenii?

64. Nec vires, quantumcunq; augeantur, majores erunt, quàm tauri & elephanti: ratione illos, ingenio, virtute superamus.

65. Transeo, quòd forma, vires, agilitas, & cæteræ corporis dotes, ut flosculi celeriter marcescunt, exiguis casibus diffugiunt: vel una febricula validissimũ quandoq; hominem concũtit, & summum decorem tollit.

66. Ut nihil accidat: certè necesse est illa omnia cum ætate flaccescere ac decidere.

67. Nemo ergo potest externa jure sua dicere, quæ tam facilè ad alios transeunt: nec corpora, quæ tam citò avolant.

68. Quid? quòd hæc, quæ multi admirãtur, magnorum vitiorum sunt causæ: velut insolentiæ, arrogantiæ, socordiæ, ferocitatis, livoris, æmulationis, simultatum, rixarum, bellorum, cædis, stragis, cladis.

69. Delectatio corporis, ut corpus ipsum, vilis

f *id est, intima,* τὰ ἔνδοτερα. *Plaut.* charos & intrarios amicos *dixit. contrarium est* extraria.

vilis ac pecudinea *g* est, qua sæpius, ac vehementiùs & diutius pecora, quàm homines perfruuntur.

70. Ex hac cùm morbi pleriq; ad corpus redundant, & ad rem familiarem permagna damna: tum ad animum certa pœnitentia, & hebetudo ingenii, quod deliciis corporis extenuatur ac frangitur: deniq; odium virtutum omnium.

71. Nec apertè frui licet *h*. nam ut dedecent generositatem nostræ mentis: ita nemo tam perditus est, quin eas erubescat apud arbitros capere. pariunt enim ignominiam. idcirco tenebras & latebras quærunt.

72. Quid? quòd sunt fugacissimæ, & momentaneę, nec retineri ulla vi possunt, nec unquam veniũt purę, cujuscunq; † amaritudinis expertes.

73. Ergo, exclusis vulgi sensibus, maximũ malum putato, non paupertatem, aut ignobilitatem, aut carcerem, aut nuditatem, ignominiam, deformitatem corporis, morbos, imbecillitatem: sed vitia, & his proxima, inscitiam, stuporem, dementiam.

74. Magnum bonum credito horum contraria, virtutem, &, quę huic sunt finitima, peritiam, acumen ingenii, sanitatem mentis.

75. Reliqua, vel externa vel corporis, si habes, proderunt tibi ad virtutem relata, oberũt

ad

g *pecuina, qua voce utitur Apul. l 8. metam.*
h *sc. delectatione corporis.* † *i. e. omnis.*

ad vitia. Si non habes; cave ne quæras, vel cum nimio dispendio virtutis *i*.

76. Prolixus quæstus est, pietas cum sufficientia *k*. Fama, tametsi nihil agendum est, ut videaris, conservanda tamen est integra, quòd interdum ea cura à multis nos turpibus cohibet: sed præcipuè in exemplum cæterorum.

77. unde præceptum illud sapientum & sanctorum virorum: nec malum faciendum, nec ejus simile *l*.

78. Quodsi hoc assequi non possumus, conscientia debemus esse contenti: &, quum tam depravati erunt hominum sensus, ut, quæ sunt optima, putent esse scelestissima: tunc laborandum erit, ut interna & externa soli Deo approbemus. idque abundè nobis sufficiat.

79.[1] Etiam mala, quæ dicuntur corporis vel fortunæ *m*, licebit in bonum vertere, si patienter feras: & tantò sis ad virtutem promtior, quò minus tibi in illis succedit, ac proinde † expeditior.

80. Sæpenumero ex damnis corporis, vel exter-

i *verbi causa divitias per rapinas, male causa patrocinium &c.*

k *αὐτάρκεια, id est, animo sua sorte contento, qui acquiescit modo seu mensura divinitus destinata* 1 Tim. 6.6.

l *à specie mali est abstinendum, & occasione ad malũ ducente.*

m *meliùs* externa. *ne fortunæ, idolo gentili, aliquid tribuere videamur.* Aug. l. 1. retract c. 1.

† *sic Pragense. male es irrepserat.*

externorum magnæ sunt accessiones virtuti-bus natæ *n*.

IV. *De corpore.*

81. Et, quoniam in hac nostra peregrinatione animum gestamus in corpore inclusum, maximásque opes in vasis fictilibus: non omnino repudiãdum nobis est & contemnendum corpus *o*.

82. Sic curandum tamen, ut se non dominum, non socium esse sentiat, sed mancipium: nec sibi nasci, aut vivere, sed alteri *p*.

83. Quò

n *ut nostram fragilitatem animadvertentes de nobis submissè sentiamus: & privati bonis corporis & externis nos ad quærenda animi bona totos transferamus. Sic ex hostibus quoq; capienda est utilitas, ut scilicet hominibus plus diffidere & Deo plus confidere discamus. Vide Plutarchi tractatum,* πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.

o *utpote animi instrumentum, quod etiam esse debet templum sancti Spiritus* 1 Cor. 6. 19. 20. *Corpus animi hospitium, velamentum & vinculum Seneca vocat. Et epist. 8. ait:* Hanc sanam & salubrem formam vitæ tenere memento, ut corpori tantum indulgeas, quantũ bonæ valetudini satis est. Duriùs tractandum est, ne animo malè pareat: cibus famem sedet, potio sitim extinguat, vestis frigus arceat, domus munimentum sit adversus infesta corpori. Hanc utrùm cæspes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil interest. Scito hominem tam bene culmo, quàm auro tegi. Contemne omnia, quæ supervacuus labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogita in te, præter animum, nihil esse mirabile: cui magno nihil magnum est.

p *animo scilicet, & per animum Deo.*

83. Quò curatius *q* est corpus, hóc animus neglectior.

84. Quò molliùs habetur corpus, hóc acriùs menti reluctatur: &, ut equus delicatè pastus, sessorem excutit.

85. Gravis sarcina corporis animum elidit, acumen ingenii sagina corporis aut indulgétia retunditur.

86. Cibi, somni, exercitationes, tota corporis curatio ad sanitatem referenda est, non ad voluptatem: ut animo promtè inserviat, nec ferociâ cultus insolescat *r*, neu virium inopia decidat.

87. Nihil est, quod æquè & vigorem mẽtis debilitet, & robur ac nervos corporis infringat, ut voluptas: quippe vires omnes & corporis & mentis / opere & labore vegetantur; ocio & mollitie voluptatis languescunt.

88. Mundities corporis & victus citra delicias aut morositatem *s*, ad valetudinem & ingenium confert.

89. Ablues subinde manus & faciem fri-

q *id est, molliùs habitum, in cura habitũ exquisitiùs, diligentiùs cultum: bene curatum dixit Horatius 1 epist &* Plin. l. 18. 6, περιττημεληθὲν, τημελούμενον κομψότερον.

r *Proba vox, etsi in Calepino neglecta.* Justin. lib. 31. Neque Romanis, si vincantur, animos minui: neque, si vincant, rebus secundis insolescere

s *ut neq; immodicus sis, neq; difficilis & asper, si non omnia possint ad unguem exigi.*

gida,

gida, detergésque mundo linteolo *t*.

90. Repurgabis crebrò eas partes, quæ ſordibus & recrementis ad extima corporis meatus præbent *u*.

91. Hæ ſunt, caput, aures, oculi, nares, axillæ, & pudenda.

92. Pedes mundi & calidi foveantur *x*.

93. Arceatur frigus cùm ab aliis partibus, tum vel maximè à cervice *y*.

94. Ne ſtatim edas à quiete, nec ante prandium, niſi tenuiter.

95. Jentaculum enim ſedando ſtomacho *z*, aut refocillando datur corpori, non ſatietati.

96. Ideo tres aut quatuor panis buccæ ſufficiunt, ſine potione, aut certè exigua, atq; ea tenui *z*. Salutare hoc non minùs ingenio, quàm corpori.

97. In prandio & cœna asſueſce non veſci, niſi ex uno obſonii genere *a*, eodem ſimpliciſſimo,

t *immundum enim teneriorem cutim non tantùm maculat, ſed etiam poteſt facilè in tetram ſcabiem dare.*

u *fœtor enim & cerebro eſt infeſtus, & contagioſus.*

x *cum quibus magna cognatio eſt capiti. ideo pedulia utenda, quæ mutari poſſint ſubinde.*

y *Quamobrem puto, frigidiores nationes rugoſa collaria ſibi optaſſe; ut collum ſatis tegi poſſet, ne ſpina dorſi frigoribus læſa acuti vertebrarum dolores inibi ſtabulentur.*

z *Peſtilens ſanè eſt mane bibere, quod cerebrum turbet & vaporibus oppleat: imprimis literarum ſtudioſis id eſt ceu venenum.*

a *id optimũ eſt ad æquabilem cibi coctură imprimis autem*

cissimo,&, quantum per facultates licebit, saluberrimo,quamvis multa mensæ inferantur: &,si tua sit mensa,noli admittere.

98. Varietas ciborum homini pestilens, pestilentior condimentorum.

99. Munda & pura parsimonia,temperatis & castis animis congruens, conservatrix rei familiaris *b*: & quæ sola efficit, ne multis indigere nobis videamur, nec suscipiamus pessima facinora quæstûs gratia, quò gulæ morem geramus irritatæ vel luxu, vel lautitiis, vel delicatis nimiùm & exquisitis cibis.

100. Tum præstat, ut, quæ adsunt, non modò nobis sufficiant,sed ex eis liceat egentibus impertiri *c*.

101. Ostendit hoc Dominus exemplo sui *d*, qui,post exsaturatam multitudinem, reliquias perire panum & piscium non est passus.

102. Natura necessaria docuit, quæ sunt pauca & parabilia. Stultitia superflua excogitavit,quæ sunt infinita & difficilia.

103. Naturæ si des necessaria: delectatur & robo-

K k

tem cavendum est, si de pluribus obsoniis edamus,ne nimiũ dissimili sint conditione & ad societatem cõcoctionis inepta.

b *Etenim,ut Dion ait:* πλοῦτος ἀκριβὴς οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν ἀθροίζεται, *id est*, Divitiæ exquisitæ non tam multa accipiendo,quam pauca insumendo congeruntur.

c *ideò frugaliùs quoq; vivemus, ut eis aliquid reliquũ faciamus.*

d *id est,quo ipse proponitur. Simplicius autem:* exemplo suo.

roboratur, tanquam propriis, sin superflua debilitatur, & affligitur, tanquam alienis.

104. Stultitiam necessaria non explent: superflua, quum obruant, non satiant.

105. Potus erit, vel naturalis ille universis animantibus in commune à Deo paratus, pura & liquida aqua, vel tenuissima cerevisia, vel vinum bene dilutum.

106. Nihil est, quod juvenum corporibus magis officiat, quàm calidus cibus aut potus *e*. incendit enim & urit eorum viscera, agitq; in libidinem & temeritatem præcipites.

107. A cœna ne bibe: aut, si id admonet sitis, sume humidum aliquid & frigidiusculum, aut perpusillum tenuis potiunculæ.

108. Inter eam potionem & quietem interpone, quum minimùm *f*, horæ dimidium.

109. Levaturus animum/fac cogites, quàm exiguum tempus datum sit vitæ hominum: ex illo non oportere multum descindi ad lusus, ad comessationes, ad puerilitates *g*, ad ineptias.

110. Breve spatium esse vitæ nostræ, etiamsi totum bonæ menti impenderetur.

111. Non

e hitzig, θερμαντικόν. *intelligit calidum effectu, ut vinum generosum, acria et condita cibaria. Sen l.2. de ira c.20*

f *ad minimum, quum plus non poteris.*

g *id est, παίγνια, παιδαριώδη. Senec. de const. sap. c.12.* Quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes, quibus etiam post juventam canósque puerilitas est. *& ep.4.* Adhuc non pueritia in nobis, sed, quod est gravius, puerilitas remanet.

111. Non esse nos à Deo creatos ad lusum, aut ad nugas, sed ad seria, ad moderationem, modestiam, temperantiam, religionem, omne genus virtutis & laudis.

112. Morbos corporis morbis animi ne curaveris *h*.

113. Exercitationes corporis non erunt immodicæ, cæterùm *i* aptandæ rationi valetudinis, in quo sequenda erunt medicinæ consultorum consilia.

114. Sic tamen, ne quid habeant turpe, immodestum, obscœnum, flagitiosum. etiam in remissionibus & refectionibus animi adsit aliqua memoria virtutis.

115. Absit arrogantia, contentio, rixa, invidia, cupiditas. Quid enim convenit cruciare animum, dum delectare studes? non aliter, quàm si fel infundas in id mel, quod cupis esse quàm dulcissimum.

116. Somnus sumendus est tanquam medicina quædam curando corpori, tantummodo quantus sufficit. immodicus enim reddit corpora redundantia noxiis humoribus, segnia, pigra, lenta, & celeritatem mentis tardat.

117. Nec est existimandum vitæ id tempus, quod somno impenditur. vita enim vigilia est *k*.

h *ut intemperantia, libidine, &c.* i *id est, sed præterea Eun.* 2. 1. *Sal* Aliā rem aggreditur non eadē asperitate, cæterùm haud secus difficilem.

k *ad vigiliam data, & in ea maximè cognoscitur.*

118. In animo duæ ſunt partes: illa, quæ intelligit, meminit, ſapit; ratiõne, judicio, ingenio utitur ac valet. hæc pars ſuperior appellatur, & proprio nomine mens, qua homines ſumus, qua Deo ſimiles, qua cæteris animantibus præſtamus.

119. Eſt altera, ex conjunctione corporis l, bruta *, fera, atrox, beſtiæ, quàm homini, ſimilior, in qua ſunt motus illi, qui ſive affectus ſive perturbationes nominantur; Græcè πάθη, arrogantia, invidentia, malevolentia, ira, metus, mœror, cupiditas, ſtulta gaudia. Pars inferior nominatur etiam animus, qua nihil à belluis differimus, & quàm lõgiſſimè diſcedimus à Deo, extrà morbum & perturbationem omnem poſito.

120. Hic eſt naturæ ordo, ut ſapientia regat omnia, pareant homini cætera, quæ videmus: in homine verò corpus animo, animus menti, mens Deo. Si quid hunc ordinem egreditur, peccat.

121. Ergo peccatum eſt, in homine perturbationes illas tumultuari, ſævire, ac trahere ad ſe jus & dicionem totius hominis, ſpreta & con-

l *quia cum corpore juncta. Ita Bohemica verſio* proto ſe s téſem ſpogena. *nempe demerſa eſt in materiam; non ſubſiſtit ſeorſim à corpore. vid.* 1. *ethic. Nic. c.*13.

* *per ſe irrationalis, tamen ratione regi potis.* Vide Senec. epiſt. 92.

contemta mente, mentem etiam relicta Dei lege, animo & corpori servire.

V. *De eruditione.*

122. Idcirco menti indita est vis intelligendi, ut singula expendat, sciátque, quid factu bonum sit quid secus; & vis volendi *m* summa, ut imperio hujus nihil sit in animo, quod non pareat *n*, si illa contendat, nec de jure decedat suo.

123. Ingenium multis artibus, & humanis, & divinis, excolitur & acuitur, instruitúrque magna & admirabili rerum notitia, quo exactiùs singulorum naturas & precia cognoscat: posśitque voluntatem docere, quid sequendum bonum, quid vitandum malum *o*.

124. Igitur fugiendæ artes illæ, quæ cum virtute pugnant, quales sunt divinatrices omnes, quæ à Græcis μαντεῖαι dicuntur, ut chiromantia, pyromantia, necromantia, hydromantia, etiam astrologia *p* (in quibus est plu-

m *δύναμις βουλητική, qua volumus, volentia.*

n *trajecta nimiùm oratio, Construe ita*, ut nihil sit in animo, q.n.p. imperio hujus. *nempe*. Animus huic conjunctus corpori ad res penitus à corpore separatas redditur ineptus, & quasi noctua sub nimio divinorũ splendore caligat. *Mars. Ficin. arg. in Euthyd. Plat. Vide etiam in Gorgiam.*

o *quid amandum & sequendum, tanquam bonum; & odio habendum atque fugiendum, tanquam malum.*

p *vide Peuceri eruditiss. librum de divination.*

rimum exitiabilis vanitatis)excogitatæ ab impostore nostro *q* Diabolo.

125. Tractántq;, & profitentur id, quod sibi uni Deus reservavit, futurarum & abstrusarum rerum peritiam.

126. Nec inquirendum in Dei majestatem & arcana, à cogitatione nostra procul remota, è quibus Deus hominem arcuit.

127. Qui scrutatur majestatem, opprimetur à gloria *r*.

128. Et Paulus *s* jubet nos non plus sapere, quàm oporteat, sed sapere ad moderationem. Hebræus *t* quoque concionator inquit: Altiora

q impostor *absolutè dicitur,* ἀπατεὼν. *Mollior erit oratio,* à Diabolo *deceptore nostro*: *ut* dominæ deceptorem *dixit Seneca in Thyeste* 2.4. *vel per circumscriptionē,* qui imposturis suis nos a via veritatis avertit.

r *elegans quidem est sententia: quæ in vulgata versione Latina legitur* Proverb. 25.27, *quòd divinæ majestatis splendori ferendo nō sit impuri hominis fragilitas. Sed nō sic Hebræa veritas, quæ habet* חֵקֶר כְּבֹדָם כָּבוֹד׃ *Vertendus est totus versus*: Comedere mellis multū non est bonum: & investigare honorem suum, honor, *scilicet non est. nempe honorem suum contentiosiùs persequi est inhonestum. LXX. habet*: Ἐσθίειν μέλι πολὺ οὐ καλὸν· τιμᾷν δὲ χρὴ λόγους ἐνδόξους.

s Rom. 12.3.

t *Sirac.c.* 3.22, 23, 24. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει ἀδιαθήτως καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε ἀφρσσύνῃ. ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ ὁσίως. οὐ γάρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν βλέπειν ὀφθαλμοῖς. ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν λόγων σου μὴ περιεργάζου. *Hebræum vocat Siraciden, quia Hebraïcè scripsit; etsi nos solam versionem Græcam habeamus, cum diversis interpretationibus.*

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed, quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus.

129. Et arcana illa, quæ vidit, negat licere homini eloqui *u*.

130. Vitanda ars omnis à Dæmone *x* tradita, cum quibus velut Dei hostibus nullum nobis debet esse commercium.

131. Nec expedit vel philosophorum, vel hæreticorum opiniones, pietati nostræ contrarias cognoscere, ne quem scrupulum subtilis artifex Diabolus in animos nostros injiciat, qui nos nimiùm torqueat, etiam abducat in exitium *y*.

132. Non attingendi auctores spurci, ne quid sordium animo ex contagio adhæreat.

133. Corrūpunt bonos mores colloquutiones malæ.

134. Reliqua eruditio munda est, & frugifera: referatur modò ad suum scopum, virtutem, hoc est *z*, rectè agere.

135. Est divina eruditio, à Deo tradita, in qua sunt thesauri omnes scientiæ & sapientiæ

Kk 4 re-

u *redit ad S. Paulum. Vide* 2 Cor. 12. 4.

x *meliùs* dæmoniis; *ut solet loqui novum testamentum. Matth* 8. 30. *sunt* dæmones. *Vulgatus interpres tamen etiam alibi* δαιμόνια *dæmones reddidit. ut* Matth. 9. 3, 4, & 10. 8 & 12. 24, 27, 28. Jac. 2. 19.

y *prudentia opus est. Quæ enim refutanda sunt, etiam legenda; sed à confirmatis, & præditis judicio.*

z *meliùs* quod est.

reconditi: hæc eſt vera mentium lux, reliqua omnis ad hanc collata, denſiſſimæ ſunt tenebræ, &,ut res hominum *a*, ludicra & puerilis.

136. Legitur tamen vel in hoc, quò tanquam ex comparatione fulgentior *b* appareat noſtra lux.

137. tum, ut teſtimoniis hominum adverſus eos utamur, qui divinis parum acquieſcunt, ut vitioſi oculi averſantes ſolis ſplendorem *c*.

138. ad nos quoque commonefaciendos; quum in multis gentilium tanta præſtantia fuerit virtutis, quantam *d* eſſe convenit in homine Chriſtiano, diſcipulo magiſtri Dei, cui ex luce pietatis, quam profitetur, magna eſt impoſita neceſſitas bene vivendi.

139. Suppeditant quoque facundiam & uſum, ac prudentiam vitæ communis, quîs *e* nonnihil interdum indigemus.

140. Tribus velut inſtrumentis fabricamur eruditionem, ingenio, memoria, cura.

141. ingenium exercitatione acuitur.

142. memoria excolendo augetur.

143. utrumq; enervant deliciæ, bona valetudo

a *humana.*

b *comparata ad tenebras, è quibus emerſimus.*

c *Ex communibus enim principiis procedit diſputatio.*

d *Ita rectè editio Pragenſis. Perinde autem eſt convenit vel conveniat. Subinde enim apud idoneos ſcriptores animadvertas, eleganter indicativum poni pro ſubjunctivo modo.*

e *id eſt quibus. Ita rariùs in proſa.*

letudo confirmat, ocia & diuturnæ remissiones profligant, exercitamenta *f* ad manum & in promtu ponunt.

144. Sive legis ipse quid, sive audis, attentus id fac, nec vagetur mens tua, sed coge illam ibi esse, & agere quod adest, non alia.

145. Si incipit digredi, parvo murmure eã revoca, cogitationes omnes à studiis alienas in aliud tempus differ.

146. Scito, te operam & tempus perdere, si, quæ legis vel audis, non attendas.

147. Quæ ignoras, ne pudeat quærere. Ne erubesce à quovis doceri, quod maximi viri non erubuerunt; erubesce potiús ignorare, aut nolle discere.

148. Quæ ignota sunt, ne jactes te scire, sciscitare potiùs ab iis, quos scire credis.

149. Si videri vis doctus, da operam, ut sis, nulla est compendiosior via, quemadmodum non alia ratione faciliùs consequéris, ut existimeris bonus, quàm si sis talis.

150. Denique, quicquid videri cupis, fac ut sis. aliter frustra cupis.

151. Falsa tempus infirmat, vera corroborat.

152. Nulla simulatio diuturna.

153. Magistrum semper sequere, noli præcurrere; & illi crede, ne repugna.

154. Ama

f *Sic Pragensis editio opt. viri M. Danielis Adami p. m., qui vertit sua dialecto* cwičenj, *id est,* ἀσκήσεις, *rectè. Alia q. exemplaria legunt* excitamenta, *malè.*

154. Ama illum, & parentis loco habe, putáque verissima & certissima esse, quæcunque dicit.

155. Attende, ut†, quod semel errasti *g*, emendatus iterum aut tertió, ne idem pecces. labora, ut proficiat emendatio.

156. Illorum decet te præcipuè meminisse, in quibus falsus es, ne te rursum decipiant.

157. Cujusvis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, perseverare in errore.

158. Scito, nullum esse sensum, per quem promtiùs docemur, quàm auditum.

159. Et nihil faciliùs, quàm audire multa, & nihil utilius.

160. Nec malis levia, aut inepta, aut ridicula audire; quàm seria, gravia, prudentia.

161. Pari labore utraque discuntur, quum sit adeo commodum dispar.

162. Ne labores, quàm multa respondeas, sed quàm aptè & in tempore.

163. Prandio tuo & cœnæ illos adhibe, qui te possint instituere, quíque suavi ac docta colloquutione pariter & exhilarent te & peritiorem reddant.

164. Scurras, parasitos, imperitè loquaces aut spurcè, moriones, nugatores, bibaces, & id genus hominum, aptum ad risum movendum vel verbis, vel factis, nec honore mensæ tuæ digne-

† *malè* ne. g *Dictum est, ut illud in Ter. Andr.* 3. 2. Teneo, quid erret, quid ego agam, habeo. *usitatius est*, in aliqua re errare.

digneris: nec illi te, dum reficeris, oblectent: potiùs jucunda aliqua & ingeniosa confabulatio.

165. Non os modò à turpibus cohibe, sed etiam aures, tanquam fenestras animi: memor dicti veteris, quod citat Apostolus *h*: Corrumpunt mores probos confabulationes malæ.

166. Sive ad mensam, sive alio quovis loco diligenter, quid quisq; dicat, ausculta.

167. Ex sapientibus disces, quò fias melior.

168. Ex stultis, quò fias cautior.

169. Quæ sapientes probarint, sequeris *i*.

170. Quæ stulti laudarint, vitabis *k*.

171. Si quid víderis à cordatis recipi tanquam vel arguté, vel graviter, vel sapienter, vel doctè, vel ingeniosè, vel urbanè dictum; retinebis, ut & ipse in occasione utaris †.

172. Habebis librum chartaceum, in quo annotabis, si quid légeris vel audíeris dictum festivè, aut eleganter, aut prudenter: vel vocabulum aliquod exquisitum, rarum, utile sermoni quotidiano, ut, quū usus poscat*, habeas paratum.

173. Annitere, ne sola verba intelligas, sed præcipuè sensa.

174. Quæ legeris vel audieris, fac aliis narres,

h 1 Cor. 15. 33.
i *si εὐλόγως sapienter, id est, suffulta rationibus.*
k *si stultè, id est, ἀλόγως sine ratione.*
† *sicut* in tempore. * *meliùs* poscet.

res, tum tuis condiscipulis Latinè, tum aliis lingua tibi vernacula: & conare, ne minùs ipse vel lepidè vel venustè referas, quàm audieris, aut legeris. sic & ingenium exercebis & linguam.

175. Est etiam tractandus & agitandus sæpenumero stilus, optimus dicendi magister.

176. Scribe, transscribe, rescribe crebrò, atque annota: compone alternis diebus, aut ad summum tertio quoque epistolam ad aliquem, qui tibi respondeat: & tuam ostende institutori emendandã; mendarum, quas sustulerit, fac recordere, ne rursus ad easdem impingas.

177. Post cibum, velut à prandio & cœna, cesset studium: sumto prandio sede, confabulare, audi aliquid suave: aut sic lusita, ne nimiùm corpus exagites & concutias.

178. Post cœnam, quam volo esse modicam, deambulato cum jucundo aliquo & docto confabulatore, qui te sermone oblectet, cujus verba & sententias imitari cum decore possis.

179. Inter cœnam & quietem, vita omnino potum. nihil perniciosius simul corpori, memoriæ, ingenio. Quum urgebit te sitis, si biberis, pone inter potum & lectum *l* intervallum,

l *id est, cubationem. Ita Plin. l.* 15. 21. lectum exspectare non posse. *Sensus est*: antequam imponas corpus lecto: *ut Quintil. loquitur.*

vallum, quum minimum, semihoræ *m*.

180. Memoriam quiescere non sines.

181. Nihil est, quod æquè labore gaudeat & augeatur.

182. Commenda ei quotidie aliquid.

183. Quò plura commendabis, hóc custodiet omnia fideliùs: quò pauciora, hóc infideliùs.

184. Quum aliquid ei credideris, sine eam quiescere, & aliquando *n* póst ab ea veluti depositum reposce.

185. Si quid vis ediscere, id de nocte quater aut quinquies attentissimus legito: hinc ito cubitum, de mane exigito à memoria rationem ejus, quod pridie credideris.

186. Cavendum à crapula, à cruditate, à frigore potissimùm cervicis *o*.

187. Vinum memoriæ mors *p*.

188. Optimum esset singulis noctibus, paulò antè quàm cubitum concederes, in cella te sine arbitris sedentem, quæcunque die illo vidisses, legisses, audisses, egisses, in memoriam revocare.

189. Si quid fecisses honestè, moderatè, prudenter, cordatè, cum decore & laude: gauderes,

m *Vide suprà* 108.

n *Sic omnia exempl. malim tamen* aliquantò. *Ita* aliquantò antè, aliquantò pòst *frequenter apud scriptores opponuntur.*

o *suprà* 93. p *verba* Plinii l.15. c.22.

deres, scirésq;, id esse Dei munus, & similia pergeres facere.

190. Si quid turpiter, immodestè, flagitiosè, pueriliter, ineptè, vituperio dignum: scires de malitia tua profectum, doleres & vitares in posterum.

191. Si quid vel audivisses vel legisses elegans, doctum, grave, sanctum: retineres.

192. Si quid vidisses probatum; imitarére; si quid improbatum; fugeres.

193. Nulla tibi abeat dies, in qua vel non legeris, vel audieris, vel scripseris aliquid, q̃ seu eruditionem, seu judicium, seu virtutem augeat.

194. Cubitum iturus, lege vel audi aliquid dignum, quod memoriæ mandetur, & de quo salubre ac jucundum sit per quietem somniare: ut etiam nocturnis visis *q* discas, & fias melior.

195. Studio sapientiæ nullus in vita terminus statuẽdus est, cum vita est finiendũ. Semper illa tria sunt homini, quàm diu vivit, meditanda: quomodo bene sapiat, quomodo bene dicat, quomodo bene agat *r*.

196. A studiis arrogantia omnis arcenda est. Nam ea, quæ vel doctissimus mortalium novit, non † sunt minutissimum eorum, quę ignorat.

q *somniis. Somnium enim est visum in somno. Ideo somniorum visa dixit* Cic. 1. Tusc.

r *Mens, lingua, manus curanda.* † *i.e. vix Boh.* sotwa.

gnorat *s*. Exiguum quiddam & obscurum & incertum eſt, quicquid homines ſciunt, menteſq; noſtræ in hoc corporeo carcere devinctæ magna ignoratione & altiſſimis tenebris premuntur: aciémq; adeo retuſam habemus, ut nec ſummas penetremus rerum facies.

197. Tum profectui ſtudiorum plurimum nocet arrogantia. Multi enim potuisſent ad ſapientiam pervenire, ni jam putaſſent ſe perveniſſe *t*.

198. Vitanda etiam contentio, æmulatio, obtrectatio, inanis gloriæ cupido: quum in hoc ſequamur ſtudia, ut illa fugiamus.

199. Nihil excogitari poteſt jucundius cognitione multarum rerum, nihil intelligentiâ virtutis fructioſius.

200. Studia res lætas condunt, triſtes leniunt, temerarios impetus juventæ cohibēt, ſenectutis moleſtam tarditatem levant: domi, foris, in publico, in privato, in ſolitudine, in frequentia, in ocio, in negocio comitantur, adſunt, imò præſunt, opitulantur, juvant.

201. Eruditio paſtus ingenii veriſſimus, ut indignum ſit, paſci corpus eſuriente animo: ex qua voluptates & oblectamenta, & ſolida & perpetua: quæ alia ex aliis naſcentia, & ſe renovantia, nunquam nos deſerũt nec laſſant.

VI. *De*

s *in eo, quod ſcimus, infinito plus eſt, quod neſcimus, quã quod ſcimus.*

t ἡ οἴησις τῆς προκοπῆς ἐγκοπή.

VI. *De virtute.*

202. Præſtantisſima illa rerum univerſarũ virtus neque dono ab hominibus datur, neq; accipitur: divinitus contingit.

203. Idcirco à Deo ſuppliciter ac piè petenda eſt.

De affectibus.

204. Summum in literis omnibus atque eruditione eſt ea philoſophia, quæ ingentibus animi morbis remedium affert.

205. Magna cura adhibetur curando corpori, major adhibenda eſt animo: quò hujus morbi & occultiores & graviores & periculoſiores ſunt.

206. Hi non injuria*, tempeſtates, cruciatus, tormenta, flagra, faces, furię † animi humani nun-

* *id eſt, non immeritò.*

† *eæ ſunt* ἐριννύες: *vox ethnica. Servius:* Diræ in cœlis, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. *Tres dicuntur* Alecto, Tiſiphone, Megara. *Vives noſter in Auguſtin. de civit. Dei lib. 2. 9. docet, Ciceronem per furias conſcientiæ tormenta intelligere. Seribit enim in Pison.* Nolite putare, P. C., ut in ſcena videtis, homines conſceleratos impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus: ſua quemq; fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat. Hæ ſunt impiorum furiæ, flammæ, hæ faces. *Et pro Roſcio Amerino:* Sua quemque fraus & ſuus error maximè vexat, ſuum quemque ſcelus agitat amentiáque afficit, ſuæ malæ cogitationes amentiæq; animi terrent * Hę ſunt impiis asſiduæ domeſticæq; furiæ. *Hinc oratio illa neſaria civi-*

* *locus paulò aliter apud Cicer., quem vide.*

ni nuncupantur, maximam hi afferunt calamitatem, & indicibiles *u* dolores, si regnant, si agitentur; incredendam *x* tranquillitatem & beatitudinem, si sedentur & cohibeantur.

207. Huc tendunt, quæcúnq; à maximis ingeniis de vita moribúsq; acutissimè sunt excogitata atq; perscripta.

208. Hoc est ingens præmium literati laboris *y*, cujus verissimus fructus est, ut non in admirationem, aut ostentationem vanam sit nobis magna illa rerum supellex collecta: sed, ut transeat in usum vitæ, & primùm o-

Ll mnium

civitatis cadaveribus pasta apud Quintilianum. Meum sanè conscientiâ urunt animum intus scelerum faces, &, quoties facta reputavi, flagella mentis sonant, ultrices video furias. *Hinc tranquillitate conscientiæ nihil excogitari beatius potest. quæ velut gustus quidam & exemplum est in hoc mortali ævo immortalis illius vitæ omnibus bonis cumulatæ Sic ibi. Caterùm pro* furiæ *hic malim, perturbationes aut angores, ut Cic.* 1. *de ll.* Agitant & insectantur impios furiæ non ardentibus telis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ & fraudis cruciatu.

u *Ita Archilochus de tempore loquitur, agens de Semiramide:* Ea Babyloniam magnitudine indicibili exstruxit. *Latinis alioquin est* inexplicabilis, inenarrabilis, *&* (*quo Plinius atque Apulejus utuntur*) ineffabilis.

x *dicitur ut intolerandus. Leges aliquoties in Apulejo, ut l 2 met.* incredendam fabulam. *in Florid.* cerimoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vices didicisse. *In Apol.* incredendas frugum illecebras. *Sic* incredita vaticinia *lib de Deo Socr.*

y *id est, in literarum studiis positi.*

mnium prosit possidenti *z*: nec in ejus mẽte sit tanquam in pyxidicula *a*, unde petitur res alios juvatura *b*, ipsi vasculo inutilis.

209. Nec aliud conatur pietas Christiana, quàm ut serenitas humanos animos exhilaret: & tranquillitate animorum compositísq; affectionibus simus Deo & angelis simillimi.

210. Remedia his morbis, vel ex rebus ac nobisipsis, vel ex Deo, vel ex Christi lege ac vita petuntur.

211. Natura rerum est, ut incerta & fluxa, & momentanea † & vicissitudinaria *c*, & vilia sint omnia præter animum, qui est unusquisque *d* aut certè potissima ejus pars *e*, reliqua ab aliis

z *Deo servias primùm, deinde prosit ejus ecclesiæ, & hinc nobis.*

à *Celsus l.* 6. liquidum collyrium pyxidicula servari *scribit.*

b *Ita Salust. in Jugurtha*: Ratus frequentiam negociatorum in commeatum juvaturum exercitum.

† *Apulejus dicere solet* momentarium; *ut momentariam vitam, salutem: momentarium maritum, venenum. vide lib. met.* 2. 5. 9. 10. *Igitur Calepinus malè hanc vocem in Ambrosio improbat. Usitatiùs tamen caducum fugax & instabili dicimus.*

c *id est, vicissitudinibus variis obnoxia. vox ex scriptoribus ecclesiasticis adhæsit Vivi. Monasticum lexicon exponit* vicissitudinarium vicem præbens, vicem Domini vel alterius agens.

d *Vide supra* 13. *Adi* Platonem in Axiocho. Plotinum enn 1 l. 1. c. 10. *&* enn 6. l. 7. c. 4. *&* S. Nemes. l. de natura hom. c. 1. Aristot. l. 10. *Et hic* Nic c. 7.

e *& certè hominus partes duæ sunt* Gen 2. 7. Eccl. 12. 9. *vide etiam* Platon. in Phædone.

aliis ad alios transferuntur, ne quis extra animum quicquam possit suum dicere.

212. Quæ habet: non donata esse putet, sed accommodata.

213. Quocirca ingentis dementiæ est, grave aliquod crimen, & magna luendum pœna, ob res minutas suscipere.

214. Nec se quisquam efferat, quòd aliquid de externis aut corporeis contigerit *f*: quum id omne breve futurum sit, ac incertum, nec proprium, sed alienum: quod, ut cōcessum est, sic etiam reposcetur; ad summum *g* in morte, sæpe in vita ipsa.

215. Nec dolendum, si, quod accommodatum ac velut depositum est, repetatur: quin potiùs agendæ gratiæ, quod tantisper uti licuit.

216. Intolerandæ ingratitudinis est, si sis aliquando affectus beneficio, injuriam te credas accipere, quod id non sit perpetuum: nec, quid habueris, spectes, aut quàm diu: sed, quid aut quàm diu non habueris.

217. Nec lætandum, quòd fortuita *h* tibi

f *adeptus, assequutus sit. Contingere aliquid,* an etwas gelangen: *ut* contingere limen, metam, portum, saltu terram, aliquid visu *Ita Græci usurpant aliquando* ἐφάπτεσθαι: *ut* ἐφάπτεσθαι θεοῦ νοήσει, *id est,* Deum mente assequi. *Plutarch.* ἐφάπτεσθαι τῆς ἀληθείας veritatem assequi. *Plato.*

g *si diuturna quidem ejus usura concedatur.*

h *casui obnoxia, quæ ἄστατα καὶ τυχηρά. Philo lib. de mūdo 2 v-*

accesserunt aut amicis, ademta sunt inimicis: quum in omnibus tanta sit celeritas & ambiguitas, ut plerumq; inani lætitiæ proximus sit acerbus fletus.

218. Nec despondendus animus aut contrahendus, reflante fortuna *i*: quippe adversis matutinis interdum succedunt prospera vespertina.

219. Jam, quæ conditio corporum, quæ ratio vitæ fictis *k* ex tam vili initio, tã fragili, quũ sit anceps vita, septa tot undiq; periculis; &, ut sit aliquantisper certa, utique non est diu duratura: quid habemus, cur in tanta infirmitate ferociamus?

220. Quúmq; nihil sit aliud hæc vita, quàm peregrinatio *l*, qua in alteram sempiternã tendimus, paucissimísq; rebus ad hoc iter conficiendum egeamus.

221. Quid est, quamobrem his, quæ huc atque illuc volvi ac jactari cernimus, solicitemur, aut omnino moveamur?

222. Cupiditati quare serviendũ est, quum sint futura incertissima, & præsentia paucis contenta?

223. Li-

do τυχηρὰ ἀγαθὰ. Plutarch de educ. liber docet; quæ scilicet extra animum & corpus sunt posita, ut pecuniæ, agri, domus &c.

i *dic* vento humanę conditionis *vel* vicissitudinis.

k *πεπλασμένοις* Gen. 2. 7. *Cic. in Pis.* Quid cessat hic homulus ex argillo & luto fictus? *ubi plus veri dixit, quàm intellexit*

l *παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος. Plato in Axiocho.*

223. Liber ille, qui cupit solùm, quæ sunt in ipsius manu: servus, qui contrà.

224. Jam fortunæ muneribus *m* expleri, quid aliud est, quàm peditem multis sarcinis impediri ac obrui?

225. Nemo est tam stupidè amens, qui non se illi civitati, ad quam tendit, & ubi morari destinat, potiùs quàm itineri adornet componátque.

226. Vita hæc nostra, quum sit natura sua fugax & arcta *n*, maxima ejus pars ac ferè tota perturbationibus perit. neq; n. vivim⁹, quàm diu affectibus concutimur, & imprimis mortis metu.

227. Quæ quum ex infinitis causis immineat & appropinquet, expavenda *o* non est ex una & altera, quum necessariò perventura *p*, fugienda non est per scelus, aut mœrendum, quòd accedat.

228. Quũ sit vita innumeris tædiis ac miseriis referta, cur est tam arctè retinẽda, quum ad alteram æternam proficiscamur? Ita nos com-

m *Ita divitias vocat Cic. de provinc. conf. quasi donata à fortuna. Nos dicamus* externa bona.

n *in arctũ coacta, brevis,* μινυνθάδιος. *M. Adamus vitam fugacem & arctam vertit* žiwot běžný a těsný, *i.e. celer seu cursoria & angusta.*

o *malim* expavescenda *aut potiùs* formidanda. *Ex Plin. l* 8. c. 23 *citatur* pavendas serpentes. *Sed editio Dalecampii habet* cavendas.

p *accessura & ad nos pervasura. Pervasus est apud Ammian.* l, 31.

paremus, ut rectà ad illam evolemus, plenissimam bonorum omnium.

229. Ergo premimur *q* sæpius nostris erroribus, quàm rebus ipsis; quum magna mala aut bona censemus, quæ non sunt *r*.

230. Natura & conditio, & vera rerum precia illa sunt, quæ initio posui. quo apparet *s*, nihil præter virtutem, pulchrum aut magnum esse, aut etiam nostrum.

231. Nos verò in consilium mentis, amorem corporis & cupidinem rerum vitæ hujus accersimus, quæ à multis vocari solent amor nostri *t*.

232. Hic animos viriles enervat, ut nulla res tam minuta sit, quæ in eos non penetret, nec ulla tam exilis aut tenuis, quin eos concutiat.

233. Hinc tenebræ oboriuntur oculo mentis,&,ubi regnum affectus occupavere,jam illis tanquam dominis blandimur,indulgemus, paremus.

234. Ita aliena mordicus tanquam nostra apprehendimus, &, si detrahantur, lamentamur & affligamus nosipsos.

235. Et

q *affligimur,torquemur.*

r *sc. talia.*

s *omissa præpositione,loquitur.ut Plinius lib.* 12. *c.*21. Myrobalanum nascens unguēto, ut ipso nomine apparet. *Alioquin* ex *cum casu postulat.*

t *φιλαυτία, illa specialis, qua corpus præpostere amamus, & propter illud bona caduca:* eigen liebe. *Bohem.* milowanjm sebe, *id est,* amorem sui.

235. Et nostra tanquam aliena negligimus, & aversamur profutura, ceu imprimis noxia, & nocitura amplectimur pro utilibus.

236. Aliena mala nobis videntur levissima, nostra, illis non majora, intolerabilia, & semper queruli / nec aliena desideria ferimus nec nostra *u*.

237. Nec jam nobis *x* placemus ipsi, nec hic mundus cum sua lege nobis satisfacit. immutatas† vellemus rerum naturas. tanta est ex deliciis impatientia!

238. Quæ cruces possunt cum his comparari? nec sunt alia apud vita functos tormenta,

239. nec dæmones aliis suppliciis sunt miserrimi, quàm superbiâ, invidiâ, odio, irâ *y*.

240. Cernere est vultus eorum, qui his affectibus tenentur, quàm varii sunt, quàm anxii, anheli, truces, horridi. ad eundem modum & animi sunt affecti.

 241. Ira,

u *nec nostras cupiditates ferimus nec alienas, sed utrique pariter succumbimus nostris malis concupiscentiis indulgentes, alienis cedentes.*

x *male* bonis: *ut quidam hac corruperunt. Pragensis editio accurata sane, & versio,* aniž se giž sami so-bé lijbjme, *id est,* οὐδὲ νυνὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκομεν. *Ista enim enallage personarum ei dialecto est legitima & solennis.*

† *conversas esse,* ἠλλάχθαι, *in alium ordinem dispositas esse.*

y *imò non tantùm peccatis, sed etiam pœnis sunt miseri; ut metu, horrore conscientiæ, mœrore, ignominia. ut virtutem & beatitudinem, ita etiam peccatum & pœnam in rebus moralibus distinguimus.*

241. Ira, perturbationum omnium atrocissima, maximè hominem dedecet.

242. naturam hominis in truculentam mutat feram.

243. &, quum quævis perturbatio mentis aciem & judicium omne obscuret, tum ira tenebras densissimas offundit, ut nec verum, nec utile, nec decorum possit cernere.

244. arrodit cor & valetudinem affligit.

245. id cogit facere, quod illico pœnitentia consequatur z.

246. Jam in facie quàm turpis mutatio? quæ tempestas? oculorum ardor? dentium stridor? despumatio *a*? & totius oris pallor? fœda in lingua titubatio & clamor?

247. ut ille, qui iratum se ad speculum vidit, non sine causa dicatur se non agnovisse.

248. Ob hanc torvitatem vultus, atrocitatem dictorum, crudelitatem factorum, adimitur viro omnis auctoritas, omnis benevolentia:

z *i. e. post quod statim pœnitentia subeat.*

a *i. e. spuma ejectio; ut iracundi solent velut spumea ora habere. Est autem despumare aliâs spumam egerere, aliâs auferre, aliâs subsidere & desinere à spuma egerenda. Ita* undam tepidi aheni despumare *Virg.* 1. *Georg.* cote despumare pavimenta *Plin. l.* 36. 25. aliquid lacrimarũ despumare *Senec. ep.* 99. *& ep.* 57, *ait*: Hæc ætas optimè facit ad hæc studia: jam despumavit, jam vitia primo fervore adolescentiæ indomita lassavit: non multum superest, ut exstinguat. *lib.* 2. *de ira c.* 20. Nimius ille fervor despumet *ubi Lipsius.* A vino novo metaphora, quod spumat, dum fervet & bullit; despumat, quum desinit & subsidit.

lentia: diffugiunt amici, recedunt obvii, solitudo undique *b*, omnes oderunt, omnes detestantur.

249. Quo fit, ut maximi viri nihil vel caverint magis vel texerint, quàm iram & irati opera: adeo ut naturæ etiam suæ repugnarint ac vim attulerint *c*.

250. Quid enim ridiculum magis, quàm tantulum, tam imbecillum animalculum, sic ferocire ac furere?

251. Et tantas tragœdias, tam atroces de vilissimis rebus excitare, ut de corporeis, de fortuitis, etiam, si diis placet *d*, de uno verbulo?

252. Iram facilè domabis si illud animo præceptum & fixum tenueris *e*:

253. injuriam non fieri, nisi lædatur animus: cui à nemine noceri potest, nisi à possidente, introducto in eum vitio.

254. Hæc ad hominem, ex homine: nunc altiùs, nempe ex Deo. etiam si & illa quoq; ex Deo:

b einsamkeit, *solus relinqueris.* Solitatem *etiam vocat Apulejus lib. 9. met. & in apol.*

c *negantes sibi cupita.*

d *Phrasis ex paganismo orta; nobis fugienda. Teren. in Eun. a. 5. 3. de ea ait*: proprium est exclamantis propter indignitatem rei *Ironia est: & habet hunc sensum, fore rem ratam, si Deo videatur: at ei secus visam esse.*

e *Quum hoc non sit præceptum, debebat sequẽs sententia cum ea connecti & aliter institui numeratio, aut hoc pro singulari seu separata sententia habendum est: Iram non esse indomabilem, modò te ei opponas.*

Deo : ſed hæc aliquantò expreſſiùs ac propiùs *f*.

VII. *De religione.*

255. Nihil potuit hominum generi dari majus aut præſtabilius, quàm religio: quæ eſt cognitio & amor principis & parentis univerſitatis mundi hujus.

256. In nullos homines æquè eſt beneficus Deus, ac in illos, quos docet, qui *g* ſit verus ſui cultus.

257. Idcirco pſalmiſta *h* inter maxima Dei in populum Iſraëliticum munera illud ponit *i*: *Qui annunçiat verbum ſuum Jacob, juſtitias & judicia ſua Iſraël.*

258. *Non fecit taliter* k *omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis.*

259. Per religionē Deus cognoſcitur: & cognitus, fieri nequit aliter, quin ametur.

260. Unus Deus eſt princeps & auctor *l* & dominus univerſorum, qui poteſt, qui ſcit omnia.

261. Mun-

f *Transitio paratur ad caput ſequens, tanquam priora magis humana; quæ ſuccedunt, diviniora ſint.*

g Qui *etiam aliquãdo interrogat. Priſc. lib.* 17. *Cicero pro dom. ſua:* Qui tantus fuit labor? quæ ſimultas?

h *ita Latini eccleſiaſtici ſcriptores quaſi à verbo* ψαλμίζω. *Sed Græcis nullum eſt tale; qui ajunt* ψαλμῳδὸς, ψάλτης, ψαλμογράφος.

i Pſ. 147 19 *Sunt verba vulgatæ Latinæ verſionis.*

k *id eſt, tam benignè.*

l *id eſt conditor, cauſa. aliàs eſt is, in quo eſt vis, dignitas, poteſtas.*

261. Mundus hic est velut domus quædam ejus, vel potiùs templum *m*: ipse ex nihilo in hanc faciem atq; ornatum protulit, unde nomen accepit apud Græcos ornati *n*.

262. Idem regit atque administrat, non minore conservationis miraculo *o*, quàm creationis.

263. Et, quemadmodum in domo prudentissimi patris familias nihil injussu ejus agitur: sic in omni mundo nihil injussu Dei geritur, omnia potentis *p* & scientis.

264. illi angelos, dæmones, homines, animantia, stirpes, lapides, cœlos & elementa, cuncta deniq; curæ esse ac parére.

265. Nihil fieri, nihil moveri, nihil contingere, ac ne stipulam quidem attolli ullam, aut floccum volitare extra illius præscripta & jussa.

266. Hanc esse universi legem: non aliũ esse in rebus casum, non fortunã aut sortem *q*.

267. Omnia

m *tanquam sanctus locus, ob venerabiles ipsius virtutes in ejus theatro collucentes, & propter admirabilem ejus gubernationem.*

n *quòd sit ornatus. κόσμος enim dicitur.*

o *id est, magnifico opere. nam miraculum propriè est opus perspicuum, quod omnem vim creatam excedit.*

p. *usurpat tanquam participium· πάντα δυνάμενος. Sed, non ita Latini, qui* potentem rei & re & in re *dicunt Itaque malim,* qui omnia potest & scit, *vel* omnium potentis & scientis.

q *Sed aliæ causæ agunt necessariò, aliæ liberè, aliæ contingenter. omnes tamen res Deus sine errore præscit, & alias qui-*

267. Omnia ab eo fieri cùm summa æquitate & sapientia, tametsi viis nobis ignoratis *r*.

268. Quæcunq; cuivis contingunt, ad ejus referri commoda, si sit bonus: non ad ista pecuniolæ aut mundi hujus momentanei, sed illius æternę salutis *s*.

269. Ergo quæcunq; in hoc mundo accidunt, tanquam ab auctore Deo profecta, æquis animis accipienda atq; approbanda sunt: ne affectu nostro & tanquā judicio consilium damnare videamur, & improbare voluntatem justissimi illius & sapientissimi rectoris omniū Dei; quia non assequimur.

270. Ei nos obsequi ac subditos præbere, laudare atq; approbare cuncta, quæ facit, fas piúmq; est.

271. Nos pueri & meliorum rerum inscii, quæ damnosissima sunt, deflemus *t* non dari, tanquam utilissima; quæ utilissima, horrem tanquam adversissima:

272. ut nihil sit nobis sæpenumero pestilentius,

as quidem (ut bonas) facit, a'iàs sapienter permittit in bonum finem. Fortuna autem, quam ethnici cæcam deam coluerent, merum est figmentum. De fortuna & casus differentia, vide Aristot. l. 2. phys. c. 5.

r *molliùs*, viis, quæ ab hominibus ignorentur.

s *hoc est ad bonum potissimum, non ad caduca.*

t *id est, admodum flemus, flendo querimur. Sed deflere cum casu objecti usurpamus: ut casum, vacuos labores, mortem.*

lentius, quàm fieri votorum nostrorum compotes *u*.

273. Quúmq; in tantis tenebris ignorationis versemur: sic Deo visum est, ut nobis sola sit præstanda culpa *x*, cætera omnia illius curæ remittantur.

247. Nobis, velimus nolimus, exsequendum est, quod de nobis statuit ac jubet rector hujus tanti operis. Quorsum igitur spectat, malle cum lacrimis detrectantes & reluctantes trahi, quàm hilariter & ultro duci *y*?

275. Certè amicus omnis Dei, legibus & voluntati amici obtemperabit.

276. Hæc potissima ratio est Dei amandi, sicut

u *ita aliquando homines precando se exsecrantur.* Quare, *ut Plato ait Alcib.* 1, prudens mihi videtur poëta ille, qui amicis insipientibus usus, dum eos videret & agentes & orantes, quæ illis minimè conducebant, pro omnibus sic ait: (χ?οις

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύ-
Ἄμμι δίδου. τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν.

x *Præstare culpam, propriè est exsolvere eam: deinde recipere in se officium ejus cavendæ. Bohemicus interpres hic vertit* abychom se toliko hřichu warowali, *id est, ut tantùm peccatum caveamus. Sic ita Cic. 1. de orat.* Istam culpam, quam vereris, ego præstabo. *id est, culpæ dispendium luam. Igitur hic culpa reatum & pœnam significat. Ita* damnum præstare *apud Cicer. est* für allen schaden gut sein: fidem promissi præstare. *apud Livium,* gut darfür sein/daß die zusage soll gehalten werden: darfür stehen.

y *Seneca lib. de beata vita, cap.* 18. Quæ dementia est, potiùs trahi, quàm sequi? Deo parere libertas est.

sicut Christus inquit z. *Vos amici mei eritis, si fecertis, quæ ego præcipio vobis.*

277. Pacificator *a* humani generis cum Deo & auctor salutis nostræ est Jesus Christus, homo Deus, Dei omnipotentis filius unigenitus, quem ad hoc ipsum pater misit, quum ei visum est misereri generis humani, quod maximo suo malo inimicum se fecerat Deo.

278. Nullum excogitari potest malum pestilentius aut exitiabilius, quàm per peccatum à Deo separari, perenni bonorum omnium fonte, ad perniciosissimam converti miseriam, & à dulcissima vita in acerbissimam mortem.

279. In hoc inter cætera Christus venit, ut rectissimâ viâ nos edoceret, qua insisteremus, proficiscentes ad Deum, nec ab ea vel pilum deflecteremus.

280. Hanc ipse & verbis indicavit ac patefecit *b*, & exemplo vitæ suæ munivit expeditissimam atq; certissimam.

281. Humana omnis sapientia, si cum religione Christiana conferatur, cœnum est & mera stultitia.

282. Quicquid grave, prudens, sapiens, purum, sanctum, religiosum, quicquid cum admiratione, exclamatione, plausu, apud gẽ-tiles

z Joh. 15.14.
a Eph. 2.14. Col. 1.20.
b *sanguinis sui merito.* Heb. 10. v. 19. 20.

tiles sapientes legitur; quicquid ex illis commendatur, ediscitur, in cœlum tollitur: id totum puriùs, rectiùs, apertiùs, expeditiùs invenitur in pietate *c* nostra.

283. Hanc nosse, perfecta est sapientia: juxta hanc vivere perfecta virt⁹: sed nemo verè novit, qui non sic vivat.

284. Vita Christi testatur humanam ejus probitatem: miracula, omnipotentiam divinitatis: lex, cœlestem sapientiam *d*.

285. Ut ex probitate accedat exemplum ad imitandum, ex auctoritate vis ad obediendum, ex sapientia fides ad credendum.

286. Probitas amorem eliciat, majestas cultum, sapientia fidem.

287. Si quis, quæ Christus præcipit, expendat; comperiet omnia ad nostras utilitates referri, ut nemo, nisi maximo suo bono, sentiat se credere.

288: Ut nihil est homini gratius, quàm fidi sibi, ita nec Deo: nec quisquam bene de illo cogitat, cui timidè seipsum credit.

289. Fundamentum salutis est, credere Deum esse patrem, & hujus filium unicum Jesum Christum, legislatorem nostrum *f*: & ex utroq;

c *id est, religione.*

d *Ita scripsit Vives, non* cœlum substantiam; *ut ineptè mutarunt negligentes.*

e *credi sibi, ut quis fidat sibi. fidem habeat.*

f *imprimis expiatorem criminum nostrorum.*

utroque ſpirare ſanctum illum afflatum, ſine quo nihil agimus, nihil cogitamus excelſum, aut profuturum nobis.

290. Verus Dei cultus eſt, animum morbis & pravis affectibus perpurgare *g*, & in illius, quàm proximè poſſumus, transformari ſimulacrum; ut puri & ſancti ſimus, ſicut & ipſe eſt, neminem oderimus, omnibus prodeſſe ſtudeamus.

291. Quò magis te à corporalibus ad incorporea tranſtuleris, hóc vitam diviniorem vives.

292. Ita fiet, ut Deus cognatam & ſimilem ſibi naturam agnoſcat eáq; delectetur: ac velut in vero & germano templo habitet, multò ſibi acceptiore, quàm iſta ſunt lapidum & metallorum.

293. *Templum Dei ſanctum eſt*, inquit Paulus, *quod eſtis vos* h.

294. Tantus hoſpes conſervandus eſt, nec tetro peccatorum fœtore expellendus.

295. Corporalia opera fatua *i* ſunt ante Deum, niſi conditura ex animo addatur.

296. In occultiſſimis receſſibus, & procul ab omnium oculis, atq; adeò in corde ipſo, atque

g *malim* à morbis c. p. a. perpurgare. *Nã ablativus nudus eſt inſtrumenti: ut Cic. de nat. deor.* Cervæ paulò ante partum perpurgant ſe herbula, quæ ſeſelis dicitur.

h 1 Cor. 3 17.

i *inſipida, non condita. Animi autem* ἄρτυμα *eſt* ὁσιότης, *ſanctimonia.*

que in animo tuo, ſcito, te habere Deum arbitrum, teſtem, judicem etiam omnium cogitationum tuarum: ut illius præſentiam reveritus, nihil non modò facias, ſed nec in animum admittas nefarium, aut turpe.

297. Charitas erga Deum hęc eſſe debet, ut illum cæteris rebus univerſis anteponas, honorémq; & gloriam illius chariorem habeas cũctis hujus vitæ honoribus & commodis.

298. Et, quemadmodum amicus, quum amici memoria occurrit, benevola quadam afficitur & pia lætitia: ſic curare te decet, ut divina omnia amiciſſima tibi ſint, & proinde gratiſſima, verſerísq; in illis multò libētiſſimè.

299. Quoties nominari audis Deum: majus quiddam & admirabilius occurrat, quàm quod poſſit humana mens capere.

300. Quæ de illo & divis dicuntur: audi, non quomodo humana, ſed cum magna animi admiratione *k*.

301. De Deo ne quid temere ſentias, aut de illius factis pronuncies aliter, quàm venerabundus & timidè *l*.

k *Hîc aliquid contagii eſt, quod ex ſuo ſeculo & educatione traxit Vives. Interim ad bonum ſenſum ſic trahes:* Quæ de Deo & divis, *id eſt ſanctis hominibus dicuntur, audi non tanquam mundana, ſed ultramundana: cũ digna animi admiratione; ut Deo divina, & ſanctis, quæ Dei amicis & ab hujus ſeculi contagio liberis conveniunt, at citra idololatriam tribuamus.*

l *plenus reverentiæ & timoris.*

302. Impium, in m res sacras jocari, aut dicta sanctarum scripturarum ad lusus, ineptias, aniles fabulas, scommata convertere, ceu quis medicinę ad salutẽ paratę cœnum aspergat: ad obscœnitatem autem trahere, id verò nefarium & intolerabile.

303. Omnia decet illic esse admiranda, & cum ingẽti dignatione in animos recipienda.

304. Sacris intersis attentè ac piè, non ignarus, quæcunq; ibi seu vides seu audis, esse purissima & sacrosancta, spectareq; ad immensam illam Dei majestatem, quam adorare facile est, comprehendere impossibile.

305. Ita, ut in divina illa sapientia altiora semper existimes latere, quàm quò possit vis ulla humani ingenii pertingere.

306. Dicta sapientum hominum etiam non intellecta veneramur: quantò id æquius est divinis deferri?

307. Quoties nominari audis Jesũ Christum, toties veniat tibi in mentem charitas illius in nos inæstimabilis, & recordatio illius sit tibi dulcedinis & venerationis plena.

308. Quum titulum aliquem, aut epitheton Christi audis: extolle te in ejus contemplationem: & ora, ut talem se præbeat erga te: velut, quum clementem, mitem, placidum, ut talem illum experiare: quum omnipotentem, ut id ostendat in te, ex pessimo red- dens

m *contra*, zu nachtheil.

dés optimum, ex hoste filium, ex nihilo aliquid: quum terribilem, ut eos à quibus terrére, terreat.

309. Quum Dominum vocas, fac illi servias; quum patrem, fac ames, & te dignum præstes tanto patre filium.

310. Nulla res est in toto universo *n*, cujus si vel originem vel naturam virésq; intueearis, † nõ suppeditet, quo auctorem omnium Deum admireris, & adores.

311. Nihil exordire, non invocato priùs numine. Deus enim, in cujus manu sunt progressus & exitus, optatos eos tribuit iis actib⁹, quos ab ipso auspicamur *o*.

312. Quicquid aggressurus es, finem spectato, &, ubi tu rectum consilium præstiteris *p*, de eventu ne sis solicitus.

313. Illi fide, in cujus potestate sunt rerum eventus.

314. Quandóquidem religio omnis sita est

n *i. e mundo, Ita Græci* τὸ πᾶν *vocant, ut Plato in Cratylo Deum vocat* ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός. *Cicero vertit* rerum universitatem, universam naturam, totum & omnia. *Non tamen bene sonat totum universum, & philosophis* universum *pro mundo usitatiùs dicitur, quàm tersiùs loquentibus.* † *i. e* id non.

o ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει θεόν, *principium & finem omnium fac Deum, ut ab eo petas agendi facultatem & prudentiam & ad eundem colendum omnia referas*

p *i.e. curaveris, ne in consilio erres; ne quid suscipias nisi sanctum aut licitum, & sanctè atq; rite.*

in intimis q pectoris: preces, da operam, ut intelligas, & cave, ne ore tantũ permurmures †. Sed quum oras, totus & animo, & mente, & cogitatione, & vultu in hoc sis, ut omnia secum consentiant, & excellentissimæ respondeant actioni.

315. Exsecrantur illum cœlestia oracula, *qui opus Dei facit negligenter* r.

316. Si in citharœdo turpe est, aliud ipsum ore, aliud fide ejus sonare: multó est turpius, quum Deo psallimus, aliud linguam dicere, aliud animum cogitare.

317. Vota nostra sobria * sint, & digna, quæ à Deo petantur, & quæ Deus det; ne stulta illum, aut inepta offendant.

318. Sumturus cibum, recordare omnipotentiæ Dei, qui cuncta ex nihilo condidit; sapientiæ ac benignitatis, qui ea sustinet; mansuetudinis & clementiæ, qui etiam inimicos suos pascit.

319. Ex-

q *absolutè more Græco, ἐν τοῖς ἐσωτάτοις, in intimis penetralibus vel sacrariis.*

† *murmurando percurras. malim* demurmures, *Ovidiano verbo.*

r *Ita LXX interpretes Jer. 48.10. Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον κυρίου ἀμελῶς. Vulg. Lat. vers. Maledictus, qui facit opus* DOMINI *fraudulenter. In Hebr. est* רְמִיָּה fraude, *& sic Chald.* בִּנְכִלָא *in dolo.*

* *i. e. sapienter & sanctè facta: nempe sobriefacta fide. sicut* sobriefactum sermone *Apul. l. 8. ita* sobrietatem consiliorum *Ammian. l. 31. dicit.*

319. Expende, quantum illud ſit, tot vitis *s* univerſitatis mundi hujus tam variam quotidie alimoniam ſufficere, conſervare omnia, & vindicare ab interitu, quò nutu *t* ſuo tendunt.

320. Nullum neque hominum, neq; angelorum ſapientiam, non modò hoc non poſſe præſtare, ſed nec intelligere.

321. Itaque, quum ſcias, te de illius bonis vivere, cogita quàm exſecrandæ ſit ingratitudinis, quàm perditæ temeritatis, audire te cum illo inimicitias exercere, cujus beneficio & voluntate conſiſtis, non ampliùs, ſi nolit, futurus.

322. Ad menſam ſint caſta omnia, pura, cordata, ſancta: qualis ille eſt, inter cujus munera tunc verſaris.

323. Omnis detrectatio, virulentia, atrocitas, crudelitas à menſa arceatur, in qua tu ſentis incredibilem Dei erga te ſuavitatem & clementiam.

324. quò intolerabilius eſt, eum te locum aſperitate aut odio in fratrem contaminare, u-

s *Bohem. interp.* tolika ʒiwotum *q.* τοσαύταις ζωαῖς, *id eſt tot viventibus. Sol. c.* 7. vitas caſtitatis *dicit. Ter. Adelph.* inſpicere, tanquam in ſpeculum vitas hominum, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi. *Et* vitas *pro animabus Virgilius poſuit.*

t *ſuo nutu & pondere. Nutus proclivitas, nutatio, motus corporis decidui, ruina. ut in illa Valer. Flacci*

Quin gravior nutuq; cadens deterruit Idam.

u *ſed in nihilum relapſurus.*

bi tu benignam & largam in te lenitatem percipis.

325. Quod nec gentiles ignorarunt, qui eam ob causam mensæ sacra *x* nominabant læta & festa, ad quam triste aliquid aut atrox dici fierive nefas erat.

326. Quúmque sis omnipotenti, sapientissimo, largissimo Deo curæ: tu immodicam sustentandi tui curam depone, tanquam bonitati illius diffisus, unicam curam suscipe, quomodo illi placeas, ac satisfacias *y*.

327. Stul-

x mensæ sacra *dicit Tacitus lib.* 13.17. *&* 15.52. *Mensa diis amicitiæ hospitiiq; patronis consecrata erat*, βωμὸς φιλίων θεῶν καὶ ξενίων. *Plutarch. in VII sap. conviv. vide Erasm. in proverbiis*, Ne a chytropode cibum nondũ sacrificatum rapias. *Item*: Lari sacrificant: *Et*, persæpe sacra haud sacrificata devorat. *Quem ad mensam admittimus, eum velut in humani & divini juris communionem recipimus. Nam etiam pagani, ad mensam orabant, antequam cibum caperent. Athenæus lib.* 4. *narrat*, Naucratitis morem fuisse, quoties conveniebant ad festi cujusdam solennis epulas, postquam in tricliniis accubuissent, surgere in genua, dum sacrorum minister preces patrias recitabat. *Apud Stobæum ca* 41. *Diogenis Pythagorici hæc referũtur*: Bene fit, ut Deus initio cœnæ & prandii invocetur: non, quia tale quid numini sit opus, sed, ut quisque Dei recordans, animo sit composito. *observat Isaacus Casaubonus exerc.* 16. *ad ann. Bar.* 63.

y *Deo satisfacere est eum sanctè colere, ut de neglecto officio pietatis non conqueratur. Ita Cic. lib.* 14. *epist.* 7. Ita sum levatus, ut mihi Deus medicinam fecisse videatur, cui quidem tu Deo, quemadmodum soles, piè & castè

327. Stultissimum est, alimenti caussa pravum ullum facinus admittere, & illum offendere, à quo solo alimenta veniunt z, ut eum tibi iratum facias, à quo aliquid contendis impetrare. Præsertim, quum non alimentis conservetur vita, sed voluntate Dei, quemadmodum divinis oraculis declaratum est: Non pane hominem vivere, sed verbo Dei *a*.

328. Habemus syngrapham Jesu, universorum in cœlo & in terra Domini, nihil eorũ, quæ opus sunt homini, defuturum iis, qui quæsierint regnum Dei & justitiam ejus *b*.

329. Tum ex Dei donis, quæ ipse arbitrio suo & largitur & tollit, quum is in te tam benignus fuerit, tum in fratrem tuum, illius filiũ, malignus ne esto, reputans, vos ex æquo esse Dei filios, nec Deum plus tibi debere, quàm illi: tantùm voluisse te dispensatorem & administratorem esse, & à quo secundùm Deum frater tuus peteret.

castè satisfacias. *Sed alio sensu solus Christus Deo pro nobis satisfecit: dum omnes legis numeros implevit: id quod nos non possumus.*

z *id est, obveniunt. Ita Cic. l. 1. de invent.* Hinc ad remp. plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia.

a Deut. 8. 3. Matth. 4. 4.

b *Matth. 6. 33. Qui regnum Dei, id est æternam salutẽ ante omnia quærit, & justitiam ejus (αὐτοῦ) Dei, per quam illuc perveniat, justificatus & sanctificatus: ei cætera hujus mundi, quatenus necessaria sunt, ἐν προσθήκης μέρει accident.*

331. Nihil veriùs datur Christo, quàm quod egenis datur.

332. Sumto cibo, considera, cujus sit sapientiæ, cujus potentiæ vitam nostram iis rebus quas edisti, sustentare, & ruentem fulcire.

333. Itaq; habeas Deo gratiam, non quantam haberes illi, qui tibi pecunia sua cibarium emisset: sed, quanta habenda est ei, qui te & cibum ipsum condidit, & cibum propter te, & cibo te sustentat, non vi illius, sed suâ.

334. Quum petis quietem & quũ surgis, reminiscere beneficiorum Dei, non in te solùm, sed in totum genus hominum atq; adeo mundum universum.

335. Cogita, quantæ sint hostis hominũ per licentiã quietis c insidiæ, dũ homo velut cadaver jacet, impos sui. quò instantiùs orandus est Christus, ut nos tam imbecillos tueatur.

336. Nec ullo nostro peccato irritandus est

custos

c *dum nos quiescimus sopiti, & omnia illi in nos licere possunt; ni Deus super nobis vigilet. Licentia est hic posita est pro permissione. & idem est, atq;, propter eam permissionem, quã dat quies & hostis sibi ea occasione arripere potest: seu ob potestatem, quam occasione quietis sibi posset sumere. Ita Plin ep 3. lib. 3 de Genitore:* Vir est emendatus & gravis: paulò etiam horridior & durior, ut in hac licentia temporum *est genitivus causa; quam dant seu permittunt tempora. Bohem. vertit* gak weliké vkla-dy činiti může nepřjtel člowěka wespanj, *id est,* quantas insidias facere possit inimicus homini in somno. *Ita Ter. Eun. 3. 3. Aliàs dicitur* locare, collocare, struere, instruere, meditari, moliri, parare, ponere, tendere insidias.

cuſtos & præſes noſter.

337. Et frõs & pectus crucis notâ exteriùs† muniendum: interiùs verò piis precibus, & ſanctis meditationibus.

338. Ubi jam lectum ingrederis, fac cogites, unumquemque diem imaginem eſſe humanæ vitæ, cui ſuccedit nox & ſomnus, ſimulacrum *d* mortis expreſſiſſimum.

339. Itaq; rogandus eſt Chriſtus, ut in vita & in morte adſit ſemper propitius ac favens, illámque ipſam noctem præbeat nobis placidam atque tranquillam.

340. Néve inſomniis *e* terreamur, ſempérque etiam ſopitis ille menti noſtræ obverſetur: illi⁹ ſolatiis recreati ad matutinum tempus ſoſpites & læti perveniamus, cum pia memoria ſanctiſſimæ mortis ipſius, precii *f*, quo genus humanum redemtum eſt.

341. Cubile ſervabis caſtum mundúmque,

ne jus

† *abſit ſuperſtitio, quaſi ritus ille externus ſit ſacramẽtum quoddam fugandi dæmonia. alioqui non eſt damnandus, ſi adhibeatur, ut in primitiva eccleſia, ubi erat* ſymbolum ejus fiduciæ, quam in Chriſto & cruce ipſius ac paſſione Chriſtiani ponebant. Non fert autem fides Chriſtiana, ut aliqua ſigno crucis propria virtus miracula efficiendi tribuatur. *Iſaacus Caſaub. exerc. 13. in ann. Baron ad ann. 31. n. 68.*

d *imago, ob ſenſuum quietẽ, in qua homo ſui adeo plurimùm non meminit, quaſi non ſit ampliùs ſuper.*

e *legitur* inſomniis *&* in ſomniis. *illud cauſam, hoc tempus notat. utrumq; rectum, at illud præferendum.*

f *verè* λύτρον *vel* ἀντιλύτρον. *Hanc enim, ut ſponſor, exſolvit ad thronum juſtitiæ Dei.*

ne jus ullum *g* in id inveniat auctor ille & caput totius ſpurcitiei.

342. Signo crucis & ſacra aqua *h*, & invocatione divini numinis, ſed imprimis ſanctis cogitationibus, & ſtatuto* cuſtodiendæ pietatis, omnem ab eo Diaboli dicionem *i* pelles.

343. De mane ſurgens commenda te Chriſto: cui & age gratias, quòd illius ope ac præſidio non es illa ipſa nocte oppreſſus dolis & invidia immanis hoſtis.

344. Et, quemadmodum de nocte dormiſti, poſtea evigilaſti: ſic noſtra corpora recordare dormitura per mortem, hinc reddenda vitæ à Chriſto, quum apparebit judex vivorum & mortuorum.

345. quem ſupplex obteſtare, ut ſequentem diem velit ac faciat te in obſequio ſuo totum conſumere, ne quem lædas, neu à quo lædatur tua probitas: ſed ſeptus undique ac munitus pietate Chriſtiana, ſoſpes & integer tot evadas retia, tot pedicas, quot per vias omnes & adi-

g *accuſationis anſam, ſi minùs ſis caſtus.*

h *vide* †. *Aqua ſacra vocatur* weihwaſſer, *aqua luſtrica,* weih *enim eſt ſacer. Nobis in eccleſia ſacra aqua eſt baptiſmus, qua aqua ſemel loti ad ſenſum, ſemper relavemus ad uſum, revocantes nobis in memoriam, quid ibi, ubi nomine noſtro ſinguli inſigniti ſumus, Deo noſtro repromiſerimus. Aquæ benedictæ ſuperſtitiones, quæ in papatu, cum aliis id genus veræ religionis renovatio diſpulit.*

* *fixo decreto & conſilio.*

i *id eſt poteſtatem, imperium, quam quis habet in res ſibi dicatas ſeu attributas.*

& aditus humanos sparsit tetenditq; insidiosus Diabolus.

346. Sanctissimam Dei parentem, Mariam, & reliquos divos, divásque k venerare, tanquam caros amicos Christi, Dei viventis in secula seculorum.

347. De illorum vita & actis crebrò vel legito, vel audito attentissimus & libétissimè, pio & venerabundo animo, ut tibi ad imitationem prosint.

348. De illis sic senti, sic loquere, tanquam non jam hominibus l, supergressis naturam omnem & fastigium humanum, divinitati proximis & conjunctis.

349. Inter homines verò quum tanta sit cognatio similitudinis in corpore, & toto animo, simúsq; omnes pari jure in mundum invecti, ad societatem & vitæ communionem facti: ad hanc conservandam lex est à natura proclamata, ne quis alteri fecerit, quod sibi factum nolit.

359. Hoc unũ instaurator ille naturæ collapsæ,

k *id est, sanctos & sanctas. Phrases sunt ethnicæ. Sunt autem sancti venerandi ita, ut de eis convenienter veritati loquamur, eorumq; virtutes imitemur: non autem, ut eos adoremus, fiduciam in eis collocemus, eosq; invocemus.*

l *Homines utiq; manent, neq; dii evaserunt. De iis autem sentiemus, non tanquam de hominibus vulgaribus, nõ carnalem in modum. Deest autem hic vocula* sed *ante* supergresfis.

lapsæ, suum esse dogma professus est, sed explicatum & illustratum *m*.

351. Nam, ut humanam naturam ad similitudinem Dei, quo ad ejus fieri potest, sublatã suis omnib⁹ numeris consummaret, non modò mutuum amorem imperavit, sed eorum quoq;, qui nos oderunt *n*.

352. Ut simus cœlestis patris similes, qui suos quoq; inimicos amat: quod declarat, beneficiis illos prosequendo, & quidem maximis: neminem odit.

353. Quid? quòd hominum ingenium ita fert, ut benevolos in se illos velint, etiam, in quos ipsi sunt malevoli.

VIII. *De charitate.*

354. Sapientissimus vitæ nostræ magister, nempe & auctor *o*, unicum dedit ad vivendũ documentum, ut amemus *p*; gnarus, vitam nostram, si amemus, fore felicissimam nec aliis opus esse legibus *q*.

355. Nihil felicius, quàm amare. idcirco Deus &

m *explicatum, ut sit plenius: illustratum, ut clarius.*
n Matth 5.44.
o *id est, quia & idem conditor.*
p *diligamus Deum supra omnia & alios, ut nos ipsos.*
q *quia charitas sponte producit omnia officia. Vives in cap. 4. lib. 10 August. de civit. Dei,* Ama, quàm potes maximè, qui supra te est & non aliter, qui prope te, quam te. Quod si feceris, tu solus leges omnes juráque scies & servabis; quæ alii magnis sudoribus vix discũt, multis incitamentis & terroribus vix servant.

us & angeli feliciſſimi, quia amant omnia *.

356. Infelicius nihil, quàm non amare. quo affectu miſerrimi ſunt diaboli †.

357. Verus amor omnia exæquat φ. Ubi is viget, nemo alteri quærit præferri, nemo à dilecto rapere; quum apud ſe eſſe ſentiat, quæ apud illum ⟂:

358. Non litem movere fratri charo. ac neq; ſe unquam injuria putat ab illo affici: ideo nec ultionem meditatur. Nemo invidet ei, quem amat, nec quisquam malis amici gaudet, nec bonis dolet: contrà, potiùs gaudet cum gaudentibus (juxta dictum Apoſtoli *r*) flet cū flentibus: ídque non fictè aut ſimulatè, ſed ex animo: quoniam amor omnia reddit communia, ſuáque eſſe exiſtimat, quæ ſunt ejus, quem amat.

359. Documenti hujus ſolidum & veriſſimum exemplar oculis noſtris ad imitationem propoſitum, ſunt Chriſti actiones.

360. Venit enim filius Dei, non, ut verbis modò, ſed exemplo vitæ ſuæ rectam nos doceret vivendi rationem, ut (illuſtratis ſole illo ſuo animis noſtris) apertè, qualis quæque res eſſet, cerneremus.

361. Pri-

* *& quæ amanda ſunt & quo modo.*

† *quia oderunt, quæ non debent.*

φ *quæ quidem æqualia ſunt. nam dilectio non tollit veritatem & rerum diſcrimina.*

⟂ *cui æquè vult bene, atq; ſibi.*

r Rom. 12. 15.

in intimis q pectoris:preces, da operam, ut intelligas, & cave, ne ore tantũ permurmures †. Sed quum oras, totus & animo, & mente, & cogitatione, & vultu in hoc sis, ut omnia secum consentiant, & excellentissimæ respondeant actioni.

315. Exsecrantur illum cœlestia oracula, *qui opus Dei facit negligenter* r.

316. Si in citharœdo turpe est, aliud ipsum ore, aliud fide* ejus sonare: multó est turpius, quum Deo psallimus, aliud linguam dicere, aliud animum cogitare.

317. Vota nostra sobria* sint, & digna, quæ à Deo petantur, & quæ Deus det; ne stulta illum, aut inepta offendant.

318. Sumturus cibum, recordare omnipotentiæ Dei, qui cuncta ex nihilo condidit; sapientiæ ac benignitatis, qui ea sustinet; mansuetudinis & clementiæ, qui etiam inimicos suos pascit.

319. Ex-

q *absolutè more Græco, ἐν τοῖς ἐσωτάτοις, in intimis penetralibus vel sacrariis.*

† *murmurando percurras. malim* demurmures, *Ovidiano verbo.*

r *Ita LXX interpretes* Jer. 48.10. Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον κυρίου ἀμελῶς. *Vulg. Lat. vers. Maledictus, qui facit opus* DOMINI *fraudulenter. In Hebr. est* רְמִיָּה fraude, *& sic Chald.* בִּנְכַלָא *in dolo.*

* *i. e. sapienter & sanctè facta: nempe sobriefacta fide. sicut* sobriefactum sermone *Apul. l. 8. ita* sobrietatem consiliorum *Ammian. l. 31. dicit.*

319. Expende, quantum illud ſit, tot vitis *s* univerſitatis mundi hujus tam variam quotidie alimoniam ſufficere, conſervare omnia, & vindicare ab interitu, quò nutu *t* ſuo tendunt.

320. Nullum neque hominum, neq; angelorum ſapientiam, non modò hoc non poſſe præſtare, ſed nec intelligere.

321. Itaque, quum ſcias, te de illius bonis vivere, cogita quàm exſecrandæ ſit ingratitudinis, quàm perditæ temeritatis, audire te cum illo inimicitias exercere, cujus beneficio & voluntate conſiſtis, non ampliùs, ſi nolit, futurus.

322. Ad menſam ſint caſta omnia, pura, cordata, ſancta: qualis ille eſt, inter cujus munera tunc verſaris.

323. Omnis detrectatio, virulentia, atrocitas, crudelitas à menſa arceatur, in qua tu ſentis incredibilem Dei erga te ſuavitatem & clementiam.

324. quò intolerabilius eſt, eum te locum aſperitate aut odio in fratrem contaminare, u-

 bi

s *Bohem. interp.* tolika živwotum *q.* τοσαύταις ζωαῖς, *id eſt tot viventibus. Sol. c.* 7. vitas caſtitatis *dicit. Ter. Adelph.* inſpicere, tanquam in ſpeculum vitas hominum, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi. *Et* vitas *pro animabus Virgilius poſuit.*

t *ſuo nutu & pondere. Nutus proclivitas, nutatio, motus corporis decidui, ruina. ut in illa Valer. Flacci*

Quin gravior nutuq; cadens deterruit Idam.

u *ſed in nihilum relapſurus.*

bi tu benignam & largam in te lenitatem percipis.

325. Quod nec gentiles ignorarunt, qui eam ob caußam menſæ ſacra *x* nominabant læta & feſta, ad quam triſte aliquid aut atrox dici fierive nefas erat.

326. Quúmque ſis omnipotenti, ſapientiſſimo, largiſſimo Deo curæ: tu immodicam ſuſtentandi tui curam depone, tanquam bonitati illius diffiſus, unicam curam ſuſcipe, quomodo illi placeas, ac ſatisfacias *y*.

327. Stul-

x mensæ ſacra *dicit Tacitus lib.* 13. 17. *&* 15. 52. *Menſa diis amicitiæ hoſpitiiq; patronis conſecrata erat, βωμὸς φιλίων θεῶν & ξενίων. Plutarch. in VII ſap. conviv. vide Eraſm. in proverbiis,* Ne a chytropode cibum nondũ ſacrificatum rapias. *Item:* Lari ſacrificant: *Et,* perſæpe ſacra haud ſacrificata devorat. *Quem ad menſam admittimus, eum velut in humani & divini juris communionem recipimus. Nam etiam pagani, ad menſam orabant, antequam cibum caperent. Athenæus lib.* 4. *narrat,* Naucratitis morem fuiſſe, quoties conveniebant ad feſti cujusdam ſolennis epulas, poſtquam in tricliniis accubuiſſent, ſurgere in genua, dum ſacrorum miniſter preces patrias recitabat. *Apud Stobæum ca* 41. *Diogenis Pythagorici hæc referũtur:* Bene ſit, ut Deus initio cœnæ & prandii invocetur: non, quia tale quid numini ſit opus, ſed, ut quisque Dei recordans, animo ſit compoſito. *obſervat Iſaacus Caſaubonus exerc.* 16. *ad ann. Bar*. 63.

y *Deo ſatisfacere eſt eum ſanctè colere, ut de neglecto officio pietatis non conqueratur. Ita Cic. lib.* 14. *epiſt.* 7. Ita ſum levatus, ut mihi Deus medicinam feciſſe videatur, cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, piè & caſtè

327. Stultissimum est, alimenti caussa pravum ullum facinus admittere, & illum offendere, à quo solo alimenta veniunt z, ut eum tibi iratum facias, à quo aliquid contendis impetrare. Præsertim, quum non alimentis conservetur vita, sed voluntate Dei, quemadmodum divinis oraculis declaratum est: Non pane hominem vivere, sed verbo Dei *a*.

328. Habemus syngrapham Jesu, universorum in cœlo & in terra Domini, nihil eorũ, quæ opus sunt homini, defuturum iis, qui quæsierint regnum Dei & justitiam ejus *b*.

329. Tum ex Dei donis, quæ ipse arbitrio suo & largitur & tollit, quum is in te tam benignus fuerit, tum in fratrem tuum, illius filiũ, malignus ne esto, reputans, vos ex æquo esse Dei filios, nec Deum plus tibi debere, quàm illi: tantùm voluisse te dispensatorem & administratorem esse, & à quo secundùm Deum frater tuus peteret.

castè satisfacias. *Sed alio sensu solus Christus Deo pro nobis satisfecit: dum omnes legis numeros implevit: id quod nos non possumus.*

z *id est, obveniunt. Ita Cic. l. 1. de invent.* Hinc ad remp. plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia.

a Deut. 8.3. Matth. 4.4.

b *Matth. 6.33. Qui regnum Dei, id est æternam salutẽ ante omnia quærit, & justitiam ejus (αὐτοῦ) Dei, per quam illuc perveniat, justificatus & sanctificatus: ei cætera hujus mundi, quatenus necessaria sunt, ἐν προσθήκης μέρει accident.*

331. Nihil veriùs datur Christo, quàm quod egenis datur.

332. Sumto cibo, considera, cujus sit sapientiæ, cujus potentiæ vitam nostram iis rebus quas edisti, sustentare, & ruentem fulcire.

333. Itaq; habeas Deo gratiam, non quantam haberes illi, qui tibi pecunia sua cibarium emisset: sed, quanta habenda est ei, qui te & cibum ipsum condidit, & cibum propter te, & cibo te sustentat, non vi illius, sed suâ.

334. Quum petis quietem & quũ surgis, reminiscere beneficiorum Dei, non in te solùm, sed in totum genus hominum atq; adeo mundum universum.

335. Cogita, quantæ sint hostis hominũ per licentiã quietis c insidiæ, dũ homo velut cadaver jacet, impos sui. quò instantiùs orandus est Christus, ut nos tam imbecillos tueatur.

336. Nec ullo nostro peccato irritandus est custos

c *dum nos quiescimus sopiti, & omnia illi in nos licere possunt; ni Deus super nobis vigilet. Licentia est hic posita est pro permissione. & idem est, atq;, propter eam permissionem, quã dat quies & hostis sibi ea occasione arripere potest: seu ob potestatem, quam occasione quietus sibi posset sumere. Ita Plin ep 3. lib. 3 de Genitore:* Vir est emendatus & gravis: paulò etiam horridior & durior, ut in hac licentia temporum *est genitivus causa; quam dant seu permittunt tempora. Bohem. vertit* gak weliké vkiady činiti může nepřjtel člowěka wespanj, *id est,* quantas insidias facere possit inimicus homini in somno. *Ita Ter. Eun. 3. 3. Aliàs dicitur* locare, collocare, struere, instruere, meditari, moliri, parare, ponere, tendere insidias.

custos & præses noster.

337. Et frõs & pectus crucis notâ exteriùs† muniendum: interiùs verò piis precibus, & sanctis meditationibus.

338. Ubi jam lectum ingrederis, fac cogites, unumquemque diem imaginem esse humanæ vitæ, cui succedit nox & somnus, simulacrum *d* mortis expressissimum.

339. Itaq; rogandus est Christus, ut in vita & in morte adsit semper propitius ac favens, illámque ipsam noctem præbeat nobis placidam atque tranquillam.

340. Néve insomniis *e* terreamur, sempérque etiam sopitis ille menti nostræ obversetur: illi⁹ solatiis recreati ad matutinum tempus sospites & læti perveniamus, cum pia memoria sanctissimæ mortis ipsius, precii *f*, quo genus humanum redemtum est.

341. Cubile servabis castum mundúmque,

ne jus

† *absit superstitio, quasi ritus ille externus sit sacramẽtum quoddam fugandi dæmonia. alioqui non est damnandus, si adhibeatur, ut in primitiva ecclesia, ubi erat* symbolum ejus fiduciæ, quam in Christo & cruce ipsius ac passione Christiani ponebant. Non fert autem fides Christiana, ut aliqua signo crucis propria virtus miracula efficiendi tribuatur. *Isaacus Casaub. exerc. 13. in ann. Baron ad ann. 31. n. 68.*

d *imago, ob sensuum quietẽ, in qua homo sui adeo plurimùm non meminit, quasi non sit ampliùs super.*

e *legitur* insomniis & in somniis. *illud causam, hoc tempus notat. utrumq; rectum, at illud præferendum.*

f *verè* λύτρον *vel* ἀντιλύτρον. *Hanc enim, ut sponsor, exsolvit ad thronum justitiæ Dei.*

ne jus ullum *g* in id inveniat auctor ille & caput totius ſpurcitiei.

342. Signo crucis & ſacra aqua *h*, & invocatione divini numinis, ſed imprimis ſanctis cogitationibus, & ſtatuto* cuſtodiendæ pietatis, omnem ab eo Diaboli dicionem *i* pelles.

343. De mane ſurgens commenda te Chriſto: cui & age gratias, quòd illius ope ac præſidio non es illa ipſa nocte oppreſſus dolis & invidia immanis hoſtis.

344. Et, quemadmodum de nocte dormiſti, poſtea evigilaſti: ſic noſtra corpora recordare dormitura per mortem, hinc reddenda vitæ à Chriſto, quum apparebit judex vivorum & mortuorum.

345. quem ſupplex obteſtare, ut ſequentem diem velit ac faciat te in obſequio ſuo totum conſumere, ne quem lædas, neu à quo lædatur tua probitas: ſed ſeptus undique ac munitus pietate Chriſtiana, ſoſpes & integer tot evadas retia, tot pedicas, quot per vias omnes & adi-

g *accuſationis anſam, ſi minùs ſis caſtus.*

h *vide* †. *Aqua ſacra vocatur* weihwaſſer, *aqua luſtrica.* weih *enim eſt ſacer. Nobis in eccleſia ſacra aqua eſt baptiſmus, qua aqua ſemel loti ad ſenſum, ſemper relavemus ad uſum, revocantes nobis in memoriam, quid ibi, ubi nomine noſtro ſinguli inſigniti ſumus, Deo noſtro repromiſerimus. Aquæ benedictæ ſuperſtitiones, quæ in papatu, cum aliis id genus veræ religionis renovatio diſpulit.*

* *fixo decreto & conſilio.*

i *id eſt poteſtatem, imperium, quam quis habet in res ſibi dicatas ſeu attributas.*

& aditus humanos sparsit tetenditq; insidiosus Diabolus.

346. Sanctissimam Dei parentem, Mariam, & reliquos divos, divásque k venerare, tanquam caros amicos Christi, Dei viventis in secula seculorum.

347. De illorum vita & actis crebrò vel legito, vel audito attentissimus & libétissimè, pio & venerabundo animo, ut tibi ad imitationem prosint.

348. De illis sic senti, sic loquere, tanquam non jam hominibus l, supergressis naturam omnem & fastigium humanum, divinitati pximis & conjunctis.

349. Inter homines verò quum tanta sit cognatio similitudinis in corpore, & toto animo, simúsq; omnes pari jure in mundum invecti, ad societatem & vitæ communionem facti: ad hanc conservandam lex est à natura proclamata, ne quis alteri fecerit, quod sibi factum nolit.

350. Hoc unũ instaurator ille naturæ collapsæ,

k *id est, sanctos & sanctas. Phrases sunt ethnicæ. Sunt autem sancti venerandi ita, ut de eis convenienter veritati loquamur, eorumq; virtutes imitemur: non autem, ut eos adoremus, fiduciam in eis collocemus, eosq; invocemus.*

l *Homines utiq; manent, neq; dii evaserunt. De iis autem sentiemus, non tanquam de hominibus vulgaribus, nõ carnalem in modum. Deest autem hîc vocula* sed *ante* supergresfis.

lapsæ, suum esse dogma professus est, sed explicatum & illustratum *m*.

351. Nam, ut humanam naturam ad similitudinem Dei, quo ad ejus fieri potest, sublatã suis omnib⁹ numeris consummaret, non modò mutuum amorem imperavit, sed eorum quoq;, qui nos oderunt *n*.

352. Ut simus cœlestis patris similes, qui suos quoq; inimicos amat: quod declarat, beneficiis illos prosequendo, & quidem maximis: neminem odit.

353. Quid? quòd hominum ingenium ita fert, ut benevolos in se illos velint, etiam, in quos ipsi sunt malevoli.

VIII. *De charitate*.

354. Sapientissimus vitæ nostræ magister, nempe & auctor *o*, unicum dedit ad vivendũ documentum, ut amemus *p*; gnarus, vitam nostram, si amemus, fore felicissimam nec aliis opus esse legibus *q*.

355. Nihil felicius, quàm amare. idcirco Deus &

m *explicatum, ut sit plenius: illustratum, ut clarius.*

n Matth 5.44.

o *id est, quia & idem conditor.*

p *diligamus Deum supra omnia & alios, ut nos ipsos.*

q *quia charitas sponte producit omnia officia. Vives in cap. 4. lib. 10 August. de civit. Dei,* Ama, quàm potes maximè, qui supra te est & non aliter, qui prope te, quam te. Quod si feceris, tu solus leges omnes juráque scies & servabis; quæ alii magnis sudoribus vix discũt, multis incitamentis & terroribus vix servant.

us & angeli feliciſſimi, quia amant omnia *.

356. Infelicius nihil, quàm non amare. quo affectu miſerrimi ſunt diaboli †.

357. Verus amor omnia exæquat φ. Ubi is viget, nemo alteri quærit præferri, nemo à dilecto rapere; quum apud ſe eſſe ſentiat, quæ apud illum ⊥:

358. Non litem movere fratri charo. ac neq; ſe unquam injuria putat ab illo affici: ideo nec ultionem meditatur. Nemo invidet ei, quem amat, nec quisquam malis amici gaudet, nec bonis dolet: contrà, potiùs gaudet cum gaudentibus (juxta dictum Apoſtoli r) flet cũ flentibus: ídque non fictè aut ſimulatè, ſed ex animo: quoniam amor omnia reddit communia, ſuáque eſſe exiſtimat, quæ ſunt ejus, quem amat.

359. Documenti hujus ſolidum & veriſſimum exemplar oculis noſtris ad imitationem propoſitum, ſunt Chriſti actiones.

360. Venit enim filius Dei, non, ut verbis modò, ſed exemplo vitæ ſuæ rectam nos doceret vivendi rationem, ut/illuſtratis ſole illo ſuo animis noſtris/ apertè, qualis quæque res eſſet, cerneremus.

361. Pri-

* *& quæ amanda ſunt & quo modo.*

† *quia oderunt, quæ non debent.*

φ *quæ quidem æqualia ſunt. nam dilectio non tollit veritatem & rerum diſcrimina.*

⊥ *cui æquè vult bene, atq; ſibi.*

r Rom. 12. 15.

361. Primum exercitus *s* per omne genus patiéntiæ, quantam ostendit animi moderationem? in quanta potentia? impetitus tot, tam gravibus contumeliis, nemini remaledixit *t*, tantùm docuit viam Dei, adversam detestatus, vinciri se est passus, qui mundum evertere vel unico poterat nutu.

362. Calumniam quàm patienter tulit?

363. Denique sic gessit sese, ut nemo in eo potentiam noverit, nisi ad juvandum.

364. Rex & Dominus universorum, per quem fecit pater hunc mundum, quàm æquè tulit æquari se infimis mortalium? & propriam sibi domum & charis suis ministris deesse alimenta?

365. Conditor rectórq; naturæ, malorum naturæ nostræ expers non fuit: esuriit, sitiit, delassatus fuit, & mœstus: quorsum hæc, nisi ad exemplum nostrum?

366. Tam amicus pacis, concordiæ, charitatis, ut nullum vitium magis sit insectatus, quàm superbiam, &, quæ illinc oriuntur, arrogantiam, ambitionem, contentionem, dissidia, simultates.

367. Ostendens nihil esse, cur quis vel ab externis sibi quicquam arroget, vel à cor-

s *tentatus.*

t *vox est Suetonii in Vesp. c. 9.* remaledici civile fasque esse, *ita judicat ratio.*

corporeis, cum sint adventitia u & aliena.

368. Nec ab internis, & virtute, quũ à Deo dentur: & ob hoc ipsum tolluntur, quod quis ejusmodi muneribus sese efferat, nec fontem atque originem agnoscat, despiciens eos, ad quorum utilitatem hæc à Deo accepit.

369. Et ad superbiam infringendam: ne quis tanquam rite subditus religioni, & servator legis Euangelicæ sibi placeat, audivimus ab eo: *Quum omnia, quæ vobis præcepi, feceritis, dicite: Servi inutiles sumus.* x

370. Quanta stultitia est eorum, qui se exactè Christianos gloriantur, & aliis in observanda lege sese anteponunt?

371. Quum nemo de se norit, an virtutem habeat y, utrùm odio Dei, an gratia dignus sit †: an ille, cui sese præfert, virtute sit locupletior: an asscitus & destinatus in consortium cœle-

u *Adventitium, quod aliunde advenit; assumtũ & externum opponitur assumto & innato: apud JCtos al quando profectitio.*

x Luc. 17. 10.

y *Si nemo hoc novit, quid igitur est credere? Fides enim certè nos persuasos reddit de gratia Dei in Christo, dum verbo euangelii assentimur, & Deo obsequi studemus.*

† *nempe ex iis vitæ eventis, quæ impiis & piis communia sunt; ut valetudo aut morbus, divitiæ aut paupertas, & omnino secundus vel adversus status secundùm corpus Eccles. 9. 2 vulg. interpres habet:* Nescit homo, utrùm amore an odio dignus sit. *Hebræa veritas habet:* tum amorem tum odium nescit homo *in* omni re, quæ est in conspectu ipsorum.

cœlestium, quum sit ipse miseriis sempiternis assignatus.

372. Idciro judicium omne de homine homini ademit, cæco & ignaro, recessum cordis ad se transtulit, scrutatorem pectoris humani.

373. Exteriora enim, quæ sola oculus hominis intuetur, infirma & incerta sunt interiorum signa.

374. Non ergo uno congressu, quod nonnulli faciunt temerarii, non centum, non longissimo convictu de ingenio, vitiis, aut virtutibus cujusquam sententiam in totum feras.

375. Longissimæ & obscurissimæ sunt in humano corde latebræ: quæ humana acies in tantam caliginem penetrabit?

376. Et quum Christus universum genus hominum morte sua sibi asseruerit, tantóque precio de servitute Diaboli redemerit, nemo ausit contemnere, nemo ludere animã, quàm ita Dominus amavit, ut nihil cunctatus sit vitam suam pro illa effundere.

377. Pro universis crucifixus est Dominus, & pro singulis z.

378. Nec speres fore Christo rem gratam, si tu oderis, quem ille amat.

379. Hanc

z *ita tamen, ut passionis fructus tantùm ad eos sit rediturus, qui in Christum credunt, omninòque, quibus per Dei gratiam illius meritum applicatur.*

379. Hanc vult sibi referri gratiam, ut, quemadmodū ipse Dominus nos servos nequam & pessimè meritos amavit; ita & nos conservos nostros.

380. Hìc inchoavit mutuam hominum inter se & cum Deo charitatem, hoc est, humanæ beatitudinis jecit fundamenta: in cœlo absolvit *a*.

318. Hæc est vita & gratia Christi, sapientia humanum ingenium excedens, æquitate intelligentibus congruens, bonitate cunctos alliciens.

382. Nemo se Christianum esse putet, nemo se Deo esse charum confidat, si quem odit *b*; quum Christus nobis homines omnes commendarit.

383. Hominem tibi à Deo commendatū, si dignus est, ama; quia dignus est, quem ames; sin indignus, ama; quia Deus dignus, cui pareas.

384. Non jejunia, non erogatæ opes omnes in pauperum usum, hominem Deo gratiosum reddunt: sola hoc præstat hominum charitas. Hoc nos apostolus ejus docuit *.

385. Nullum videbis hominem, quem non existimes debere tibi esse fratris germani lo-

Nn co,

a *seu* absolvet.

b *at odium tam est affectus medius, atq; amor. & ejusdem est amare bonos & odisse malos, quatenus tales* Ps. 119. v. 128. & 139. v. 21, 22.

* 1 Cor, 13. 3.

co, ut ejus rebus prosperis gaudeas, adversis doleas, juvésq;, quantum erit opis tuæ *c*.

386. Non natio affectum hunc minuat, non civitas, non cognatio, non professio, non conditio, non ingenium. unus est omnium pater Deus, quem tu, edoctus à Christo, quotidie patrē compelles, qui te filium agnoscet, si tu ejus filios fratres agnoveris.

387. Ne sit tibi turpe, fratrem illum habere, quem Deus non dedignatur filium *d*.

388. Pacem & concordiam & amorem invexit *e* Deus.

389. Partes* & factiones, & privatas utilitates † cum alienis damnis, sicut etiam dissidia, rixas, contentiones, bella, Diabolus peritissimus horum artifex.

390. Deus, quia vult nos fieri salvos, spargit benevolentiam: Diabolus, quia perditos, inimicitias.

391. Concordiâ etiam pusilla coalescunt, discordiâ maxima dissipantur.

392. Qui pacem, qui concordiam student inter homines vel conciliare, vel conservare sartam tectam; ii filii Dei vocabuntur, teste Christo. hi verò sunt pacifici, de quibus ipse loqui-

c *sic tamen, ut domesticorum fidei potior habeatur ratio.* Gal 6. 10.

d *communiò imaginis Dei ad eliciendam istud officium est satis.* * *sc. adversas*, parteilichkeit.

e *introduxit, ut auctor, suadendo & operando.*

† *studium privati commodi. Nos* eigenbate *dicimus.*

loquitur *f*. Qui verò discordias serere, charitatem hominum inter se rescindere; ii filii Diaboli.

393. Summum inimicitiarum, quo belluarum feritatem omnium homo superat, bellũ, scito rem esse non hominum; sed, quod verbum ipsum loquitur, belluarum *g*.

394. quam detestatur natura, quæ hominẽ inermem *h* genuit, ad mãsuetudinem & communionem vitæ: aversatur Deus, qui penitus vult & imperat mutuam inter homines omnes charitatem.

395. Nec quisquam homo homini, vel bellum facere, vel nocere potest sine scelere *i*.

396. Si quem arbitreris iniquo aut infenso esse in te animo, nullum laborem aut operam refugias, dum illum quacunq; ratione lenias, & places tibi ┼.

397. Neque in ea re vel precibus, vel obsequio, vel fortunis *k* parcas; modò tibi gra-

f Matth. 5. 9.

g *bellum à belluis duci innuit; quòd ferina sit res, non humana. etsi alii ducant παρὰ τὸ βίλος, alii à duello: ut* bis *pro* duis. *Duellum enim est inter duas adversas partes: ut nobis* zwist / à zwei.

h *non cornutum, ut tauros.*

i *plerumq; ita est. Sunt verò etiam legitima bella, imprimis ad defendendam virtutem & debitam commoditatem nostram.*

┼ *si possit fieri salva conscientia, & cum spe sinceritatis.* Rom. 12. 18.

k *bonis externis.*

tiam omnium pares, celerem viam ad gratiam Dei.

398. Neminem irriseris, cogitans, quod uni alicui accidit, posse cuivis accidere*l*. Age potiùs Deo gratias, quòd te extra eam sortem posuerit: & ora, tum tibi ne quid tale accidat, tum illi sic afflicto saltem remedium aliquod, vel æquum animum: & ipse subveni, si potes.

399. Crudelis animi est, alienis malis gaudere, & nõ miserari *m* communem naturam.

400. Esto hominibus misericors: & consequére à Deo misericordiam.

401. Fortunà & casus humani sunt omnibus communes, unicuiq; minantur, unicuiq; impendent.

402. Hoc amore hominibus debito, nihil existimato posse te facere aptius & cóngruentiùs, quàm si maximum bonum, hoc est, virtutem ejus procuraveris; si studueris, ut omnes, si potes, utique quàm plurimos, reddas bonos.

403. Nihil magis amori dissonum, nihil damnosius aut deterius feceris, quàm, si quos malos reddideris vel suasibus, vel exemplo, vel ullo alio incitamento.

404. Pri-

l *Nescimus enim, quid serus vesper vehat.*

† *in omnibus editionibus lego* misereri. *Sed dicimus* miserari aliquem, misereri alicujus. *Fortè scripsit* miserere. *Dicitur autem,* miseret me tui, miseret me vicem tuam, *& antiquatè* misereo te, miseresco tui, *&* miserescit

404. Primum omnium & feliciſſimum eſt, ſi ames, etiam odioſus *n*: ſed jucundiſſimũ quoq; eſt & maximè tutum amari.

405. Nullæ certiores opes, quàm certæ amicitiæ.

406. Nullum potentius ſatellitiũ *o*, quàm amici fideles.

407. Solem è mundo tollit, qui è vita amicitiam.

408. Sed vera & ſolida & duratura amicitia tantummodo eſt inter bonos, inter quos facilè amor coaleſcit.

409. Mali nec inter ſe amici ſunt, nec cum bonis.

410. Ut ameris, certiſſima eſt & breviſſima per amorem via. nihil enim ſic amorem elicit, ut amor.

411. Conciliatur quoq; virtute, quæ natura ſua amabilis eſt, ut vel ignotiſſimos ad ſe amandam invitet & trahat.

412. Tum etiam virtutis ſignis, manſuetudine, modeſtia, pudore, humanitate, comitate, affabilitate, ſi nihil vel dixeris, vel feceris, quod arrogantiam, aut inſolentiam, aut petulantiã, aut obſcœnitatem reſipiat: omnia ſint dulcia, mitia, lenia, & pura.

reſcit me tui. *Vulgatus interpres ſæpe dicit ſua quadam phraſi* miſereri alicui.

n *id eſt, licet tu odio habearis. Malè legebatur in nonnullis* odioſiùs. o *præſidium.*

413. Amicitiæ venenum, si amas tanquam osurus: & amicum sic habeas, ut putes posse inimicum fieri *q*.

414. Salutare illud: Odi tanquam amaturus. In amicitia nulla sit inimicitiæ cogitatio.

415. Quem habes amicum, ne credas futurum unquam inimicum *r*. alioqui infirma & fragilis erit amicitia.

416. in qua decet inesse fidem, constantiã, simplicitatem; ut de amico nec ipse suspiceris, nec suspicantibus aut deferentibus aurem accommodes.

417. Vitâ non est vita suspicacibus aut timidis, sed assidua mors.

418. Ne in alienas vitas inquiras, néve curiosiùs scruteris, quid quisq; agat, multæ hinc suboriuntur simultates.

419. Et, qui hæc faciunt, suorum solent esse incuriosi, alienorum soliciti. Stultum est, alios tam probè nosse, seipsum ignorare.

420. Nec amare tantùm homines debes, sed etiam, quos æquum est, revereri, ac inter eos honestè versari, & cum decóre: in quo est officium vitæ communis.

421. Ne putes, nihil interesse, ubi, cum quibus, apud quos agas.

IX. *De*

p *ut ames. ut ignis ignem, sic amor producit amorem.*

q *Sed tamẽ cautione opus est maximè, quatenus omnis homo mendax est.*

r *sic bene existimes, ut in homine fiduciam non ponas.*

IX. *De convictu hominum.*

422. Sit tibi inter homines modeſtia, & moderatio in univerſo corpore:& præcipuè in oculis ac ore toto : à quo abſit ſpecies omnis faſtidii & contemtus, abſit geſticulatio & laſcivia: ſerenitas illud & quietudo *s* exornent, argumentum animi ad eum modum affecti.

423. Solum humanæ faciei tegumentum decorum imprimis & favorabile / modeſtia & verecundia, quia nudis nihil poteſt dici fœdius aut deteſtabilius.

424. Deſperanda illius ſalus, quem deſiit pudere malefacere *t*.

425. Nec vultus ſit in atrocitatem aut ſeveritatem nimiam compoſitus : unde colligitur ſævus & impotens animus.

426. Riſus ne ſit frequens aut immoderatus, aut cum clamore & concuſſione corporis *u*, ne in cachinnum aut irriſum exeat.

427. Nullam eſſe rem talem exiſtima, quæ te tantopere queat exhilarare, ut ingentem attollere riſum cogat.

 428. Sed

s *φιλησυχία, ſtudium quietis. Quietudinem dicere ſibi permiſit: quam Latinis vocem eſſe non putem; etſi inquietudo ſit in uſu, Vide Senec. l. 2. de benefic. cap. 8. Solin. cap. 4. Eutrop l. 5.*

t *uno verbo*, qui depuduit.

u *qui συγκεχυμένος γέλως.*

428. Sed risûs potest esse causa aliqua, irrisûs nulla *x*.

429. Irridere bona nefas, mala crudelitas, media stultitia: probos impium, improbos sævum, notos immanitas, ignotos dementia, denique hominem inhumanum.

430. Oculi sint quieti, manus ne ludibundæ *y*, ne gesticulatrices.

431. Nec assuesce quenquam cædere. ex talitro venitur ad pugnum, hinc ad fustem & ferrum.

432. Solos bonos vero ac germano honore prosequere, qui ex veneratione animi nascitur.

433. Magistratibus exteriorem honorem exhibe, illisq; audiens esto, etiam si gravia & molesta imperent. Hoc enim vult Deus propter publicam quietem.

434. Divitibus cede, ne irritati & tibi & aliis bonis noceant.

435. Seni assurge, reveritus ætatem, & rerum usum prudentiámq;, quæ in illa esse solet. Honorationi *z* alienæ non modò paria facito, verùmetiam juxta præceptum Apostoli, *præverte.*

x *aliqua verò, si temeritas malignitatis id postulet. Sed iniustè afflictos irridere scelus est.* Eccl. 7. 10.

y *id est, ne ineptis tanquam* ludentium ritibus *sint dedita.* Ludibundi *alioqui dicimur* facere, *quod ludentes, nullo negocio.*

z *honori habito ab alio. vox analogicè quidem facta, sed non facilè obvia.*

verte a. Salutantem non resalutare, nec feliciter precanti feliciter reprecari *b*, id si factum cognoscas, aut extremæ barbariei est, aut incuriæ socordissimæ. Quàm exiguæ res sunt, & nullius impendii, salutatio, affabilitas, comitas, honor? at quàm magnas amicitias conglutinant exhibitæ, dissolvũt prætermissæ? Quanta est bonarum rerum ignorantia, nolle multorum benevolentiam tantulo redimere? Generosissimè ut quisq; est & optimè educatus, ita se maximè mitem omnibus & comem præbet: ut fastidium & ferocia ex vilitate *c* sunt, aut hebetudine, aut imperitiã. unde in bonas artes eruditio *d* *Humanitas* † nuncupata est. Ipse si non

a Rom.12.10.

b *Pragensis editio simpliciter* precari. *Tamen versio* **zase těhož nežádati**, *id est*, iterũ illud non cupere, *seu* optare. *Non tamen Latinum puto esse* reprecari.

c *ex eo, quod quis vilis est. Sic Pragensis : & versio* **z lehkomyslnosti** / *q. ex levitate animi & cogitationum*, **daß einer ein nichts tüchtiger mensche ist.** *sicut Apul. in Flor. ait* : Tantum habet vilitas excusationis, quantum dignitas difficultatis. *Ammian. l.*29. Ipsa vilitate ad omne facinus venalis.

d *formula loquendi ex eo sumta est, quod Ovidius ait epist* 1.22.

—— qui millibus annis
In patrias artes erudiendus erat.

† *Humanitas aliàs est φιλανθρωπία, dexteritas erga homines cum benevolentia, morum facilitas, quæ in oratione jungi solet comitati, facilitati, modestia, suavissimis moribus, mansuetudini. opponitur aliquando gravitati & austeritati. Significat verò etiam eruditionem. Vide Cic.*

pro

non salutare aut resalutare, negligentiæ magis ascribito, vel inconsiderantiæ, quàm contemtui. Parum blandè aut honorificè appellatus, seu moribus seu naturæ attribue, non malitiæ vel odio. Hisce interpretationibus ac similibus sanctam tibi & jucundissimam parabis vitam. quippe omnes diliges, nec à quoquam te offensum arbitrabere. Vetus dictum: Ut verax, ne suspicax.* Hoc verbis novum, sententia priscum: Ut quietus, ne suspicax.

436. Neminem contemnere videaris, non vultu, non verbo, non facto aliquo.

437. Si inferior es, quis superiorum ferat se contemni abs te? sin major; irritas & avertis minorem contemtu.

438. Intolerabilis est contemtus, propterea quòd nemo videtur sibi tam vilis, ut contemtum mereatur.

439. Multi laborant, ut à contemtu se vindicent†, sed plures ut de contemtu.‡

440. Nec quisquam tantus est, quem non aliquando fortuna *e* indigere minimis cogat.

441. Præter hæc omnia, nullus est contemtibilis,

pro Arch. artibus informati ad humanitatē. *Vide Gell. l.* 13. *c.*15. *Cic. Verr.* 6. *De* studiis humanitatis. *Cic. pro Mur.* * *Vide satellitium, gnom.* 152. † *i.e. se tueantur, ne contemnantur.* ‡ *i.e. ulciscantur se, quia sint contemti.* e *casus aliquis in vita humana.*

tibilis *f*, quem Deus filium dignatur *g*, nisi in hoc Dei judicium contemnas.

442. Et sæpe, quem homines contemtu dignum putant, si perscrutarentur, veneratione & adoratione* dignissimum comperirent.

X. *De verbis.*

443. Linguam dedit Deus hominibus, ut sit instrumentum societatis & communionis, ad quam natura hominem homini conciliat.

444. Hæc magnorum & bonorum & malorum est causa, prout utaris. Scitè Jacobus Apostolus *h* assimilavit eam clavo navis. Freni sunt illi injiciendi, & cohibenda, ne vel aliis noceat, vel sibiipsi.

445. Nullum est peccati ut facilius instrumentum, ita nec crebrius.

446. Nemini convicium feceris, neminem exsecreris, nemini noceto, nõ modò in re, sed nec fama atque existimatione.

447. In neminem petulantiùs aut procaciùs debaccheris, vel effusiùs ac immoderatiùs invehare, etiam lacessitus & læsus. Magis enim te & apud Deum, & homines cordatos lædes, quàm illum ipsum, cui maledicis.

448. Con-

f *vox Lampridii & Ulpiani auctoritate nota. Græcis* ἐυκαταφρόνητος, *Gellio* asspernabilis.

g *puto dicendum esse,* quem Deus nomine, vel honore, vel jure filii dignatur.

* *cultu, observantia.* h Jac. 3. 4.

448. Convicium convicio regerere, eſt lutum luto purgare.

449. Minitari, muliercularum eſt, nec *i* probarum.

450. Ne ſis tam tener, ut verbulis transverbereris.

451. Nec facundiam exerceas caninam, nec diſerti laudem affectes in alienam contumeliam: in quem infantem & mutũ eſſe ſatius eſt.

452. Alios reprehendere ne ſis ſolicitus *k*: hoc cura, ne ſit, quod alii poſſint in te meritò taxare *l*.

453. Verùm reprehendens ne utare acerbitate, aut atrocitate ùlla verborum: fac, ut objurgationis amarori aliquid admiſceatur dulce, quod plagam leniat, ſi quam facis.

454. modò ne fructus pereat reprehenſionis, dum rem ſtudes nimiùm mitigare, neu in aſſentationem prolabaris.

455. Aſſentatio deforme vitium: turpe illi, qui dicit; perniciosũm ei, qui audit.

456. Nec putes, rem ullam eſſe tantam, ut à recto & vero propter eam ſuſtineas deflectere, non hoc abs te opes, non ullæ neceſſitudines, non preces, non minæ, non mortis metus,

i *id eſt, & quidem non.*

k *Ne ſolicitè cogites, quomòdo alios reprehendas.*

l *Taxare eſt aliquem maledictis tangere. ab antiquo* tago. *Nos dicimus* ahngreiffen. *propriè eſt crebriùs tangere. etiam eſt æſtimare, quaſi tangendo exploratum.*

tus, & *m* certum periculum extorqueant.

457. Sic tibi & auctoritatem parabis, & fidem, ut oracula putentur esse, quęcunq; dicas. aliter despicieris & indignissimus judicaberis, qui vel audiare.

458. Sermone utitor modesto, civili, comi, non aspero, non rustico, vel imperito, sed nec accurato aut affectato nimis: ne, quum loquendum sit, ut intelligamur, sermoni tuo interprete sit opus.

459. Nec contumeliosum usurpes sermonem, aut reprehensorium aut rigidum: sed neque blandum, aut fractum, aut adulatorium.

460. Est quiddam mediocre, quod nec suã dignitatem abjicit, nec alienam tollit.

461. Lascivia & spurcities à sermone exstirpanda, ut à cibis venenum.

462. Nec celeritatem in loquendo nimiã suscipias, nec ut *n* cogitationem prævertant verba: nec respondeas, antequam, qua de re agatur, plenè intellexeris: &, quid ille, cui respondes, dixerit senserítq;.

463. Rarissimum debet esse illud Ciceronis: *Quicquid in buccam*: & meritò soli Attico dictum *o*: Ac nescio, an usquam admittendum, quum inter amicos cavendum sit, ne quid dicamus, quod amicitiam dirimat, aut lædat.

464. Quàm

m *malim* aut etiam certum.

n *id est*, neque ita, ut *&c. Malè legebatur aut.*

o *epist.9.lib.1.*

464. Quàm turpe illud & periculoſum: Lingua, quò vadis *p*?

465. Chriſtus Dominus noſter, ſciens, ex loquacitate plura oriri mala, & illa imprimis, quæ pugnāt cum capite legis ſuę, rixas, discordias, ſimultates:

466. ad circunſpectionem loquendi interminatus eſt, De omni verbo ocioſo, quod homines ſuerint loquuti, reddituros eos rationem in disquiſitione * illa mundi *q*.

467. Idcirco Pſalmiſta inquit: Pone cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis *r*.

468. Ne ſis in ſermone immodicus, ac ne multus quidem; néve audiri velis ſolus. eſt enim in loquendo viciſſitudo; etiamſi cum impetitiſſimis agas aut viliſſimis. ſed, nec adeò rarus aut tardus, ut ipſe te auſcultare exiſtimeris, ídq; facere, quòd ſingula tua verba ſingulæ tibi roſæ † videantur.

469. In-

p γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα καὶ πάλιν ἀναστρέψουσα. *Proverb. referente Suida* ἐπὶ τῶν διὰ λόγων ἢ ὠφελούντων ἢ βλαπτόντων. * *judicio, examine.*

q Matth. 12. 36.

r Pſal. 141. 3. *Ita vulgata verſio. oſtium circumſtantiæ intelligitur, quod circumſtet labia & claudat. Græci habent* θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. περιοχὴ *eſt ambitus, munitio, ſeptum. Hebr.* עַל דַּל *eſt ſuper elatum, erectum; uti Targum vertit* עַל זְקוֹף. *R. Sal.* שפה העליונה. *Aben Ezra accipit, tanquam* דֶּלֶת, *i.e.* januam. † *i.e. bene olere.*

469. Inter prudentes præstat audire, quàm loqui. sed est locus, ubi tacere tam est vitium, quam loqui, quando non oportet. Nulla voluptas est tanta, quæ comparari queat colloquio prudentis hominis ac diserti.

470. Ne sis nimis percontator. est enim molestum & odiosum. Noris & illud Horatii s:

Percontatorem fugito. nam garrulus idem est.

471. In disserendo ne sis contentiosus, aut pertinax. Si verum audias: hoc protinus silentio reverere, illíque tanquam divinæ rei assurgito t.

472. Sin non audias, nihilo minùs concede hoc vel amico, vel modestiæ tuæ: præsertim ubi nullum neque probi mores detrimentum accipiunt, neq; pietas.

473. Supervacanea est contentio, si non adsit proficiendi spes.

474. Arrogantiam & jactantiam, aut superbam & fastidiosam auctoritatem non ferunt homines, ne in maximis quidem viris, & omnem laudem meritis.

475. Ne verbis, quod scis, ostentes: sed rebus te ostende scire.

476. Nec, quicquid est jucundum tibi dicenti, idem credideris esse aliis audientibus.

477. Ca-

s 1. *epist* 19.
t *tanquam honorem habiturus.*

477. Cave, ne quid facias, quo *u* securus non sis, nisi celetur: sed, si fecisse contingat, nemini detexeris. Quod taceri vis, prior ipse taceas: sin detecturus es, vide etiam atque etiam, cui. Arcanum quid aut celandum, maximè amico quum committis: cave ne jocum admisceas, ne ille, jocũ ut referat *x*, occultum retegat.

478. Tibi verò arcanum creditum accuratiùs & fideliùs custodi, quàm depositam pecuniam.

479. Nihil erit in humana vita tutum, si tollatur secretorum fides.

480. Si quid promiseris, præsta, etiamsi res sit ardua in primis & difficilis; saltem ut obligatam alteri fidem solvas.

481. Si quid tibi sit promissum, ne exigas; acrior semper in te judex, quàm in alios.

482. Existimare decet te, homines habere sensum, rationem, mentem, judicium; ne speres te illis posse persuadere, malefacta esse benefacta, aut contrà: nec falli posse rebus simulatis, tectis, fucatis, adumbratis *y*, quæ tā-

dem

u *malè legebatur quod. Rectè autem Bohemica quo, & versio* čjmžby bezpečen nebyl, *i.e. in quo securus non fueris.*

x *id est, ne jocum fortè solum recitaturus simul extrahat arcanum.*

y *Adumbrare propriè est pictura umbratili aliquid fingere & simulare: item imitari; & prætextu aliquid assimulare. Ita Tacito lib* 4. lætitia adumbrata *pro ficta. Ita etiam Græcis* ἐπισκιάζειν *est in occulto latere.*

dem produnt se, & fiunt tantò fœdiores ac invisiores, quantò priùs occultiores fuerant.

483. Infestis enim animis accipimus ea, quibus sumus decepti.

484. Ideo consultius est omnia esse aperta, nuda, simplicia.

485. Nam, etsi aliquando veritas initiò odiosa sit, deinceps tamen nihil est amabilius aut gratius.

486. Laborat z aliquando veritas, nunquam opprimitur.

487. Nec mendacii utilitas solida est, ac diuturna; nec veritatis damnum diu nocet.

488. A mendacio, tanquam corruptela a quadam, abhorreto. nihil est enim humanæ conditioni abjectius, ut quòd illam procul à Deo separat, Diabolo similem, ac mancipium facit.

489. Deinde, seu tardè seu celeriter mendacium deprehenditur, vertitúrq; mentienti in turpem ignominiam.

490. Quid despectius aut vilius mendace?

491. Si mendacem te norint: nemo credet tibi, etiamsi affirmes verissima.

z *dum ei labor* (πόνος) *negocium, molestia, facessitur obtrectationibus, & sophistica. Sed se calumnia & mendacium tandem produnt audaciâ suâ; ut & mentientes contra innocentes, & nocentum defensores, & credentes falsis criminationibus pariter confundantur. Quod dum fit: in silentio & spe se pia mens defendet supplicationibus apud Deum, qui mundum regit, & non homines.*

a *qua rerum precia corrumpuntur.*

492. Contrà, si veracem, majorem habebit fidẽ nutus tuus, quàm aliorum sanctissimum jusjurandum.

493. Si non vis loqui repugnantia, si vis inesse verbis tuis constantiam: nihil opus est memoria, aut arte alia, quàm ut dicas semper, quod credis verum esse.

494. Verum vero consentiens: falsum nec vero nec falso *b*.

495. Sed, si vis in opinione tua verum inesse, ne facilè credas, nisi cõperta, vel magnam veri faciem præ se ferentia:

496. Neu sis suspicax. Unde illud sapienter dictum: ***Si vis esse verax, suspicax non eris*** c.

497. Miserum illum, qui id egit, unde extricare se non potest, nisi per mendacium!

498. Ju-

b *mendacium πολυειδὲς.*

c *Suspicando jus peccandi fit. Sen lib. 2. de ira cap. 24. laudat Cæsarem his verbis*: Gratissimum putavit genus veniæ, nescire, quid quisque peccasset. plurimum mali credulitas facit. Sæpe ne audiendum quidem est: quoniam in quibusdam rebus satius est decipi, quam diffidere. Tollenda ex animo suspicio & conjectura, fallacissima irritamenta. Ille me parum humanè salutavit, ille osculo meo non adhæsit, ille inchoatum sermonem citò abrupit, ille ad cœnam non vocavit. Non deerit suspicioni argumentatio: simplicitate opus est & benigna rerũ æstimatione. Nihil, nisi quod in oculos incurret manifestumque erit, credamus, &, quoties suspicio nostra vana apparuerit, objurgemus credulitatem. Hæc enim castigatio consuetudinem efficiet non facilè credendi.

498. Jurare ne consuescas. Sapiens enim ait: *Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non recedet à domo ejus plaga* d.

499. Et Dominus in Euangelio suo vetat nos penitus jurare: tantùm affirmare, ita est; aut negare, non est *e*.

500. Magna est Dei reverentia, non illum passim, aut facilè testem adducere. Non hoc debet, nisi ab invito & coacto fieri.

501. Qui facilè in seriis jurat; in jocis jurabit: qui in jocis; & in mendacio.

502. Si qui tibi credituri sunt, æquè injurato credent, ut jurato: si non credituri; magis etiam † jurejurando avertentur.

XI. *Quomodo hominibus utendum.*

503. Inter homines est aliquod faciendum discrimen. Sunt enim ex iis alii domestici, alii noti tantùm, alii ignoti.

504. Domesticos voco consanguineos, affines, & quibus cum in eadem domo & familia degis.

505. Omnes sunt diligendi. etiam in ignotos talem te ostendes, ut sentiant, te in universum toti generi humano amicum esse, omnibúsq; bene cupere.

d Sirac. 23. 12. πολύορκος.
e Matth. 5. 37. † male, magis etiamsi.

506. Non tamen te eundem præstabis omnibus, ut lineam albam in albo saxo *f*. Alios adhibebis consilii, aliis parebis & obsequére, alios revereberis ac coles, aliis gratiam referes, si quod ab eis tuleris beneficium, & iis potissimùm, quorum opera usus es utili tibi, aut diligenti, aut fideli.

507. in quo animus pro opere computandus est: nō in multo pejore loco videatur esse, qui conatus est, qui voluit prodesse, quàm qui profuit.

508. Operam si accepisti, ne sis minùs de reddendo & compensando solicitus, quàm si pecunias mutuas †.

509. Nec putes, minus esse operam dedisse, duntaxat honestam, & à sincero profectam animo, quàm pecuniam. quin hoc majus, quó cuique corpus quàm externa charius debet esse. Ne exspectes, dum necessitates *g* ad te suas familiaris deferat, tu illas odorare, & * eis ultro subvenias. Honestis precibus

f *linea alba in albo saxo nihil distinguit; ut neque nigra in nigro. nos autem cum hominibus distinctè & discrecretè, ut ita loquar, versabimur, non confusè; ut velut distinctis coloribus diversos homines respiciamus. Alio etiam sensu* alba linea *dicebatur in spectaculis; ubi prætor Circensibus signū mittendi currus dabat, praeunte linea alba à carceribus ad metam. Vide* Jos. Scalig. in lib. 1. Manil. & Cælium Rhodigin. lib. 3. c. 14. † *sc. acceperis.*

g *id est angustias, calamitates.* communis officii necessitates *dicit Plinius epist. 4 lib. 3.*

† mercke, *animadverte, indaga, vestiga, malè* adorare.

* *Ita Pragensis rectiùs. alii legunt* sed. *Malim tamen* ut.

cibus occurre,&,antequam oreris,exorare.

510. Parentes non amabis solùm, sed secundùm Deum unicè venerabere, illorum jussis, tanquam divinis imperiis, obtemperabis.

511. Persuasus, id quod res habet, illos vicem tibi referre in terris Dei, nec te vel chariorem cuiquam esse vel majori curæ.

512. His proximi sunt præceptores, pædonomi *h*, tutores denique, quibus commendata est morum tuorum cura, quìs nihil est in homine preciosius aut præstabilius.

513. Istos, velut alteros parentes, ama & reverere: his modestè, imò cum alacritate quadam pare, reputans, quæcunque præcipiunt, non ad sua illos referre commoda, sed ad tua.

514. Quod quum ita sit, pessimam tu illis gratiam redderes, si, ubi ipsi commodis tuis intentissimi sunt, tu eis odium aut contumaciam pro tali beneficio reponeres.

515. Crede, te illi esse charum, à quo amicè reprehenderis.

516. nec unquam reprehensionem obesse vel inimici. nam, si vera objicit, ostendit, quod emendemus: sin falsa, quod vitemus. ita semper vel meliores reddit vel cautiores.

h παιδονόμος, *qui pueros regit. Etenim* νέμω *non est tantùm tribuo, possideo, pasco: sed etiam administro, ut apud Herodianum* νέμειν σύγκλητον βουλήν.

517. Quos familiares tibi facturus es, explora priùs, quibus sint moribus, &, quemadmodum se cũ aliis amicis gesserint, ne te postea necessitudinis pœniteat.

518. Ne familiaris illi fias, cujus familiaritatem bonos vides aversari. Eos etiam vita, qui non te amabunt, sed tua: quales sunt parasiti *i*, & quorum consuetudine ac tanquam affrictu, vel pejor fies, vel labẽ aut periculum contrahes. Illos quoque, qui amicis felicioribus invident: tum qui jocorum studiosi nihil pensi habent in vitam & maximè arcana amicorum ludere, ac dicta * dicere, aut innata loquacitate reticenda cum primis effutiunt: sed illos potissimùm, qui ob levem rixulam † gravissimas inimicitias cũ charissimis suscipiunt, acriúsq; eos ulciscuntur, quos aliquando amarunt, quàm quos semper oderunt: barbarica quadam persuasione, minùs ferendam esse injuriam, quæ fit ab amico, quàm quæ ab inimico, in

i *παράσιτος, qui σῖτον παρά τινι, id est, cibum apud aliquem sumit: ὁμόσιτος, σύνδειπνος. Item assentator, κόλαξ.*

* *id est, proverbia, dicteria, ut Terent. Eun.* 3. 1. Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetus credidi.

† *parvam rixam, liticulam Cic. lib.* 10 *epist.* 6. Talẽ igitur te esse oportet, qui primùm te ab impiorum civium, tui dissimillimorum, societate sejungas: deinde te senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem præbeas: postremò, ut pacem esse judices non in armis positis, sed in abjecto armorum & servitutis metu.

co, in quo se ostendunt nunquam amasse. alioqui non putarent, se tam citò læsos. Ejusmodi præstat inimicos aut certè ignotos habere, quàm amicos.

519. Esto in admittendis ad familiaritatem cunctantior, in retinendis semel admissis cõstantior.

520. Familiares elige, non placituros tantùm, sed & profuturos; non, eos qui omnia loquẽtur ad gratiam, sed qui ad commodum; nec, qui suaviter assentabuntur, sed, qui verè admonebunt.

521. Si consueveris assentatoribus delectari, nunquam verum audies.

522. Ex bestiis exitiabiles maximè, inter feras invidia, inter mansuetas adulatio.

523. Quàm amãda sapientia & virtus, tam exsecranda assentatio, quæ impedit, ne illuc perveniamus, dum suadet jam pervenisse. tam diligẽda recta admonitio, quæ illuc provehit, dum, quantum supersit, &, quemadmodum conficiendum sit, docet.

524. Si reprehendi fers ægrè; reprehendenda ne feceris.

525. Miserum illum, qui admonitorem, quum eget, non habet!

526. Malorum hominum consuetudinem non secus atq; ictos peste devita. utrinq; enim metuendum contagium.

527. nisi talis sis, qui confidas, te posse illos meliores reddere.

528. Sed huic fiduciæ non est nimis fidendum; præsertim, quoniã natura nostra in malum fertur prona, ad virtutem autem acclivis est atque ardua semita.

529. Explora, & ipse qui sis, quo loco, qua conditione: nec putes, rem ullam esse tantam, ob quam tibi plùs, quàm ceteris, liceat.

530. Quò tibi plùs, concedente more *k*, licet, hóc minùs, retrahente † moderatione, libeat.

531. In minores præbe te comem, in majores reverentem, in pares facilem ac tractabilem *l*.

532. Sic, ut vitio sis *m* semper durus, rigidus, inexorabilis.

533. A potentioribus contemni te, ne inique accipias: potiúsq; id crede fieri fortunæ *n* vitio, quàm hominis. 534. Si

k *i e. permittente consuetudine.* † *aliter* traheute. *Utrunq; dici potest. Sed* retrahente *est, dum te retrahit.*

l *id est, promtum ad gratificandum & utibilem, officiosum, χρηστόν. Bohem.* ochotné a powoene: bereit und willfährig. *Facilis hic opponitur moroso, qui difficulter accedit ad officia aliis præstanda,* dienstbaft. *Tractabilis homo dicitur, cui non est mos contradicere & facere, qui rationibus facile cedit*: mit dem woll daher zukommen ist.

m *Divisis dictionibus: nempe* contra vitium; *personæ sunt diligendæ, vitia odio habenda. Bohemus vertit* proti hřichu, *id est, contra peccatum. Quædam editiones habent* vitiosis.

n *i.e. conditionis & status*, daß es stands gelegenheit also erfordert.

534. Si quid à minore proficiſcatur, quod tibi parum placeat, cogita, non id protinus injuriam† eſſe, ſed libertatem.

535. te etiam nimis eſſe delicatum, cui leves titillationes grandes videantur eſſe plagę.

536. Nec oportet exiſtimes, te ſolum eſſę hominem, reliquos pecudes, quibus nec mutire liceat. Homo es, vive æquo cum reliquis hominibus jure.

537. Imò verò, ſi ſapientior es, ſi melior: hóc indulge, hóc concede magis de jure tuo cęteris, tanquam imperitioribus aut imbecillioribus: tibi verò minùs velis ignoſci, cui tãtùm robur ſapientia & virtus attulére.

538. Si virtute non excellis: cur poſtulas videri aliis potior? ſi excellis, cur affectibus moderandis non plùs, quàm vulgus præſtas?

539. Injuriam accipere, quàm facere; decipi, quàm decipere, ſatius & præſtantius: ꝙ nec humana ignoravit ſapientia, ut Socrates, Plato, Ariſtoteles, Seneca.

540. Memineris humanę imbecillitatis eſſe falli, errare, nec *o* tę graviter aliorum delicta offendant, præſertim adverſum *p*.

541. Ignoſcere, generoſi pectoris: iram retinere, atrocis, ſævi, degeneris, vilis:

† *aliter legitur* contumeliam.

o *aliter legitur* ne.

p *id eſt, modò tú iis delinquendi cauſam non dederis, ſed peccatis contrarius fueris. Quæ enim impedire non potuimus: judicio Dei relinquamus.*

lis:quod & natura in mutis animantibus ostendit.

542. Qúmq; Deus nihil vel crebriùs faciat, vel libentiùs, quàm ignoſcere: quis eſt tam demens, qui negare poſſit, illud eſſe pulcherrimum atq; excellentiſſimum, quo tam propè ad naturam illam accedimus ſummi & prępotentis Dei?

534. Eris in homines talis, qualem cupis Chriſtum erga te.

544. Et eſt profectò æquum, ut eā tu des hominibus veniam, quā in eisdem delictis, aut aliis non paulò levioribus ipſe eges.

545. Nulla oratio præſtantior aut efficacior apud Deum illâ, quam edocti ſumus ab ejus filio Chriſto Domino, quæ idcirco Dominica nominatur.

546. At illam non potes verè ac puro animo dicere, niſi toto pectore homini condonaris., quicquid ipſe condonari tibi à Deo petis,

547. Hac lege remittitur nobis ingens debitum, ſi nos exiguum remittamus.

548. Quicquid unquam homo in hominem peccavit, minutiſſima pars eſt ejus, quod quivis hominum ſingulis momentis in Deū peccat. nimirum tantum, quantò major & excelſior eſt homine Deus.

549. Si cui es iratus, fac juxta monitum Apoſtoli, ne ſol occidat ſuper iram tuam.†

† *Eph.* 4. 26.

550. Con-

550. Concessurus cubitum, omnes ex animo rixas, iras, offésiones, cupiditates, solicitudines depone, ut composito & tranquillo animo placidissimè te quieti tradas.

551. Cui semel ignoveris, cura, ut ille sentiat, bona fide id esse actum, ut nec ipse injuriam memineris, & te experiatur amicum, si qua in re juvare aut commodare illi potes.

552. Affectus injuria, cave, ne ultionem tuis manibus de quoquam sumas, nec eam ulli mortalium mandes. non est tibi jus in servum alienum, imò in conservum tuum. Domino tuo injuriam facis, si non illi cognitionem relinquis de conservo tuo.

553. Atqui Deus est omnium Dominus: universi sumus ejus servi. Sit satis, te questum, ac ne queraris quidem. Oculus Domini singula intuetur, & juxta sacrum verbum, ipse novit & facientem injuriam & patientem.

554. Idcirco sic ipse omnibus edicit: *Mihi vindictam, & ego retribuam* q.

555. Nam, quum in animo sit injuria, nō in facto: solus Deus scit, qui r fuerit animus, & quod ei debetur supplicium.

556. Plerumq; putamus, eam esse injuriam, quæ non est: ut sunt nobis affectus nostri nimis chari, qui non sinunt nos singula rite examinare, sed ad judicandum transversos vi sua rapiunt.

XII. *Quo-*

q Deut. 32. 35. Rom. 12. 19. Heb. 10. 30.
r *id est, quisnam.*

XII. *Quomodo se quisq; geret erga seipsum.*

557. Convenit, te non charum modò esse tibiipsi, sed etiam venerabilem præbere, ut pudeat te tuiipsius aliquid facturi vel ineptè, vel imprudenter, vel impudenter, fœdé, flagitiosé, sceleratè, nefarié, impié.

558. Pluris facias judicium cõscientiæ tuæ, quàm vocés omnis ingentis multitudinis, quę imperita & stulta est: ignota temere, ut probat, sic & damnat.

559. Conscientia est, quæ turbata maximos affert animo cruciatus: tranquilla, maximam beatitudinem, cui nullæ opes, nulla possunt regna comparari.

560. Hoc est, quod Dominus in Euangelio pollicetur suis, multò plura etiam in hac vita recepturos eos, quàm quæ pro se repudiarint.

561. Fama nec profutura malo, nec læsura bonum.

562. Mortuus quid plus referes de fama, quam pictura Apellis laudata? aut equus in Olympia *s* victor? nec vivo quidem prodest, si e-

s *id est, ad urbem Olympiam, quæ est in Elide Peloponnesi. ibi olympia celebrabantur, ludi tota Græcia notissimi. nempe quatuor in hac erant* ἀγῶνες, *Olympia, Isthmia, Nemea, Pythia. sc.* ἱερά. *Qui in eis victores erant, vocabantur* ὀλυμπιονῖκαι *&c. Inde Olympias chronologica vox. Suidæ* πενταετηρικὸς ἀγών. *Olympias Iphitea est mensium lunarium 49. Juliana seu lustrum illam excedit 14. diebus. Vide Scalig. chronolog. canon.*

si eam ignorat: si novit, nihil affert aliud, nisi ut sapiens contemnat, insipiens sibi magis placeat.

563. Conscientia verum & solidum & duraturum reddit testimonium, plurimùm in illo Dei judicio valiturum, vitæq; hujus magna est magistra, &, quemadmodum scitè ille *t* dixit, *Murus aheneus*, quo & tuti agimus inter innumera vitæ pericula & securi: nec ullus est tantus error, qui eum commoveat. est enim mente defixu Deo, illíque fidit uni, ac ei se novit peculiari esse curæ, cui scit parére universa.

564. Turpe est aliis notum esse, ignotum sibi.

565. An non tibi sufficit, te & tibi notum esse, & (quod maximum est) Deo?

566. Qui tamen numinis curam abjiciunt, ut audaciùs & securiùs peccent: ii dupliciter sunt mali, quòd nec homines reverentur nec Deum.

567. Et in conscientiam injurii sunt, quam derident ac deludunt, tanquam ob id spreverint famàm, ut se conscientiæ suæ liberiùs vindicarent†: quæ hac de causa effusiùs delinquit, quòd nullo metu coërcetur.

568. Hoc

t *Horat. epist.*
—— Hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Est autem aheneus poëticum pro æreus: etsi Gellius quoque simulacra ahenea dicat l 6 extremo.

† *ut in conscientia sua curam pleniùs incumbere posset.*

568. Hoc est amare se, conari, laborare, magnis precibus à Deo petere, ac contendere, ut excellentissima nostri pars ornata atque exculta sit veris germanísque ornamentis, nempe religione.

569. Non is amat se, qui opes, qui honores amat, qui voluptates denique, quæcunque sive extrinsecus sunt sive in corpore: quum potissima hominis pars sit mens.

570. Nec amat se, qui ignoratione sui seipsum fallit, vel falli se ab aliis patitur: interdum gaudet, quum ea sibi persuadet inesse bona, quæ nulla insunt.

571. Hic non est in homine amor sui, quũ ipse sit animus: sed amor corporis inconsultus, cæcus, ferus, perniciosus sibi & aliis.

572. Quem non injuria *u* caput esse, ac originem malorum omnium Socrates pronunciavit. * quippe tollit charitatẽ mutuam, unde in genere humano mala omnia nascuntur.

573. Nimirum, qui se hoc modo amat, is nec alium *x* amat, nec ab alio amatur.

574. Superbus mitibus *y* discors; superbis *z* multò etiam magis.

575. Ser-

u *non immeritò.*

* *vide Plat. l. 8. de ll., & M Ficini comment. in conviv. Plat. orat. 6. c. 8 & orat. 7. c. 3. 16.*

x *Bohem.* ginche. *Sic ex Bohemica editione. Ineptè legebant alia,* alienum.

y *i. e. erga mites, ἠπίους, ἐπιεικεῖς, mansuetos πρᾴους,* Mitis *opponitur* duro, immani, fero.

z *superbi nec humiles nec superbos ferre possunt.*

575. Servator noster brevi declarat documento, quid sit amare se, quid odisse : Qui odit, inquit, animam suam/ nihil illi in rebus istis fortuitis † aut perituris indulgendo, is verè amat eam & salvam cupit : qui verò amat indulgendo, is odit, is vult perditam *a*.

576. Laborem pro æterno & cœlesti præmio quis nisi amens refugiat? quum nec caduca hæc & fragilia citra laborem acquirantur.

577. Hæc est lex eorum, quibus pater est Adam, ut laborent : hæc eorum exsecratio *b*, quibus mater Eva, ut affligantur.

578. Quantò pręstat *c* anniti, ut maxima merces operâ nostrâ quæratur, quàm exigua, vilis & evanida? atque hinc æternus cruciatus & mœror.

579. Quid? quòd facilius & tutius, & securius ac proinde jucundius leviúsq; est, bene agere, quum peccatum timoris & solicitudinis sit plenum?

580. Peccatum hominis mors *d*. ut jugulare seipsum videatur, quisquis peccat. abducit enim se à Deo vitâ nostrâ *e*, & à quiete conscientiæ suæ, quâ nihil est beatius.

581. Pec-

† *id est, casui subjectis, caducis.*

a *Sensum recitat ejus dicti, quod legitur* Matt. 10 39.

b *id est, ita maledicti, ad hanc miseriam damnati sunt & deputati.*

c *id est, melius est. Cicero pro Dejotar.* Tantò ille superiores gloria vicerat, quantò tu omnibus pręstitisti.

d *causa mortis.* Rom. 6. 23.

e *qui est vita nostra, id est vita auctor.*

581. Peccati sordes ablues lacrimis, pœnitentiâ,& invocatione divinæ clementiæ,multùm huic confisus.

582. Occasio omnis peccandi & causa, intentissimâ curâ vitanda est.Sapiens ait: *Qui amat periculum,peribit in eo.*f

583. Et imminet *g* semper occasioni suæ Diabolus, per quem nunquam nobis licet securis agere.

584. Semper est cum eo belligerandum, ut verè Job *h* dixerit: *Militia est vita hominis super terram.*

585. Et quum sit hostis tam potens, robustus,vafer, tam callidus, veteranus *i*, exercitatus,tot vires habeat, tot strategemata *k*: nulla ratione, aut arte,aut vi nostra propria possem⁹ pares illi,nedum superiores è conflictu excedere.idcirco diffisi nostris copiis *l*, ad Deũ accurren-

f *Sirac.3.26.* ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον, ἐν αὐτῷ ἀπολεῖται.

g *instat paratus est,captat.*

h *Job.7.1.*

i *Hostis veteranus dicitur à Livio lib.1.bell. Pun.*

k στρατήγημα *est propriè, res q̃ exsistit à* στρατηγοῦ, *i.e. duce exercitus. Cic. l. 3. de natura deor. consilium imperatorium vocat potiùs consilium solers, callidum, in bello inventum ad hostis perniciem. Jul. Front. præf. l. 1. solertia ducum facta interpretatur.*

l *hic metaphora est à militia. copia propriè confluxus & multitudo opum. Deinde est qualibet abundantia,facultas potestas: & in specie multitudo exercitus. Copem pro copioso veteres dicebant. Non Marc.cap.2. Ita Plautus* copi pectore,*Turpilius* copem rem: *Pacuv.* copem diē *dixit.*

Cæterùm

currendum est, ad opem implorandam.

586. Hac causa Domin⁹ ac magister noster suis illud subinde præcipit, orent & religiosis affectibus à patre omnium petant, ne in tentationem ducantur, hoc est, in prelium, quo manus cum Diabolo conferant *m*.

586. Et in oratione, quam ipse nos docuit, illa est coronis: *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à pravo illo* *n* insidiatore.

588. Sic ergo agamus semper, tanquam in acie armati, vigilantes, accincti, intenti, occasionibus nostris nõ indormientes†. &, quũ tanta sit vitæ fugacitas, in tanta incertitate *o*, ut ne crastinum quidem possit sibi quisquam polliceri *p*: stultum est & periculosissimum, si spes nostras in longum tendamus, differamúsque nos adornare futuro itineri, quò singulis mo-

Cæterùm, quòd dicit diffisi *&c. id syntaxis postulat sic enunciari*: Diffisis n.c.a. D. accurrendum est. *Sed, quia in ea oratione ambiguus est casuum concursus, sic mutemus*: Diffisi nostris copiis ad Deum accurramus, implorandæ opis gratiâ.

m *i.e. cum eo pugnent, eum oppugnent fide, habita promissionibus, & obedientia mandatorum*

n *rectè* ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, *à maligno illo, qui nobis* πόνον φέρει, *molestiam facessit. nos vocamus* böswicht.

† *Indormire propriè est* ἐγκαθεύδειν: *deinde est cessare, tardum, desidem esse.*

o *Pragensis editio habet* incertitudo. *& sic usitatè loquimur, quanquam vox neutrà sit Latina. Puriùs loquuturi* incertum *dicimus, tanquam substantivè; ut* incertũ conditionis.

p *pro certo habere, firmiter sperare.*

mentis vocamur; inscii, quando (velimus nolimus) in illud pertrahemur. Quamobrem paremus nobis thesaurum ad futuram vitam, cui aliquid quotidie accrescat, quo instructi & cõfisi, nunquam per segnitiem aut socordiam inopinãte[q] opprimamur, aut discedamus mœsti, sed parati abire, & vitæ hujus pleni[r], agentes præ nobis magnam & optimam spem[s] vitæ, innocenter sanctéq; transactæ per fidem filii Dei & pietatem[t], quam nos edocuit. quo munere nullum potuit homini à Deo majus aut pulchrius dari: quo Deum noscimus, & quantum effici à mortali potest, æmulamur, sequimur, consequimur.

589. Sine hoc quid est homo aliud, quàm immortale pecus?

590. Ut unus dies humanæ vitę pręferendus est longissimæ ætati corvi aut cervi: ita dies unus ex religione[u] actus, hoc est, divinæ vitæ, toti æternitati sine religione anteponendus.

591. Hæc est vita æterna, inquit Christus[x] Domi-

q. *ἀπρονοήτως Just. l.* 2. navibus inopinantes aggressus.

r *dierum saturi, ut scriptura loquitur.*

s *quasi præmittentes. Dicimus agitare spem. Ovid.* 7. *metamorph.* alere, assumere, capere, habere spem *&c.*

t *sic, ut fiduciam non in nobis & nostris operibus, sed in gratia Dei & meritis Christi ponamus: & nos conscientia recta in Deo promissionem erigamus.*

u *id est, secundùm religionem, religiosé.*

x Joh. 17. 3.

Dominus, ut cognoscamus patrem & quem ille misit Jesum Christum.

592. Hic est cursus absolutæ sapientię, cujus primus gradus est, nosse se, postremus nosse Deum.

Regi seculorum immortali, & invisibili, soli Deo, honor & gloria.

* * *

Brugis 1524.

600

SATELLITIUM ANIMI,

Sive

Symbola, principum institutioni potisſimùm deſtinata.

EURIP.

Ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς.

Fortisſimum telum eſt virtus mortalibus.

JOH. LUDOVICUS VIVES D. MARIÆ, CAMBRIÆ principis, Henrici IIX. Angliæ regis filiæ, S.

Solitum est principibus adhiberi satellitiũ, quod pro custodia corporis & vita illorum perpetuò excubet: recepto magis more, quàm sapienti aut probo a. *quum principes eo ipso metum suum testentur, qui verè ex conscientia nascitur: nec ulla certior custodia sit aut fidelior, quàm innocentia, & populorũ amor, qui non armis aut terrore extorquetur; amore, fide, diligentia, cura communium commodorum elicitur. Nec immeritò laudata est Agasicles* b *Lacedæmonum regis sapientissima vox: posse quemvis sine satellitio regnare,*

a *re licèt per se media, & ad dignitatem divini muneris pertinente: ut plurimùm prava in modo.*

b *Plutarchus in apophthegmatis Laconicis hujus meminit his verbis:* Agasicles Lacedæmoniorum rex cuidam mirãti quòd auditionis alioqui studiosus Philophanem tamen sophistam non admitteret, respondit: se debere eorum esse discipulum, quorum etiam filius esset. Idem interrogatus, quomodo princeps absque stipatoribus (ἀδορυφόρητος) esse posset tutus, respondit. si subditis ita imperaret, ut pater filiis.

qui sic subditis imperaret, ut filiis pater. Sed si consuetudo, tot annorum usu comprobata, tolli tam subitò non potest: ne custodibus corporis istius careas, parentes tui curabunt. Ego verò à matre tua, inclita & sanctissima fœmina rogatus, satellitium circumdabo animo tuo, quod te securiorem ac tutiorem præstabit, quàm hastati aut sagittarii quicunque. Nam hæc corporea custodia, corrupta nonnunquam vel precio, vel metu, vel deliciis, imperatorem suum aut deseruit, ut Neronem; aut prodidit, ut Galbam; aut etiam occidit, ut Pertinacem. Hi abs te semel bona fide asciti, pectora sua pro salute tua adversus impetus assultúsque & insidias omnes objicient. Est enim majus animo periculum à viribus & astu vitiorum, quàm corpori ab externis aut intimis simultatibus: quantò cuique charior esse debet animus quàm corpus: & vitiorum callidiores insidiæ atque occultiores, & eorum tyrannis gravior & interitus animi acerbior & terribilior. Accipies igitur satellites ducentos, aut paulò plures, quos sic tibi facies familiares, ut nec noctu, nec interdiu, nec domi, nec in publico sinas à tutela tui vel latum unguem discedere; ne

his

bis aut certè ſimilibus deſtituta præda ſis Diabolo: qui, ut Petrus ait, tanquam leo rugiens circumit, quærens, quem devoret c. Symbola *appellavi, quaſi notas quaſdam, cujusmodi| vetus mos erat principibus|ſe inſignire: quod & fit hodie. Sed latiùs res patuit, ad vulgum etiam progreſſa: unde tanquam ex ſtultitiæ fonte manarunt illa ſtolidæ cujusdam arrogantiæ, quæ hoc tempore principes uſurpant, indigna non modò Chriſtianis, ſed etiam gentilibus: quibus illi omnibus minantur, omnes terrent, ſibiipſis plus tribuunt, quàm homini eſt conceſſum, majorémq; in potentia ſua fiduciam collocant, quàm in Deo. Intelligi poteſt, de quibus loquar: nec mihi explicatiùs quicquam dicere neceſſe eſt. Ejusdem ferociæ ſunt inſignia leonum, urſorum, pardorum, luporum, ſerpentum, draconum, moloſſorum, aquilarum, vulturum, gladiorum, ignium* d, *& hujusmodi, tanquam pulchrum & magnificum, & verè principe dignũm ſit, talis eſſe ingenii, qualis ſunt illa, atrocis, rapacis, ſævi cruentique. Quantò*

c 1 Pet 5. 8.

d *ſed in his aliquid commendabile ſpectandum eſt, q moneat de officio, ut magnanimitate, charitate, clementia, juſtitia vindice &c.*

præſtaret aliquid pro inſignibus oſtendere, quod humanitate, comitate, lenitate, dulcedine alliceret, atq; invitaret? aut gravitatis & præſtantiæ magnitudine ac majeſtate detineret? Porrò ſymbolorum hæc eſt lex, ut ſententiam abſolvant verbis ad ſummum quinque, &, quò breviora ſunt, hoc venuſtatis plus habeant: quale eſt illud Auguſti, Matura. *Obſcuritatis aliquid & allegoriæ ſymbolum condit, ut paulum à naturali ſenſu deflectatur: modò ne tanta ſit, quanta Pythagoras eſt uſus, & ab intelligentia dictorum ſuorum arceret imperitos, qui ſymbola ſua longiſsimè verbis abduxit illinc, quò ſenſus ſpectabat: adeò ut Tyrrhenos induxerit, illis citra* [e] *omnem allegoriam* [f] *parére, quum eam non aſſequerentur. Idcirco & expoſitiunculas addidi, breves quidẽ pro rei argumento: ſed in hoc tantùm, ne te in multis ambiguitas vel remoraretur vel falleret. Mihi pro ſatellitio nolo ſtipendium aliud numerari, quàm ut lex Chriſti, unde ſunt nobis hæc deſumta (utique voluimus* [g]) *in tota vita atque actionibus*

tuis

e *malè* circa. *Latiniùs*, induxerit, ut parerent.

f *id eſt, ſimpliciter; ut verba ſonant, ſine obſervatione myſtici ſenſus.*

g *i.e propoſitum hoc nobis fuit.*

tuis regnet: magno exemplo privatarum, ſi talis ſis princeps ipſa; quod facilè conſequéris matris tuæ imitatione. Homini enim Chriſtiano, quod poteſt amplius præmium aut præſtabilius in hac vita contingere, aut ad futuram fructuoſius, quàm videre rectas ſuas admonitiones, non irritas cecidiſſe? & operâ ſuâ auctam aliquorum pietatem? Impertiat tibi Dominus Jeſus *ſpiritum ſuum, ut & feliciſſima quàm diutiſſimè vivas, & fortunis* omnibus probitatem anteponas.* Brugis ad Calend. Quintiles.

M. D. XXIV.

* *id eſt divitiis, generi, robori, formæ.*

1. SCopus vitæ Chriſtus.
Sit hoc primum ſymbolum, tanquam felix auſpicium a *cæterorū: quo monemur, omnia referenda in Chriſtum, et in eum dirigenda, ut jaculantium ſagittas in ſcopum* b.

2. Pax

a *auſpicium vox ethnica eſt, nempe actio ſpeciendi aves & earum paſtum obſervandi, divinationis causâ. Quia autem id faciebant rem aliquam incepturi, pro primordio poni ſolet. Nobis Chriſtianis vox non proba.*

b *ita animi noſtri amica jacula & radii ad Chriſtum referentur.*

2. Pax Christi.

Hæc est, quæ in totum hominem placidissimam concordiam & quietem invehit, ne quid in ipso tumultuetur, nec cum alio intus aut foris pugnet vel dissentiat.

3. Murus aheneus sana conscientia.

Impenetrabilis est enim, & qui maximè hominem tutatur, ex Horatio c:

—Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

4. Felicitas unica, intus nil strepere.

Fons humanæ felicitatis & miseriæ in animo est; qui si tranquillus sit, suavissimè agimus: sin commoveatur, insuavissimè; ut, si fons turbetur, cœnosa est aqua: si quiescat, liquida & gustui grata.

5. Bonis omnia in bonum.

Homo probus & sapiens, quæcunque sive bona contingant sive mala, ad suam utilitatem vertit dexteritate sapientiæ. Deus etiam omnia, quæ dat charis sibi, convertit in salutis instrumentū, sicut Paulus d *inquit*: Diligentibus Deum omnia redeunt † in bona.

6. Suspicionibus securis e.

Non indulgendum suspicionibus, non leniter avertendæ, sed securibus rescindendæ.

7. Vir-

c lib. 1. ep. 3.

d Rom 8. 28.

† *πάντα συνεργεῖ. id est*, omnia cooperantur, *seu simul sunt adjumento* in bonum.

e *πέλεκυς, ad resecandum.*

7. Virtus *f* instar omnium.

Nulla enim re ad bene vivendum indiget, qui eam habet: quod Stoici † senserunt, & id sentire Christianos magis decet.

8. Virtus citra fortunam *g* valida.

Et hoc ex Stoicis & Christianis.

9. Tibicen fortunæ virtus.

Infirma sunt sine virtute, quæcunque vel exterius contingunt, vel corpori. ideo sustentaculum fortunæ est virtus. hoc enim in ædificiis est tibicen.

10. Sanus intus & exterius.

Juvenalis h *ex Socrate:*

Orandum est, ut sit mẽs sana in corpore sano.

11. Antidotum vitæ patientia.

Horatius i, *Cuivis dolori remedium est patientia, hoc est verum antidotum contra tot venena hujus vitæ, quibus undiq; intrinsecus & extrinsecus invadimur.*

12. Sal vitæ amicitia.

Insulsa est enim vita sine amicitia, & maxima quæq; oblectamenta insuavia, ut Cicero in Lælio declarat.

13. Oculus vitæ sapientia.

Sapientia est rerum humanarum & divinarum

f *fides, spes & charitas.* † *confuso virtutis nomine.*
g *id est, citra caducas opes & favores mundi.*
h *Satyr.10.*
i *Horatius 1.carm.od:24.* Levius fit patientiâ, Quicquid corrigere est nefas.

rum notitia: qua sublata, cæca esset vita nostra, & in densissimis tenebris destituta k.

14. In virtute oculi & manus.

Inspicienda enim virtus, & agenda.

15. Multi nimiùm, nemo satis.

Habent, intellige. Ex Seneca: Fortuna multis nimium dedit, nemini satis. *Nam multi quum plùs, quàm sufficit aut oportet, possideant, nondum tamen videntur sibi habere satis; quòd ad cupiditatem vivunt, quæ insatiabilis est* l.

16. Satis hoc contento *m*.

Nihil tam exiguum, quod non sufficit ei, qui amplius non requirit.

17. Satis relicturo *n*.

Quid juvat tam multa congerere, aut tam anxiè custodire? quum, velimus nolimus, relinquenda sint.

18. Intus, quàm exteriùs, formosior.

Vera pulchritudo est in animo. Idcirco Stoici solum sapientem vocabant pulchrum. Cicero 3. de Fin. & Socrates apud Platonem in Alcibiade de Votis, optabat, ut intus pulcher efficeretur.

19. Intus, quàm exteriùs ornatior.

Orna-

k *deserta, derelicta.*

l *lib. 7. de beneficiis, cap. 26.* Aspice, quemadmodū immensæ hominum cupiditates hient semper & poscant: non miraberis, ibi neminē reddere, ubi nemo satis accipit.

m *i. e. ei, qui hoc est contentus, quod habet.*

n *ei, qui omnia tandem relinquet.*

Ornamenta interiora ſunt virtutes, eruditio, acumen, quæ excellentiora ſunt veſtimentis aut formâ corporis.

20. Harmonia interna.

Vt nihil ab alio diſſonet, ſed ſit concentus in animo dulciſſimus. hanc veram eſſe muſicam, dicebat Socrates.

21. Velle inſtar omnium.

Apud Deum ſufficit velle, & gentilium ſunt illa celebrata,

Si deſunt vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Et, Voluntas pro facultate.

22. Naturâ quis pauper?

Nulli poteſt deeſſe, quo ſe ſuſtentet. ſic enim providit natura, ut facilè ſuppetat animantibus alimonia, modò ne quis putet, ſe non poſſe vivere ſine pane ſiligineo, & piſciculis ex mari Aegeo advectis, aut aviculis multo o *parandis. panis & aqua vitæ ſufficit, interdum* p *ſolum olus.*

23. Opinione quis dives?

Nemo eſt humanis opinionibus dives, quæ in immenſum noſtros uſus auxerunt, ut nemo tam habeat multa, cui non aliquid deeſſe videatur. quo ſit, ut dives non ſit, quum aliquid requirit amplius. Ita, ſi errorem communem recipimus, nec ſua opinione quiſquam erit dives, nec alienâ.

24. Nec malum, nec frontem.

Nec

o *i. e. multo ære, magno precio.*

p *malè legitur*, interim.

Nec mali quid feceris, reveritus Deum q *nec quod malum æstimetur* r, *reveritus homines; tum ne alios offendas, aut* s *exemplo sis ad malum.*

25. Sapiens solus longævus.

Vita enim stultorum non est vita. Ea demum est vita, quæ per sapientiam agitur. Ita præferendus est unus dies sapientis longissimæ æternitati stultorum, ex Cicerone, V. Tusculanarum quæstionum.

26. Nocere promtum, ut pessimum.

27. Prodesse abstrusum, ut optimum.

Nihil est tam imbecillum, aut tenue, quod non possit aliquâ nocere: sed prodesse difficilimum. non est hoc cujusvis. Et nocere pessimum, nempe diabolicum: prodesse verò, utpote divinum, præstantissimum. idcirco nemo explicare debet vires suas nocendo (quum aranei morsus possit hominem necare) sed juvando, quod rarum est & pulcherrimum, divinaq; naturæ cognatum.

28. Pauper egens, non carens.

Non est pauper qui caret, sed qui eget, qui desiderat. Socrates forum ingressus, Quam multis, inquit, ego non egeo.

29. Alienis lacrimis cautior.

30. Alieno risu lætior.

Non

q *ex reverentia erga Deum.*
r *etiam id fugiendum est, quod malum putari possit.*
s *pro aut malim* tum. *cavendum est tum, ne alios offendamus, i. e. ad iram aut tristitiam deducamus: tum, ne alios pejores faciamus.*

Non est gaudendum alienis malis, sed danda opera, ut illis fiamus cautiores; ne in illorum causam incidamus, nec invidendum alienæ lætitiæ, sed gaudendum, tanquam si tibi contigisset.

31. Cor canum [t] in juvenili corpore.

Ut sit prudentia senilis in juventute. cor enim sedes est ingenii & mentis; unde cordati homines.

32. Pedica nimia fiducia.

Decipitur facilè, quisquis nimiùm fidit aliis; sed potissimùm qui sibiipsi. ne virtuti quidem suæ fidendum, unde facilè nascitur arrogantia & vanitas, quæ sæpissime virtutibus succrescit [u].

33. Columbi oculus in serpentino corde.

Hoc ex Euangelio: Estote prudentes ut serpentes, & simplices sicut columbæ [x]. *Decet enim nos corde sapere, sed oculo in judicando uti minimè maligno aut vafro.*

34. Oculus in sceptro.

Nulla virtus magis decet principem, quàm prudentia. Quid enim aliud est potentia in stulto, quàm gladius in manu furentis? Istud sumtum ex Hieroglyphicis Ægyptiorum.

35. In virtute delphinus.

Narrant, nullum animalium celerius esse delphino. Admonemur, nõ debere nos differre bene agere,

t *πολιὸν, q. senile.*
u *augetur, bonis auctu. Malim a.* è virtutibus.
x Matth. 10. 16.

gere y, *sed uti in eo aggrediendo magna celeritate.*

36. In ultione Callipedes. z

Suetonius in Tiberio † *refert, hunc seu hominem, seu animans aliud, quũ diem totum se commoverit, non promovere tamen cubitum unum; ut tarditas illa in proverbium venerit. Significat symbolum, lentissimos debere nos esse in ulciscendo.*

37. Temporis minister.

Allusio ad vetus oraculum, Tempori pare: de quo Plato, & Cicero, & Seneca. Accommodare se debet unusquisq; tempori. nec a *speret coacturum se tempora, ut suis rebus serviant: ipse potius præsenti rerum statui subserviat.*

38. Temporis parcus dispensator.

Et istud vetus: Tempori parce. Nihil charius debet nobis esse b*, quippe nihil aliud est tempus, quàm vita, quam unusquisq; tantum se amare profitetur, quum nullius rei magis sit prodigus, quàm temporis. Seneca de brevitate vitæ horsum* c *spectat.*

39. Magno vendendum tempus.

40. Gloria crocodilus.

Animal est in Nilo, amne Ægypti: cujus hanc ferunt naturam, ut persequentes fugiat, fugientes persequatur. Sic gloria quærentes fugit,

y *boni actionem.*
z *Scribendum est Callippides vide adag. Erasmi.*
† *cap.* 38. a *Malim* ne quis.
b *scil. tempore.*
c *Sic Prag. Male alia habet* eorum.

git negligentes ſequitur. *Saluſtius de Catone:* Quò minùs gloriam petebat, hóc eam magis aſſequebatur.

41. Hemerobia c vana gloria.

Ariſtoteles ſcribit †, *ad Hippaniam* Scythiæ* † *fluvium naſci beſtiolas, quæ ad perendinum diem nunquam perveniant, quæ hac de cauſa dicuntur ephemerides & hemerobia* ‡, *quaſi diaria* φ. *ſic inanis gloria citò extinguitur, nec diuturna eſſe poteſt.*

42. Diſce vivere.

43. Diſce mori.

Utrunque ex æquo diſcendum, & rectè vivere, & rectè mori. Nemo rectè moritur, qui non rectè vixerit. Hoc eſt totius vitæ exercitium, ut bene vivamus, nec iniquo moriamur animo d.

Q q 44. Vive,

c *Græcè diceretur* κενὴ δόξα ἡμερόβιος: *ſed Latini duas adjectivorum motiones tales transferunt in tres, more Ionico.*

† *vide Ariſtot. lib 5. de hiſtor. anim c. 19.* & *Plin. lib. 11 cap. 36.*

* *nomen fluvio eſt ὁ* Ὑπάνης, *Plinio* Hypanis, *ſicut* Ἰορδάνης *Jordanis.*

† *in ponto apud Cimmerium boſphorum.*

‡ *Sic omnes editiones. Sed legendum ephemera & hemerobia, aut Græcè* ἐφήμερα καὶ ἡμερόβια. *Nam Ariſtoteles vocat animalculum illud* ἐφήμερον: *Plinius hemerobion. ephemerides autẽ ſunt aliud, nempe diaria, ſcripta, quæ res geſtas per dies memorant; vel dierum calculum aſtronomicum habent.* φ *ita Latinus lubet febrim* ἐφήμερον *vertere diariam. Alioqui Martiali lib. 11. diariũ eſt victus quotidianus,* tagbrot. *Macrob li* . *ſatur. c. 3.* diales *dicit, qui diei ſunt unius.* d *inviti.*

gere y, *sed uti in eo aggrediendo magna celeritate.*

36. In ultione Callipedes. z

Suetonius in Tiberio † *refert, hunc seu hominem, seu animans aliud, quũ diem totum se commoverit, non promovere tamen cubitum unum; ut tarditas illa in proverbium venerit. Significat symbolum, lentissimos debere nos esse in ulciscendo.*

37. Temporis minister.

Allusio ad vetus oraculum, Tempori pare: de quo Plato, & Cicero, & Seneca. Accommodare se debet unusquisq; tempori. nec a *speret coacturum se tempora, ut suis rebus serviant: ipse potiùs præsenti rerum statui subserviat.*

38. Temporis parcus dispensator.

Et istud vetus: Tempori parce. Nihil charius debet nobis esse b, *quippe nihil aliud est tempus, quàm vita, quam unusquisq; tantum se amare profitetur, quum nullius rei magis sit prodigus, quàm temporis. Seneca de brevitate vitæ horsum* c *spectat.*

39. Magno vendendum tempus.

40. Gloria crocodilus.

Animal est in Nilo, amne Ægypti: cujus hanc ferunt naturam, ut persequentes fugiat, fugientes persequatur. Sic gloria quærentes fugit,

y *boni actionem.*
z *Scribendum est Callippides vide adag. Erasmi.*
† *cap.* 38. a *Malim* ne quis.
b *scil. tempore.*
c *Sic Prag. Malè alia habet* eorum.

git, negligentes sequitur. Salustius de Catone: Quò minùs gloriam petebat, hóc eam magis assequebatur.

41. Hemerobia c vana gloria.

Aristoteles scribit †, ad Hippaniam Scythiæ † fluvium nasci bestiolas, quæ ad perendinum diem nunquam perveniant, quæ hac de causa dicuntur ephemerides & hemerobia ‡, quasi diaria φ. sic inanis gloria citò extinguitur, nec diuturna esse potest.*

42. Disce vivere.

43. Disce mori.

Utrunque ex æquo discendum, & rectè vivere, & rectè mori. Nemo rectè moritur, qui non rectè vixerit. Hoc est totius vitæ exercitium, ut bene vivamus, nec iniquo moriamur animo d.

Q q 44. Vive,

c *Græcè diceretur κενὴ δόξα ἡμερόβιος: sed Latini duas adjectivorum motiones tales transferunt in tres, more Ionico.*

† *vide Aristot. lib 5. de histor. anim. c. 19. & Plin. lib. 11 cap. 36.*

* *nomen fluvio est ὁ Ὑπάνης, Plinio* Hypanis, *sicut Ἰορδάνης* Jordanis.

† *in ponto, apud Cimmerium bosphorum.*

‡ *Sic omnes editiones. Sed legendum ephemera & hemerobia, aut Græcè ἐφήμεροι καὶ ἡμερόβιοι. Nam Aristoteles vocat animalculum illud ἐφήμερον: Plinius hemerobion. ephemerides aute sunt aliud, nempe diaria, scripta, quæ res gestas per dies memorant; vel dierum calculum astronomicum habent.* φ *ita Latinus lubet febrim ἐφήμερον vertere diariam. Alioqui Martiali lib. 11. diariū est victus quotidianus,* tagbrot. *Macrob. li - . satur. c. 3.* diales *dicit, qui diei sunt unius.* d *inviti.*

44. Vive, ut post vivas.

Sic est hîc vivendum, ut ad alteram perveniamus meliorem, atque adeo veram vitam. Nam presens vita quid aliud est, quàm peregrinatio?

45. Virtus exercetur, non perit.

46. Generosa virtus flatu *e* accenditur.

47. Virtus inimicitiis fortunæ *f* crescit.

Eodem pertinent: Virtutem majorem fieri adversis, tanquam materiâ suorum incrementorum. Medium referri potest, vel ad flatum iratæ fortunæ, vel ad laudem.

48. Extorquet quies.

Nullum imperium gravius aut potentius quieto, in quo inest plus auctoritatis & majestatis, quàm in vehementi ac turbulento. Tale describit Virgilius Æneid. g

Ac veluti magno in populo.

& Claudianus de consulatu Manlii Theodori. †

Imperium concitatum, ut multum habet impetûs, sic minus virium: citiùs contemnitur, faciliùs frangitur.

49. Terret imperium.

De imperio vehementi, quod metum quidem incutit, sed debilitat subditorum vires.

50. Blandum imperium imperiosum.

Majores enim habet vires, et fortiùs cogit. Auso-

e *laude, monitis, objectis bonis, etiam malis.*

f *rebus adversis; quas fortuna creat; ut fingunt gentiles. nobis aliter est loquendum.*

g *Æn. 1.* † *aliter:* Mallii Theodori.

Ausonius : Blando vis latet imperio.

51. Domitrix omnium patientia.

Virgilius:

— Vincenda omnis fortuna ferendo est.

Fortuna & casus humani & impetus hominum retunduntur, si opponatur moles patientiæ: quod ostenderunt martyres nostræ pietatis: h

52. Nobilitatem non dat unus dies.

Nemo est nobilis, quòd his aut illis parentibus natus sit, nec sors nascendi, quæ uno die contingit, facit nobilem: sed præclari virtutis actus. Juvenalis i:

Tota licèt veteres exornent undiq; ceræ
Atria: nobilitas sola est atq; unica virtus.

53. Generositas virtus, non sanguis.

Ad idem tendit. Inductione ad eam rem utuntur. Quis equus generosus? quis canis? nónne, qui optimus? & sic in cæteris animantibus ac stirpibus. Ergo & generosus homo non alius, quàm optimus.

54. Fortuna nimis blanda hamata. †

Publius in mimis: Fortuna quum blanditur, captatum venit. Nulla est alia fortuna, quàm Deus k: *sed admonemur, non efferri, non fidere corporis ac divitiarum successibus. Hi enim fortunæ nomine solent intelligi: nec Deus nos fallit, ipsi nos fallimus, stultè utentes rebus.*

h *i.e. Christianæ religionis.*
i *Sat.* 8.
† *q. hamo instructa ad capiendum.*
k *Dei fortis providentia.*

55. Fortuna fallacior, quò blandior.

Quod ego ad moderationem animi Cardinali Cronio dederam. sed non tam symbolum id fuit, quàm vaticinium. Nam, quum se effusissimè fortuna in illius et Cerviani patrui sinum effudisset, repentè utrumq; absumsit: sed Cardinalem adolescentem adhuc, alterius & viginti annorum.[l]

56. Stabilissima fortuna stultissima.

Idem Mimus: Fortuna nimiùm quem fovet, stultum facit. Adimit enim mentem, & tantis successibus insolescit animus humanus, ut jam nec alios ferre possit, nec se. Memini, matrem tuam, sapientissimam fœminam, dixisse mihi, quum a Sion ad Richemondiam cymba veheremur, se quidem temperatam & mediam quādam fortunam malle, quàm vel asperrimam, vel lenissimam: alterutrum tamen optandum si esset, electuram citiùs tristissimam, quàm blandissimam: infelicibus non deesse consolationem, fortunatissimis deesse mentem. Quod dictum verè pudici pectoris & sapientis, ego apud multos in hac regione celeberrimum feci.

57. Corpus excors fragile.

Horatius: Robur sine consilio mole ruit suâ. *Et apud Ciceronem sæpe*; Nihil *esse* vires citra consilium.

58. Cor vel incorporeum firmum.

Consilium magnas per se habet vires, etiamsi corpo-

l *vide simplicitatem & candorem narrantis hominum fata.*

corporeæ vires desint. quod ostendit natura in formicis aut apiculis. Salustius: Non viribus, aut velocitate corporis res magnæ geruntur, sed consilio & auctoritate. *Eadem est sententia Ciceronis in Catone majore.*

59. Fideli nullæ seræ.

Omnia ei concreduntur, nihil est ei clausum. Theognides †: O Cyrne, argento fidelis præstat & auro: contra infideli nihil est satis clausum.

60. Auctoritas rerum agendarum telum.

Plura perficit auctoritas, quàm vires, aut etiam consilia. Declarari hoc potest in principibus, qui magnas res gerunt, non tam opibus aut sapientiâ, quàm auctoritate & majestate. Bella, *dicebat Cæsar*, famâ plurimùm confici. Multum quoq; interest, quis dicat, honoratus an inhonoratus, *ut ait apud Euripidem Hecuba.*

61. Veraci creditur & mentienti *m*.

Propter auctoritatem & præceptam fidem.

62. Mendaci non creditur, & jurato *n*.

Aristoteles interrogatus, quid lucrarentur mendaces, respondit: Ut quum vera dicant, nemo credat.

63. Magnes amoris amor.

Nihil est, quod sic alliciat amorem, ut amor. Martialis:

Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

† *rectus casus Græcis est* Θέογνις, *Theognis. vide Plat. Menon.* m *licèt mentiatur.*

n *id est, antè captam, præsumtam, quamvis juranti.*

Nec mali quid feceris, reveritus Deum q *nec quod malum æstimetur* r, *reveritus homines; tum ne alios offendas, aut* s *exemplo sis ad malum.*

25. Sapiens solus longævus.

Vita enim stultorum non est vita. Ea demum est vita, quæ per sapientiam agitur. Ita præferendus est unus dies sapientis longissimæ æternitati stultorum, ex Cicerone, V. Tusculanarum quæstionum.

26. Nocere promtum, ut pessimum.

27. Prodesse abstrusum, ut optimum.

Nihil est tam imbecillum, aut tenue, quod non possit aliquâ nocere: sed prodesse difficilimum. non est hoc cujusvis. Et nocere pessimum, nempe diabolicum: prodesse verò, utpote divinum, præstantissimum. idcirco nemo explicare debet vires suas nocendo (quum aranei morsus possit hominem necare) sed juvando, quod rarum est & pulcherrimum, divinæque naturæ cognatum.

28. Pauper egens, non carens.

Non est pauper qui caret, sed qui eget, qui desiderat. Socrates forum ingressus, Quam multis, inquit, ego non egeo.

29. Alienis lacrimis cautior.

30. Alieno risu lætior.

Non

q *ex reverentia erga Deum.*

r *etiam id fugiendum est, quod malum putari possit.*

s *pro aut malim* tum. *cavendum est tum, ne alios offendamus, i. e. ad iram aut tristitiam deducamus: tum, ne alios pejores faciamus.*

Non est gaudendum alienis malis, sed danda opera, ut illis fiamus cautiores; ne in illorum causam incidamus, nec invidendum alienæ lætitiæ, sed gaudendum, tanquam si tibi contigisset.

31. Cor canum *t* in juvenili corpore.

Ut sit prudentia senilis in juventute. cor enim sedes est ingenii & mentis; unde cordati homines.

32. Pedica nimia fiducia.

Decipitur facilè, quisquis nimium fidit aliis; sed potissimùm, qui sibiipsi. ne virtuti quidem suæ fidendum, unde facilè nascitur arrogantia & vanitas, quæ sæpissime virtutibus succrescit u.

33. Columbi oculus in serpentino corde.

Hoc ex Euangelio: Estote prudentes ut serpentes, & simplices sicut columbæ *x. Decet enim nos corde sapere, sed oculo in judicando uti minimè maligno aut vafro.*

34. Oculus in sceptro.

Nulla virtus magis decet principem, quàm prudentia. Quid enim aliud est potentia in stulto, quàm gladius in manu furentis? Istud sumtum ex Hieroglyphicis Ægyptiorum.

35. In virtute delphinus.

Narrant, nullum animalium celerius esse delphino. Admonemur, nō debere nos differre bene agere,

t πολιὸν, *q. senile.*

u *augetur, bonis auctus. Malim a.* è virtutibus.

x Matth. 10. 16.

gere y;*sed uti in eo aggrediendo magna celeritate.*

36. In ultione Callipedes.z

Suetonius in Tiberio † *refert, hunc seu hominem, seu animans aliud, quũ diem totum se commoverit, non promovere tamen cubitum unum; ut tarditas illa in proverbium venerit. Significat symbolum, lentissimos debere nos esse in ulciscendo.*

37. Temporis minister.

Allusio ad vetus oraculum, Tempori pare: de quo Plato, & Cicero. & Seneca. Accommodare se debet unusquisq; tempori. nec a *speret coacturum se tempora, ut suis rebus serviant: ipse potiùs præsenti rerum statui subserviat.*

38. Temporis parcus dispensator.

Et illud vetus: Tempori parce. Nihil charius debet nobis esse b. *quippe nihil aliud est tempus, quàm vita, quam unusquisq; tantum se amare profitetur, quum nullius rei magis sit prodigus, quàm temporis. Seneca de brevitate vitæ horsum* c *spectat.*

39. Magno vendendum tempus.

40. Gloria crocodilus.

Animal est in Nilo, amne Ægypti: cujus hanc ferunt naturam, ut persequentes fugiat, fugientes persequatur. Sic gloria quærentes fugit,

y *boni actionem.*
z *Scribendum est Callippides vide adag. Erasmi.*
† *cap.* 38. a *Malim* ne quis.
b *scil. tempore.*
c *Sic Prag. Malè alia habet* eorum.

git, negligentes sequitur. *Salustius de Catone:* Quò minùs gloriam petebat, hóc eam magis assequebatur.

41. Hemerobia c vana gloria.

Aristoteles scribit †, ad Hippaniam Scythiæ † fluvium nasci bestiolas, quæ ad perendinum diem nunquam perveniant, quæ hac de causa dicuntur ephemerides & hemerobiæ ‡, quasi diariæ φ. sic inanis gloria citò extinguitur, nec diuturna esse potest.*

42. Disce vivere.

43. Disce mori.

Utrunque ex æquo discendum, & rectè vivere, & rectè mori. Nemo rectè moritur, qui non rectè vixerit. Hoc est totius vitæ exercitium, ut bene vivamus, nec iniquo moriamur animo d.

Q q 44. Vive,

c *Græcè diceretur κενὴ δόξα ἡμερόβιος: sed Latini duas adjectivorum motiones tales transferunt in tres, more Ionico.*

† *vide Aristot. lib 5. de histor. anim. c. 19. & Plin. lib. 11 cap. 36.*

* *nomen fluvio est ὁ Ὑπάνης, Plinio* Hypanis, *sicut Ἰορδάνης Jordanis.*

† *in ponto apud Cimmerium bosphorum.*

‡ *Sic omnes editiones. Sed legendum ephemeræ & hemerobiæ, aut Græcè ἐφήμεροι καὶ ἡμερόβιοι. Nam Aristoteles vocat animalculum illud ἐφήμερον: Plinius hemerobion. ephemerides autē sunt aliud, nempe diaria, scripta, quæ res gestas per dies memorant; vel dierum calculum astronomicum habent.* φ *ita Latinus lubet febrim ἐφήμερον vertere diariam. Alioqui Martiali lib. 11. diariū est victus quotidianus,* taghrot. *Macrob li - satur. c. 3.* diales *dicit, qui diei sunt unius.* d *inviti.*

44. Vive, ut post vivas.

Sic est hîc vivendum, ut ad alteram perveniamus meliorem, atque adeo veram vitam. Nam praesens vita quid aliud est, quàm peregrinatio?

45. Virtus exercetur, non perit.

46. Generosa virtus flatu [e] accenditur.

47. Virtus inimicitiis fortunae [f] crescit.

Eodem pertinent: Virtutem majorem fieri adversis, tanquam materiâ suorum incrementorum. Medium referri potest, vel ad flatum iratae fortunae, vel ad laudem.

48. Extorquet quies.

Nullum imperium gravius aut potentius quieto, in quo inest plus auctoritatis & majestatis, quàm in vehementi ac turbulento. Tale describit Virgilius Aeneid. [g]

Ac veluti magno in populo.

& Claudianus de consulatu Manlii Theodori. †

Imperium concitatum, ut multum habet impetûs, sic minus virium: citiùs contemnitur, faciliùs frangitur.

49. Terret imperium.

De imperio vehementi, quod metum quidem incutit, sed debilitat subditorum vires.

50. Blandum imperium imperiosum.

Majores enim habet vires, et fortiùs cogit.

Auso-

e *laude, monitis, objectis bonis, etiam malis.*

f *rebus adversis; quas fortuna creat; ut fingunt gentiles. nobis aliter est loquendum.*

g *Aen. 1.* † *aliter:* Mallii Theodori.

Ausonius : Blando vis latet imperio.

51. Domitrix omnium patientia.

Virgilius:

— Vincenda omnis fortuna ferendo est.

Fortuna & casus humani & impetus hominum retunduntur, si opponatur moles patientiæ: quod ostenderunt martyres nostræ pietatis. h

52. Nobilitatem non dat unus dies.

Nemo est nobilis, quòd his aut illis parentibus natus sit, nec sors nascendi, quæ uno die contingit, facit nobilem: sed præclari virtutis actus. Ju*venalis* i:

Tota licèt veteres exornent undiq; ceræ
Atria: nobilitas sola est atq;unica virtus.

53. Generositas virtus, non sanguis.

Ad idem tendit. Inductione ad eam rem utuntur. Quis equus generosus? quis canis? nónne, qui optimus? & sic in cæteris animantibus ac stirpibus. Ergo & generosus homo non alius, quàm optimus.

54. Fortuna nimis blanda hamata. †

Publius in mimis: Fortuna quum blanditur, captatum venit. Nulla est alia fortuna, quàm Deus k: *sed admonemur, non efferri, non fidere corporis ac divitiarum successibus. Hi enim fortunæ nomine solent intelligi: nec Deus nos fallit; ipsi nos fallimus, stultè utentes rebus.*

h *i.e. Christianæ religionis.*
i *Sat.* 8.
† *q hamo instructa ad capiendum.*
k *Dei fortis providentia.*

55. Fortuna fallacior, quò blandior.

Quod ego ad moderationem animi Cardinali Cronio dederam. sed non tam symbolum id fuit, quàm vaticinium. Nam, quum se effusissimè fortuna in illius et Cerviani patrui sinum effudisset, repentè utrumque absumsit: sed Cardinalem adolescentem adhuc, alterius & viginti annorum. l

56. Stabilissima fortuna stultissima.

Idem Mimus: Fortuna nimiùm quem fovet, stultum facit. Adimit enim mentem, & tantis successibus insolescit animus humanus, ut jam nec alios ferre possit, nec se. Memini, matrem tuam, sapientissimam fœminam, dixisse mihi, quum a Sion ad Richemondiam cymba veheremur, se quidem temperatam & mediam quãdam fortunam malle, quam vel asperrimam, vel lenissimam: alterutrum tamen optandum si esset, electuram citiùs tristissimam, quàm blandissimam: infelicibus non deesse consolationem, fortunatissimis deesse mentem. Quod dictum verè pudici pectoris & sapientis, ego apud multos in hac regione celeberrimum feci.

57. Corpus excors fragile.

Horatius: Robur sine consilio mole ruit suâ. *Et apud Ciceronem sæpe*; Nihil *esse* vires citra consilium.

58. Cor vel incorporeum firmum.

Consilium magnas per se habet vires, etiamsi corpo-

l *vide simplicitatem & candorem narrantis hominum fata.*

corporeæ vires desint. quod ostendit natura in formicis aut apiculis. Saluſtius: Non viribus, aut velocitate corporis res magnæ geruntur, ſed conſilio & auctoritate. *Eadem eſt ſententia Ciceronis in Catone majore.*

59. Fideli nullæ feræ.

Omnia ei concreduntur, nihil eſt ei clauſum. Theognides † : O Cyrne, argento fidelis præſtat & auro: contra infideli nihil eſt ſatis clauſum.

60. Auctoritas rerum agendarum telum.

Plura perficit auctoritas, quàm vires, aut etiam conſilia. Declarari hoc poteſt in principibus, qui magnas res gerunt, non tam opibus aut ſapientiâ, quàm auctoritate & majeſtate. Bella, *dicebat Cæſar*, famâ plurimùm confici. Multum quoq; intereſt, quis dicat, honoratus an inhonoratus, *ut ait apud Euripidem Hecuba.*

61. Veraci creditur & mentienti *m*.

Propter auctoritatem & preceptam fidem.

62. Mendaci non creditur, & jurato *n*.

Ariſtoteles interrogatus, quid lucrarentur mendaces, reſpondit: Ut quum vera dicant, nemo credat.

63. Magnes amoris amor.

Nihil eſt, quod ſic alliciat amorem, ut amor. Martialis:

Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

† *rectus caſus Græcis eſt* Θέογνις, *Theognis. vide Plat. Menon.* m *licet mentiatur.*

n *id eſt, antè captam, præſumtam, quamvis juranti.*

Est naturalis quædam in rebus conjunctio & harmonia, ut nemo illum oderit, à quo diligitur. De hoc Plato, Seneca, alii.

64. Philtra amor.

Itaq; non est opus alio poculo amatorio ad amorem exprimendum, quam amore.

65. Magnum satellitium amor.

Claudianus:

Non sic excubiæ, nec circumstantia pila,
Ut tutatur amor.

Salustius: Non arma, aut opes præsidia regi sunt, sed amici. Nemo enim vult nocere ei, quem amat. *Simile est quod sequitur.*

66. Firmissimæ opes amor.

Non modò impia, sed stulta est etiam in rebus mundanis illorum vox, qui ajunt, omnia in pecunia esse constituta, amorem parum posse; quum videamus maximas opes propter odium subversas, minimas verò & infirmas amicitias constabilitas. Hinc verbum vetus: Ubi amici, ibi opes. *Apud Germanos & Scythas nulla fuerunt olim opes aliæ* o.

67. Ubi terror, ibi timor.

Necesse est eum timere, qui terret alios. Ex vetere sententia apud multos celebri.

68. Ubi uber, ibi tuber.

Apulejus in Floridis: Nihil quicquam homini tam prosperum divinitus datum, quin ei tamen admistum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplis-

o *vide Luciani Toxarin.*

amplissima quaq; lætitia subsit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis: U*bi uber, ibi tuber.*

69. Omnia proposuit labori Deus.

Horatius:

—Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Et Virg.

—Labor omnia vincit
Improbus.

Ferunt fabulæ, Jovem hominibus omnia venalia exposuisse precium esse laborem. Dici non potest, quantum in re omni valeat quantulacunq; sedulitas, ut de formicis scribit Plinius.

70. Immodica imbecilla.

71. Modica firma.

Quum Theopompus rex Lacedæmoniorum Ephoros regio imperio opposuisset, querenti uxori, quòd minorem filiis potentiam esset traditurus, quàm à patre accepisset: Atqui firmiorem, inquit. Modicum verò, cùm mediocre est tum moderatum. Utroq; dictum pertinet. Et in omni vita res mediocres jucundiores ac stabiliores sunt, quàm vastæ ac immanes. Unde illud Hesiodi, Dimidium plus toto: quia mediocritas nimietate p *præstabilior. Et Claudianus*:

Vivitur exiguo meliùs.

 72. Ma-

p *vox est frequens Apulejo, etiam usitata Columellæ et Plin. Amm. lib. 15. ait*: equorum permutatione veloci, ut nimietate cogendi quosdam exstingueret.

72. Magnus ope minorum.

Nemo ad magnitudinem pervenit, nisi auxilio minorum: quò gravius est illum infirmiores despicere, quorum adjumento eò evectus est, unde hoc ipsi facere liceret.

73. Vicit vim virtus.

Virtus, ut Deo cognata, vires omnes hominum infringit.

74. Stravit fortunam virtus.

Multis exemplis ostensum est, potentiorem esse virtutem opibus & casibus fortuitis, ut magni & excellentes virtute viri, humanos casus sublimes & intrepidi calcarint. &, quibus opes succubuissent, ea virtus superavit, velut carcerem Socrates, Rutilius exsilium, inimicitias potentum Cato: sed atrocissima dictu nostri martyres.

75. Fortitudo in fortunam non homines.

Non est fortitudo cædere, sternere, cladem hominibus afferre: hoc belluarum est non hominum. Vera fortitudo est, vitia cohibere, fortuita despicere, nihil, nisi probitatis timere jacturam.

76. Optima, cibus invidiæ.

Invidia non arrodit, nisi excelsa & optima: humilia, abjecta, vilia negligit; non sunt illi esui. Molestum est, invidiam ferre, & tamen molestius, nihil habere invidendum,

77. Invidia sibi & aliis venenum.

Alia perimit, sed primum seipsam: in cæteris invidia

invidia est iniquissima, in hoc æquissima, quòd & illum tanquã veneno consumit, in quo est, & eum ulciscitur, quem impetit.

78. Invidia vipera.

Ferunt hanc edi, arrosis matris lateribus: ita, priusquam exeat, matrem perimit. Sic invidia primùm omnium enecat eum, in quo gignitur, tum prodit venenatissima fera.

79. Quod Deo, & homini.

Æquum est, nosipsos voluntati Dei præbere morigeros ac obsequentes, nobísq; idem placere, quod Deo. Ne quis indignetur aut improbet, res sic aut aliter evenire; quum auctor omnium sit Deus, nos, quorsum tendant, ignari.

80. Da cæcus.

81. Accipe oculatus.

Decet eũ, qui dat, non meminisse beneficii, nec multum spectare, cui det: certè continuò oculos avertere, ne exprobrare, aut imputare videatur, aut laudem quærere. eum verò, qui accipit, intueri non tam munus, quàm dantem, & semper meminisse gratiæ. Idcirco fingunt, tres esse gratias, duas nunquam retrospicere, tertiam semper priores intueri.

82. Bonus bonis & malis.

83. Malus nec bonis nec malis.

Bonus & admirabilis & charus est bonis et malis: malus verò neutris.

84. Præsidium in innocentia.

Inter tot vitæ hujus pericula, quùm reliqua omnia

omnia injuriæ obnoxia ſint; innocentiæ noceri nõ poteſt; tum, ut q *reliqua fluxa, & evanida, & infirma ſint; ſola innocẽtia efficit, ne aliquà violari* † *poſſimus. nec quisquam alia re magis fidere, aut alia debet comparare ſuæ ſalutis munimenta, quis non tutus modò agat inter pericula, ſed inter maximos terrores ſecurus.* Innocentia humanorum ſummum, *inquit Plinius in præfatione.*

85. Matura.

Quod aliter dicitur: Feſtina tardè. *Auguſti verbum apud Suetonium. per quod intellige, debere in negociis gerendis celeritatem tarditati admiſceri, nec quicquam nimis properanter agi, nec nimis lentè. Hæc duo, verbo unico ſignificari putant*, Matura; *ut apud Saluſtium: Nam, priusquam incipias, conſulto: & ubi conſulueris, maturè opus eſt facto. Quanquam in conſultando velim ſuscipi plus tarditatis, in agendo autem (modò ſatis graviter deliberatum) plus celeritatis.*

86. Ciconiæ beneficium.

Ciconiæ hic mos eſt, ut unum è pullis relinquat ei domum, in qua eſt nidulata: tum & parentes ſenio confectos tamdiu & nutrit & geſtat humeris, quàm ipſa eis fuerat parvula atq; imbecillis educata: unde ἀντιπελαργεῖν r. *Ita optimè in eam collocatur beneficium, et in homines gratos: qui ejus ſignificantur nota. tametſi commodandum eſt, cuicunq;*

q *malè legebatur, &c. Eſt enim hic* ut *idem atq;* licèt, quàvis. † *malè* violare. r *q. d. reciconiare* πελαργὸς *eſt ciconia. Eſt autem illud idem, atq; beneficium rependere.*

cunq; posfis. Quod vulgò nostrates dicunt: Benefac,ne spectes,cui:sed gratis, potissimùm propter exemplum.

87. Comœdia vita humana.

Est enim ceu ludus quidam,in quo unusquisque agit personam suam. Danda est opera,ut moderatis affectibus transigatur, ne cruenta sit catastrophe aut funesta, qualis solet esse in tragœdiis, sed læta, qualis in comœdiis.ideo additur:

88. Ne vita Tragœdia.

in qua turbulenta & sæva sunt omnia.

89. Confide,rectè agens.

Neminem metue innocens. nam probo animo nemo potest nocere: & si corpori noceat, hactenus nocet, ut animam ex eo, tanquam è carcere in libertatem emittat,verámq; vitam.

90. Veritas temporis filia.

Verum,quod diu latuit,pcedente tempore exsistit s *& apparet,ne quis fidat mendacio,vel putet in occulto veritatem semper fore.Cic.Opinionũ cõmenta delet dies, naturæ judicia confirmat.*

91. Lupus mendacio tempus.

Vorat enim,& absumit.

92. Veritas premitur,non opprimitur.

Labo-

s *i.e. eminet. Cic. 1. Tusc. q. hæc duo conjungit : ubi ait*; Nescio,quomodo inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum: idq; in maximis ingeniis altisfimisque animis & exsistit maximè & apparet facillimè.quo quidẽ demto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus & periculis viveret?

Laborat verum, sed eluctatur tandem.

93. Mendacio comites tenebræ.

Tandem enim obscuratur, tum & amat tenebras, quibus tueatur sese.

94. Veritatis splendor comes.

95. Exsilium inter malos.

Non est exsilium a patria abesse, sed à bonis, & inter malos agere. Relegarunt Sinopenses Diogenem Cynicum. Et illos relegavi, inquit Diogenes, quũ hic Athenis viveret, illi in Pontica barbarie.

96. Ne hilarem insaniam insanias,

Ex Seneca t: *quum quis mente abjecta, vel submersa, voluptatibus se & deliciis mancipavit.*

97. Inter spinas calceatus.

Admonet non incautè agẽdum inter inimicos; quúmq; inimicis septa sit hæc vita, circũspectione & magna cautione opus est ad eam transigendã.

98. Deum sequere.

Vetus dictum, ἕπου θεῷ. Potest sic dici, Deus lux, ut illius & ductui atq; auspiciis te totum in hac vita militia permittas, & imperiis obtemperes, & exemplum æmuleris.

99. Fama pluris, quàm opes.

Et jucundior est, & utilior. Multos videmus magnis spoliatos opibus, propter adversam famam, alios propter secundam & favorabilem rumorem locupletatos.

100. Virtus pluris, quàm fama.

Res solida & firma & perennatura pluris æstimanda

t *sc. usum habet hoc dictum.*

manda est, quàm ficta atq; adumbrata, corpus quantò majoris, quàm umbra?

101. Virtutis umbra gloria.

Ex Socrate. Ideo compendiosa est ad gloriam per virtutem via.

102. Oculus in pectus.

In pectore est cor, sedes cogitationum. Perinde est, ac si dicas: Noſce teipſum.

103. Non extorquebis amari.

Claudianus in Panegyrico sexti consulatus Honorii: Cætera extorquentur vi, amori non potest vis inferri.

104. Tempus edax rerum.

Ovidii in metamorp. 15. & Aristotelis. Omnia tempore contabescunt, & decidunt, præter Deum & spiritus, quibus ille immortalitatem communicavit.

105. Subjectâ Dei manu conſiſtimus.

Nec angeli, nec animæ nostræ sunt natura sua immortales sed voluntate Dei, nec res ulla vel momentum duraret, nisi eam regentis Dei cura sustineret. Quò intolerabilior est in tanta infirmitate superbia, aut ingratitudo, si non agnoscas, cujus munus sit vita, & ea, quibus intumescis.

106. Gloria vento discutitur.

Quum aliud non sit, quam flatus quidam.

107. Propter invidiam vela opulentiam.

Invidia (inquit Salustius) ex opulentia orta est: ideo opes celandæ sunt, ne invidiam nobis pariant. Grave est enim eam ferre, quamvis innoxiā.

108. Honores onera.

Multa curæ & solicitudines suscipiendæ sunt, multi labores adeundi constitutis in dignitate, aut honore: maximè, quum illum student conservare. Non minùs erit venustum, si dicatur: Fasces. fasces. Erant fasces magistratuum Romanorum insignia. Sunt & fasces sarcinæ ac onera.

109. Virtutis radices altæ.

Ad stabilitatem virtutis pertinet, quum reliqua vix summo solo hæreant.

110. Mortalibus immortalia præferenda.

ut virtus & ejus æternum præmium divitiis aut honoribus, aut quibusvis humanis affectibus.

111. Alata ætas.

Celerrimè enim avolat, & fugiunt freno nō remorante dies. Et hoc citiùs, si sit bona ætas. nam mala diutius immorantur & premunt.

112. Fidens, non confidens.

Sperandum est bene, sed non stolidè, aut imprudenter, quumq; incerta sint omnia futura: nec infelicitate attollendus est animus, nec in adversis contrahendus. Nec id tamen sperandum aut aggrediendum, quod majus sit viribus, aut verecundiæ terminos excedat.

113. Cujus pudebit, pigeat.

114. Ne feceris, quod factum nolis.

Finis in re omni spectandus est, stultumq; est id agere, quod postea multo redemturus sis u. *Ne feceris, quum parum proderit pœnitentia.*

115. Stul-

u *tē non egisse.*

115. Stulta de alienis superbia.

Videtur enim absonum, si ob eas te res extollas, quæ tuæ non sunt. Porrò, quid sit alienum, declaratur proximo symbolo.

116. Alienum, quicquid adimitur.

Quod tolli potest, nostrum non est, ut fortuita & corporea. solus animus est noster.

117. Quod commodavit fortuna, tollet.

118. Quod mutuavit natura, repetet.

119. Quod paravit virtus, retinebis.

Commodata videntur à fortuna x, *quæ eadem redduntur: mutuata à natura, quæ similia, non eadem. Sed utraq; non diutius futura sunt apud nos, quàm creditor aut commodator permiserit. At virtutis præclara facinora (quemadmodũ inquit Salustius) sicuti anima ipsa, immortalia sunt.*

120. Princeps y privatis sublimior sentiendo.

Non decet principem aut opibus modò, aut potentia privatis excellere, sed sensu quodam & opinionibus supra popularem captum sapientissimis: ut non moveatur exiguis & vilibus reculis, sicut plebecula: sed sit in eo, ut dignitas, ita sapiẽtia quadam singularis. Indignum enim eos, quibus cæteri parent, non meliùs de rebus censere, quàm vulgus imperitorum hominum.

121. Princeps multis consulendo.

Hoc demum est principem agere, publicas utilitates

x *intellige* Dei providentia.

y *sc. eris.*

litates suis anteponere, existimaréq; neminem esse inter subditos, cujus cura peculiariter ad se non pertineat. Itaq; princeps officium suum implet, propria cōmoda & proprios affectus exuendo, induendo cōmunes. idcirco enim electi sunt principes, ut essent, qui suis privatis soluti curis, publicis excubarent. Licebit & sic dicere: Officium est imperare, non regnum.

122. Tu tibi venerabilis.

Ne quid turpe vel agas, vel cogites, reveritus teipsum z.

123. Malum occultum perniciosissimum.

Non enim potest aut pœnitudine deleri, aut castigatione tolli, aut explicatione levari, aut consolatione leniri, sive sit delictū, sive affectus aliquis.

124. Non, quàm diu: sed, quàm bene.

Ad vitam & actiones omnes pertinet. Multis breve tempus seu vita contigit, seu quid aliud agendi: nemini ademta est in quantulocunq; tempore facultas rectè se in eo gerendi, quod instituit. Ideo non refert, quanta sit ei diuturnitas, sed, qualis administratio. Nec vitam, ut sit bona, longam esse oportet. vel in uno momento sanctissimè licet vivere.

125. Nomen præ opibus.

Pluris enim faciendū est bonum nomen, quàm divitiæ multæ, juxta sententiam Solomonis a.

126. Odiosus, modò immeritò.

Ne

z Turpe quid acturus, te, sine teste, time.
Pythag. μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

a *Proverb. 22.1.*

Ne cures, quòd odio habearis, modò id culpa tua non contingat, quòd aliquid ipse feceris odio dignum.

127. Ingratitudo multis immerentibus noxia.

Cessant enim homines benefacere, si in ingratos inciderint. ita gratos recusant experiri, ab ingratis læsi. Idcirco lex erat in Græcia adversus ingratos, quòd id vitium videretur communioni & societati hominum vehementer damnosum.

128. Injuria oblivione ulciscenda.

Non est verior adversus injuriam ultio, quàm si obliviscaris ejus. sic enim nec animum uret, nec manus lædet, quam si facta non esset.

129. Præcipitis consilii assecla pœnitentia.

Multum enim cogitandum et deliberandũ est, antequam statuas. Sententia ex Platone sumta.

130. Quod uni, & omnibus b.

Pari sumus omnes creati lege. Quicquid uni evenit, potest omnibus evenire, ne quis, quum aliena videt mala, securus agat.

131. Ne ferrum igni.

Non est ira ferro armanda. Ex Pythagora symbolis.

132. Lacrimis ignis exstinguendus.

Iram contra te lacrimis & pœnitentia, & petitione veniæ placato, non solùm Dei, sed etiam hominum. Non est turpe veniam precari, Turpe est, Deum aut hominem habere inimicum.

b *Quod cuiquam, cuivis. Aut sumus, aut fuimus, vel ussumus esse, quod hic est.*

133. Fastigio caput summitte.

Potentiæ cede, ne cum opulentiore aut majore contendito.

134. Falso nomine non gaudendum.

Fluxum est enim & momentaneum, nec juvat, quum reclamat conscientia.

135. Amicus, ut non alius.

136. Inimicus, ut non idem.

Amicus sic amandus est, sic colendus, sic cum eo versandum, ut non putes, posse inimicum fieri. Inimicum verò sic oderis, tanquam aliquando amicus sit futurus. In quo damnatur à Cicerone sententia Biantis Prienæi, quam sequutus est in Mimis Publius.

137. Quod videri vis, esto.

Nulla via facilior. Non idem valent fucata & simulata, quod vera & solida. Magna istis inest vis: infirma sunt illa.

138. Oculum in metam.

Spectandus est in omnibus rebus finis & exitus, ne præsentibus periculosè decipiamur.

139. Nocens metuit pœnam.

140. Innocens nec casum c.

Nocens, stimulante conscientia, metuit paratã legibus pœnam; innocens, fiduciâ conscientiæ, nec humanos casus pertimescit, quum sua omnia in se uno h.e. in animo & virtute posita esse ducat: tũ & illũ sequitur, illi fidit in cujus manu sunt casus oēs.

141. Excusanda servitus sub necessitate.

Non dico honesta, ut Publius, sed excusanda.

c *sc. metuit.*

causam enim probabilem potest afferre, cur serviat, quia necessitate impellitur, sed multum interest, quam quisq; fingat sibi necessitatem.

142. Ne à pudendo vincaris hoste.

Ut voluptatibus, libidinibus, cupiditatibus, ira, & cæteris vitiis.

143. Turpibus ne servito.

Ut vitiis & malis hominibus, quorum consuetudine sis pejor, & eorum sceleribus videris esse minister.

144. Amicum inimicum fugito.

Hoc est, assentatorem, fucatum amicum, & eum, qui sub amicitiæ nomine odit, aut contemnit, aut invidet. Sunt n., qui amicos infelices diligunt, felicibus invident. Tum illos potissimè fugito, qui amorem simulant, quum insidientur probitati & virtuti, aut qui familiaritate ostensa, labẽ & ignominiam afferunt, quiq; ad flagitia et facinora vel exhortantur, vel incitamento sunt exemplo sui.

145. Ne lingua mente celerior.

Cogitandum prius, quid loquaris. Velocissimus datus est animus, ne quid possit cũ pervertere †: si velit. Debet hic esse linguæ clavus.

146. Bellum cum vitiis.

Non cum hominibus debet geri bellum, nec vires ac robur in eos ostentanda, sed in vitia, qui sunt veri hostes, nobis exitiabiles.*

147. Divitiæ injuriæ pignora.

Ex Eucherio Lugdunensi. Multis fit injuria,

Rr 2 tan-

† *forte* prævertere. * *Prag. ostendendæ. Similis loquutio est in Justino lib. 22. & Valerio Max. lib. 9. c. 2.*

tantùm ut tollantur opes: d *expilantur à furibus, spoliantur à latronibus, & caduntur. In hos calumniatores invadunt, in hos judices acriter cognoscunt* e *& animadvertunt* f, *præsertim in iis criminibus, ob quæ fortunæ* g *adimuntur: in quibus nulli tutiores sunt, quàm qui, quod perdant, non habent: nulli periculo propiores divitibus.*†

148. Bona ad benefaciendum.

Non convenit bona vel animi, vel corporis, vel externa data esse homini ad nocēdum: nec ad malefaciendum tributa sunt. quod nomen ipsum h *indicat, ut & sibi prosint & aliis.*

149. Maximæ opes prodesse. *i*

Nihil jucundius ipsi, qui id facit, nihil eidem tutius. nã, qui profuit multis, hunc tuentur multi.

150. Thesaurus gratia boni *k*.

Magnus est thesaurus gratia, quam vir bonus debet pro beneficio.

151. Quod vides; non diu *l*.

Quæcunque in vita cernis: non diu cernes. aut enim illa interitus auferet, aut te.

d *i.e. ideo expilantur.*

e *i.e. in hos inquirunt. Interdum cognoscendi verbum judicis actionem significat, exercentis jurisdictionem: ut* cognoscere de cæde, cognoscere causam.

f *puniendo.*

g *facultates, bona.*

† *quàm divites.*

h *nempe bonorum.*

i *intellige* μέγιστος πλοῦτος τὸ ὠφελεῖν.

k *i.e. gratia, quam quis bonus debet & reddit.*

l *sc. videbis.*

152. Ut verax, ne suspicax.

Ex Eucherio. Qui enim suspicax est: facilè, quæ comperta non habet, affirmabit. ita mentietur affectûs m *impulsu.*

153. Non dives, ni contemnas.

Ex Seneca: Nemo enim suis divitiis, ut oportet, utitur, nec fructum ex eis ullum capit, qui noctes & dies pro illis o *est solicitus: qui verò possidet tanquam alienas, hic demum tanquam suis fruitur. Nullum bonum juvat animum, nisi ad cujus amissionē ipse præparatus est* †*. Hinc illud Mimi: Despicere oportet, quod possis deperdere.*

154. Expende.

Singulorum pondus et precium æstimandum, tum quæ dicturus, quæq; acturus, exordia, progressus, exitus rerum.

155. Sine querela.

Vivendum ita, ut non sit, cur vel de te quisquā conqueratur, vel ipse de quoquam aut de fortuna, nec ipse cuiquam facias injuriam, nec factam tibi credas. Seneca de Tranquillitate vitæ: Assuescendum itaq; conditioni suæ, & quàm minimùm de illa querendum, &, quicquid habet circa se commodi, apprehendendum. Nihil tamen acerbum est, in quo non æquus animus solatium inveniat. Hoc in symbolum nostrum.

156. Frenum in lingua.

m *παθης.*

o *Sic Gell.* Solicitus pro anima. *Dicitur etiam* solicitus re *&* *usitatius* de re, *&* in rem *quoq;*

† *nisi ei non adhæreat.* 1 Cor.7.v 30,31. *Alioquin id verè bonū, q amitti nequit. Sed auctor de caduco loquitur.*

Ne soluta dicat, quod noceat: unde infrenes p *nominantur.*

157. Ne bos in lingua.

Allusio ad vetus proverbium. Bos q *moneta numi erat Attici, & hinc ipse numus sic appellabatur. Qui tacebant precio conducti, dicebãtur loqui non posse, quòd bovẽ haberent in lingua. Simile est illud, quod in Demosthenem mercede tacentem, quum anginã causaretur, quidã dixit: Non anginam patitur sed argentanginam* r.

158. Accuratè cogita immutabilia.

Multum deliberandum est, antequam facias, quod factum mutari poterit: ut ducere uxorem, sacris initiari, aut bellum suscipere, aut prælium committere. Potest etiam aliò referri, ut multum de æternis illis post vitam cogitemus, quò sanctiùs hic vivamus.

159. Longiùs, modò tutiùs.

Ad vitam spectat: ad tempus etiam, ne sectemur dispendiosa compendia vel in eruditione, vel in parandis opibus, aut ejusmodi. Augustus solit erat dicere: Sat citò, si sat bene.

160. Populo cede, non pare.

p ἀχάλινοι, ἀχαλινῶσι.

q *Suidas dicit proverbium esse in eos. qui non possint liberè loqui; sive propter robur animalis, sive propter nomisma Atheniensium, quod bovem insculptum habebat; quod exsolvere oportebat liberè loquuturos.*

r ἀργυράγχη *vox est ficta contra Demosthenem, qui quum contra Milesios loqui nollet,* συνάγχην *se pati dicebat. Id verò quidam è populo (Pollux ait* Δημάδης*)* ἀργυράγχην *esse exclamavit. Vide Plutarch. in vita Demosth. Gell. lib. 11, cap. 9.*

Non

Non est cum multitudine pugnandum, bellua multicipiti: sed nec ejus opinionibus assentiendũ.

161. Et pilo sua umbra.

Nullus est tam contemtibilis, qui non & prodesse in loco, &, quod facilius est, nocere possit. ideo nemo contemnendus.

162. Hospes ne curiosus.

In aliena domo, in aliena civitate decet unumquemque modeste se gerere, nec curiosè se interponere in administrationem. Multò magis convenit, nos in hoc mundo minimè solicitè, aut curiosè agere, in quo planè hospites sumus, seu exsules verius.

163. Cæde, modò doce.

Ex amore sciendi dictum à Diogene Antistheni, quum is sustulisset baculum, ut discipulum cæderet, molestum sciscitatorem.

164. Magnum hospitium magni hospitis.

Non potest exiguum esse hospitium, quod implet magnus hospes: nec contemnendum id corpus, quod inhabitat excelsus animus.

165. Tota vita dies unus.

Ex Quintiliano in mathematico. Si omnia vitæ hujus diligenter excutiantur, quid aliud est vita tota, quam dies unus? aut quid est in universa vita, quod non sit in quovis die? ut mirandum sit, non exsatiari homines iisdem, toties redeuntibus.

166. Diarii s omnes.

Ex superiore pendet, & ad brevitatem ætatis refertur.

s *Vide suprà num. 41.*

167. Ex usu, non collatione fortuna.

Ut sis dives, non spectandum est tibi, quantum alii possideant, sed quanto tu egeas.

168. Majores superbus, minores mœstus.

Ad minuendam superbiam, spectet quisque præstantiores se, in eo, de quo intumescit: ad leniendum mœrorem: infeliciores, in eo, de quo tristatur.

169. Foris Argus, domi talpa.

In eos, qui in aliena mirè oculati sunt, ad sua cæci. Argus centoculus u *fuit, talpa est cæca. Fabella est de manticis apud Æsopum & Persium, quarum altera dependet ad pectus, in qua sunt aliena vitia: altera ad tergum, in qua nostra. Potest etiam dici: Domi Tiresias* x, *foris lynx* y.

170. Ne nimiùm scrutare.

In eandem sententiam & sic: Ne molestus percontator.

171. Certum in incerto.

Nihil est vita incertius: in hac paranda est virtus, certissima possessio: intuenda altera illa immortalis. Cogitanda mors, qua nihil est certius: vana & incertæ spes, & solicitudines dimittendæ, quibus (quemadmodum Manilius inquit) dum quærimus ævum, perdimus.

172. Vo

u *centum oculos habens.* Ovid. 1. metam.

x *cæcus erat Vates Thebanus,* Cic. 5. Tusc. Ovid. 3. metam.

y *lynx est animal acutissimo visu præditum. unde* lyncei oculi.

172. Voluptates ſpecta abeuntes.

Nam, quum adveniunt, delectãt, ideo pulchræ jucundæq́; exiſtimantur: recedentes, turpitudinem ac fœditatem ſuam produnt. Poſſet ſic afformari: In voluptate dorſum, non faciem. Videbis fœditatem earum, & pœnitentiam, quam relinquunt: ſic fit, ut eas averſeris ac deteſtere.

173. Voluptas malorum eſca.

Platonis ſententia, Malus capitur voluptate, bonus conſilio. Bono viro Deus eſt lex, malo cupiditas.

174. Falle vivens, ſed non te.

Vetus erat, λάθε βιώσας. Putant, fuiſſe dictum Epicuri: de quo Plutarchus, & Horatius:

Nec vixit malè, qui natus morienſq́; fefellit.

addendum tamen, ne quis ſeipſum in vita ignoret, etſi ab aliis ignoretur.

175. Non refert, quà, ſed quò.

Nihil refert quâ transeas in hac peregrinatione vitæ, ſed quò pervenias. In omni loco, in omni fortuna licet rectè agere, & illò pervenire, quò intendimus.

176. Scopulus in undis.

Ut ſit in animo tanta firmitas, quam undæ oẽs & fluctus humanorum caſuum concutere nõ valeant. ſemper immobilis & altior fortunâ z.

177. Miſerrimum pendére.

Inter ſpem & metũ ſuſpenſum eſſe, miſerrimũ.

178. Ne bis puer.

Antiquũ proverbiũ, Bis pueri ſenes: *de ſeni-*

z *obvius in vita caſibus.* *bus*

bus deliris & dementibus. Admonet, ne in grandiore ætate vivamus aut sapiamus puerili ter.

179. Ne laborem citra præmium: &

180. Ne laborem laboris præmium.

Laboris in res mundanas vel premiũ est nullũ, aut certè vanitas vel alter labor honestior quidẽ, sed molestior: ut qui dignitates dignitatibus mutant. Sic clamat Hercules ille in Tragœdia: Finis unius mali gradus est sequentis. Interim prãmiũ horũ laborũ est sempiternus cruciatus, sicut Paulus inquit: Stipendia peccati mors *a.*

181. Pertuso dolio nihil infunde.

Allusio ad dolium Danaidum b *apud inferos, ut habent fabulæ. Ad multa tendit: ne quid des prodigo et profuso: ne rimosæ auri, & loquaci* c *arcanũ credas: ne cupiditatib⁹ inservias: ne voluptatibus obsequaris: ne insatiabilibus largiri assuescas.*

182. Turpe gigantem in nano *d.*

In tam pusillo corpore, quantum natura dedit hominibus, tam fragili & infirmo, turpissimum est esse tam ferum et superbum animum, qui stultitiâ & superbiâ cœlos etiam contingat.

183. Difficilis gloriæ custodia.

Quam multa perferenda sunt studioso gloriæ, ut paretur! ut parta cõservetur! Major perpetiẽda est

a Rom. 6.21.

b *supra Belides. p.* 99.

c *sc. homini.*

d *sc esse, vel ferre. Gigas est homo monstrosæ magnitudinis; nanus parvitatis. νᾶνος est, qui non admodum supra*

est servitus, quàm emtis de lapide c: *quū gloria, nisi fundamentis virtutis innitatur, fugacissima sit.*

184. Malus potentiæ custos metus.

Fragiles opes, quas multi metuunt, ac proinde oderunt. Sententia est omnium ferè sapientum, quam tractat in officiis Cicero.

185. Nescis, quid serus vesper vehat.

Futura incertissima: ne quis nimiùm vel confidat vel desperet. Dictum est Varronis, qui sic satyras aliquot suas inscripsit. Eodem refertur: Inter os & offam.

186. Faciem ne aperias.

Tecta est facies humana verecundiâ: quod solum velatum reliquit ei natura: non est exuenda tam honesto tegumento. Nihil enim inverecundiâ detestabilius.

187. Ma-

pra terram exstat, à νὶ & ἄνω, νανοφυὴς & νανώδης, *qui natura pumilio est. De nanis vide Arist. l. 4. de part. anim. c.* 10. *Gell. lib.* 18. *cap.* 13.

c *i.e. vilissimis servis. Proverbium est, sed ex proprietate historiæ ortum. Lapidem enim dicebant locum eminentem, à lapide structum, ubi præco prædicabat & vendebat. sicut Plautus in Bacchid.* 4.7. *ait:*

O stulte, stulte, nescis nunc venire te:

Atque in eo ipso asstas lapide, ubi præco prædicat.

Polluci lib. 3 *c.* 25. πρατὴρ λίθος καὶ πωλητήριον. *Cic. in Pis.* tribunos de lapide emtos *vocat, tanquam servos venales, viles. Colum l.* 3.3 *de lapide noxium appellat servum de lapide emtum, non frugi bonæ, sed qui noxæ deditus sit ideóque venditus. Verba ejus sunt:* Vel de lapide noxiū posse comparari putat. *Turneb. advers. l* 10. *c.* 3. *Locus, ubi venales servi exponuntur seu collocantur* (καθίσανται) *aliter*

vocatur

187. Manum per frontem ne ducito *f*.

Allusio ad illud: Perfricare frontẽ, sive faciẽ, sive os. *De iis dictum, qui pudorem excutiunt.*

188. Splendor summus non intuendus.

Solem si sereno cœlo intuearis, nocet oculis, interdum excæcat: sic, si divinitatis fulgorem tentes contemplari, oculos mentis amittes. Qui scrutatur majestatem *(inquit Sapiens)* opprimetur à gloria *g*. *Nõ capiunt angustiæ mentis humanæ rẽ tam sublimẽ atq; amplã.* Nõ videbit me homo & vivet, *ait Deus* *h*. *adoranda sunt hæc, nõ scrutanda.*

189. Linguas ne præscinde, sed cave.

Non est libertas hominibus tollenda. Nam, sicut Augustus dixit: Decet in liberis civitatibus liberas esse linguas. *Sed sic vivendum, ne sit, cur homines suam in te libertatem velint exercere.*

190. Ora virtute obtura, non metu.

Eodem spectat: Non claudenda sunt ora metu, operculo fragili et invalido: bene agendo efficies, ne quis malè de te sentiat, ac proinde nec loquatur.

191. Cogitatus liber.

vocatur catasta, voce quidem p'anè originis Græcæ, etsi nusquam Græcis usitata, certè hactenus non observata, etsi etiã accipiant pro loco, ubi servi vincti tenentur. Turneb. lib. 8. cap. 9. Est & catasta machina, de qua emi potuit.

f *ne turbetur ejus compositus status: sed ut naturalis habitus ei relinquatur.*

g *vide supra p.*

h Exod. 33. 20. *Homo ea est infirmitate, ut divinæ majestatis illustriorem conspectum ferre non possit.*

Ne-

Nemo prohibere poteſt quenquam cogitare i.

192. Cogitatus quis coget k? vis veritatis.

Hæc enim ſuſpiciones omnes tollet, & tanta eſt, ut ultro in mentes hominum ſe inſinuet: efficiátq; ut nemini aliter libeat cogitare, ſæpe nec liceat. Ideo rectè agendum eſt: non aliter aſſequemur, ut omnes de nobis rectè ſentiant.*

193. Homo homini par.

Ne quis ſupra hominē ſe efferat, ne contemnat, ne deſpiciat, ne ſe præferat alteri; quū ſimus omnes à Deo, parente omniū, a quo jure conditi, & in hanc vitam miſſi. Poteſt etiam ex Seneca dici: DEO imperium, homini conſortium.

194. Suaviſſimus poſt laborem fructus.

Sic demum frui juvat, quum res labore quæſita eſt, ut moleſtia præterita uſu præſenti levetur. Vulgare eſt: Parta labore juvant.

195. Animo corpus fulciendum.

Non ſuccumbendum operibus honeſtis, & deficientibus corporis viribus. Animi conatus tantus ſit, ut labens ac decidens corpus ſuſtentet: ex Seneca, libro de Vita beata.

196. Nocens ſe judice nunquā abſolvitur.

Semper enim accuſatur, & cōmendatur à conſcien-

i *Prohibetur aliquid vel voce vel opere. Quin alius malum cogitet; re ipſa obſtare homo non poteſt. at verbum Dei non tantùm facta, dicta, geſtus, cupiditates, ſed etiam cogitationes pravas prohibet.*

k *ita rectè Pragenſis emendatiſſima editio. Quid autem cogitabant, qui ſic mutabant,* Cogitatus quis cogitet? † *al.* aſſequimur.

scientia mentis suæ. Juvenalis:

Exemplo quodcunq. malo committitur, ipsi
Displicet auctori: prima hæc est ultio, quòd se
Judice nemo nocens absolvitur.

De hac re Cicero in Pisone, & pro Roscio Amerino, et Seneca multis in locis. Apud Quintilianum est illud proverbii: Conscientia mille testes.

197. Ebrietas nec madida, nec sicca.

Ebrietas madida est, quæ fit ex vino aut cerevisia: sicca verò, quæ ex affectu aliquo immodico, quum is vim omnem mentis & judicii consopivit, ut ira, lætitia, metus, insolentia: ex immodicis fortunæ l *successibus, arrogantia; voluptates, & omne delectamentorum genus: quam ebrietatem Græi vocant ἄοινον, quasi invinam* m. U*traq; cavenda; utraq; hominem extra se pellit, & impotentem sui* n *reddit.*

198. Potentiorem té ne admittito.

Consuetudo vitiorum, & qui à philosophis habitus dicitur (à Græcis ἕξις) violentissimus est tyrannus, quum animum occupavit. Ideo magnopere laborandum est, ne quis talis in nobis invalescat. non erimus nostri juris, illo admisso. Idem dicendum

l *dicamus potiùs:* ex nimiùm prospero *aut* læto rerum successu: *vel* ex immodicis secundarum rerum successibus.

m *malim* inviniam: *sicut Apuleio dicitur* invinius.

n *qui non potest sibi moderari & se intra æquabilitatis ordinem cogere. Ita impotens animi & ira, Curtio & Livio; etiam impos animi Plauto dicitur. Sic ἀκρατὴς ἐπιθυμίας: at ipsa ἐπιθυμία ἀκρατὴς Græcis: ut contrà potens rei ἐγκρατής.*

cendum de multis perturbationibus, ut irâ, ut avaritiâ: sed potissimùm ludi o *cupiditate, amore & voluptate.*

199. Precibus emtum carum.

Vulgare dictum, Cicer. Emere malo, quàm rogare. *Ite Apulejus in Florid.* Magnum preciũ sunt preces: *quippe illis additur verecundia. Sic igitur te cõpara, ut paucis egeas, quò pauca roges: & rogatus, magnum te, credito, accepisse precium ejus, quod rogâris, ne sis exoratu difficilis.*

200. Quiesce, nihil acturus.

Dictum Attilii, quod citat Plinius Novocomẽsis: Sati⁹ est ociosum esse, quàm nihil agere.

201. Ingenium inexercitatum, torpidum.

Cato ingenium hominis dicebat ferro esse simile, quod ex usu † *splendescit: at in ocio rubigine obducitur & exeditur. Exercendũ semper ingeniũ. (ocia enim feracissimum vitiorum seminarium) sed honesto aliquo & pulchro opere, velut eruditione & virtute. nam rebus flagitiosis aut turpibus exercere, hoc verò* p *non exercere est, sed corrumpere: de quo est sequens symbolum.*

202. Ingenium situ pereat, non sentibus.

Præstat ociosum degere, quam malis exercitamentis occupari.

203. Nullus sine linea dies.

Ex

o *i.e. ludendi, lusûs.* † *i. e. ob usum.*

p *elegans loquendi genus, & crebrum optimis scriptoribus, per voculam* verò *sic usurpatam. Quare malè mutaverant in* verè, *Pragensis editio etiam hic servat laudem suam.*

Ex vetere dicto, & more Apellis Coi pictoris, qui tantâ fuit in arte suâ diligentiâ, ut nullus præteriret dies, tam aliis rebus occupatus, in quo non ipse saltem lineam aliquam penicillo duxisset. Et erat olim maxima pars artis in lineis tenuissimè ducendis sita. Admonet, non debere diem ullũ abire, in quo non aliquid dignum homine egerimus: opus videlicet ingenii, vel ad eruditionem, vel ad prudentiam, vel ad probitatẽ & pietatem spectãs: quem dicunt fuisse Censorii Catonis morẽ. Iis verò, qui aliis artibus vitam quærunt, aliquid esse in sua cuiq; arte quotidie exercendum.

204. Calumniæ morsui nullũ remedium.

Nullum ferè est tantum malum, cui natura remediũ non pariat, saltẽ fugâ: atqui q *calumnia & clàm mordet, & antè occidit, quam sentiatur.*

205. Benevoli multi, consiliarii pauci.

*Ex Salomone**: *Multis bene & velis, & facias: arcana tua ne cuivis committas. nec quemlibet consule. Delige, quo possis in hanc rem tutò & cum fructu uti.*

206. Justitia gratuita.

Ex Cicerone. primo de legibus: Nihil est injustius, quàm justitiæ præmium quærere. *Et, qui mercede est vir bonus, mercede etiam erit malus.*

207. Misericordia venalis, crudelis.

Crudele est eum, qui sic affectus est, ut misericordia indigeat, cogere aliquid pendere, quo sublevetur. Est enim acerbus & immitis animus, quem

q *Sic rectè Pragensis: non* at qui; *ut alii.*

† *Dicendum* ex Siracide *nempe* cap. 6. 6.

quem non flectit hominis calamitas, sed ſuum commodum.

208. Bonorum rector, malorum victor.

Ex Seneca, epiſtola LXXXV. In ſecundis regendum eſt, in adverſis pugnandum: fortuna proſpera gubernanda arte, conſilio, prudentiâ, ingenio: irata retundenda magno robore, & invicto animo ſuperanda & calcanda.

209. Quod inveniſſe pigeat, ne quæras.

Satius eſt id ignorare: ut probrum domeſticum, triſtem ſortem r *à divinaculo* s *: quaſi prædicatur, nihil aliud quàm angit aſſiduò cor.*

210. Tantum ſcis, quantum operaris.

Ferunt, verbum hoc fuiſſe frequens d. Franciſco.† *Ita eſt. Veriùs ſcit vir bonus & rudis, quid ſit virtus, quàm malus & doctus: & in rebus ſacris Chriſti Spiritus copioſiſſimè præbet ſe piis. Quid prodeſt malo ſcientia? nec verè ſcit, tametſi argutè diſſerat. nam in peccato ſemper ineſt cæcitas. An non meliùs novit, quid ſit pingere, qui imperitè de pictura diſputans peritè pingit: quàm qui doctiſſimè diſputans, indoctiſſimè & lineas ducit & colores inducit?*

211. Perſona publica privatam depone.

Cui magiſtratus, aut imperium, aut principa-

r *reſponſum de ſubeunda calamitate.*

s wahrſager, *intelligit divinum, μάντιν, quem Martialis lib. 3. 29. vocat*

Non ſum divinus, ſed ſcio quid facias.

Sic Cicero Chaldæos & divinos *conjunxit. lib. de fat.*

† *monacho illo, non d., de quo ſuprà.*

Ex vetere dicto, & more Apellis Coi pictoris, qui tantâ fuit in arte suâ diligentiâ, ut nullus præteriret dies, tam aliis rebus occupatus, in quo non ipse saltem lineam aliquam penicillo duxisset. Et erat olim maxima pars artis in lineis tenuissimè ducendis sita. Admonet, non debere diem ullũ abire, in quo non aliquid dignum homine egerimus: opus videlicet ingenii, vel ad eruditionem, vel ad prudentiam, vel ad probitatẽ & pietatem spectãs: quem dicunt fuisse Censorii Catonis morẽ. Iis verò, qui aliis artibus vitam quærunt, aliquid esse in sua cuiq; arte quotidie exercendum.

204. Calumniæ morsui nullũ remedium.

Nullum ferè est tantum malum, cui natura remediũ non pariat, saltẽ fugâ: atqui q *calumnia & clam mordet, & antè occidit, quam sentiatur.*

205. Benevoli multi, consiliarii pauci.

Ex Salomone[*]*: Multis bene & velis, & facias: arcana tua ne cuivis committas. nec quemlibet consule. Delige, quo possis in hanc rem tutò & cum fructu uti.*

206. Justitia gratuita.

Ex Cicerone, primo de legibus: Nihil est injustius, quàm justitiæ præmium quærere. *Et, qui mercede est vir bonus, mercede etiam erit malus.*

207. Misericordia venalis, crudelis.

Crudele est eum, qui sic affectus est, ut misericordia indigeat, cogere aliquid pendere, quo sublevetur. Est enim acerbus & immitis animus, quem

q *Sic rectè Pragensis: non* at qui; *ut alii.*

† *Dicendum* ex Siracide *nempe* cap. 6. 6.

quem non flectit hominis calamitas, sed suum commodum.

208. Bonorum rector, malorum victor.

Ex Seneca, epistola LXXXV.. In secundis regendum est, in adversis pugnandum: fortuna prospera gubernanda arte, consilio, prudentiâ, ingenio: irata retundenda magno robore, & invicto animo superanda & calcanda.

209. Quod invenisse pigeat, ne quæras.

Satius est id ignorare: ut probrum domesticum, tristem sortem r *à divinaculo* s *: quasi prædicatur, nihil aliud quàm angit assiduò cor.*

210. Tantum scis, quantum operaris.

Ferunt, verbum hoc fuisse frequens d. Francisco.† *Ita est. Veriùs scit vir bonus & rudis, quid sit virtus, quàm malus & doctus: & in rebus sacris Christi Spiritus copiosissimè præbet se piis. Quid prodest malo scientia? nec verè scit, tametsi argutè disserat. nam in peccato semper inest cæcitas. An non meliùs novit, quid sit pingere, qui imperitè de pictura disputans peritè pingit: quàm qui doctissimè disputans, indoctissimè & lineas ducit & colores inducit?*

211. Persona publica privatam depone.

Cui magistratus, aut imperium, aut principa-

r *responsum de subeunda calamitate.*

s wahrsager, *intelligit divinum, μάντιν, quem Martialis lib. 3. 29. vocat*

Non sum divinus, sed scio quid facias.

Sic Cicero Chaldæos & divinos *conjunxit. lib. de fat.*

† *monacho illo, non d., de quo suprà.*

tus mandatur: is sciat jam non sibi suas utilitates quarendas, sed populi, cui praeest. sic optime publicum officium administrabit. alioqui fiet tyrannus. Deberet pro curiarum foribus dictum aliquod in hanc sententiam inscribi, quo admonerentur magistratus & eorum consultores: Huc ingrediens, personam privatam relinque in limine, publicam sume.

212. Parvo fames cōstat, magno fastidium.

Natura paucis rebus satisfit; fames exiguo cibo placatur et tollitur: ingentes mensa fastidium afferunt & morbos.

213. Unum est necessarium.

Verbum Domini & servatoris nostri Christi, ad augendam curam pietatis, & minuendam solicitudinem rerum periturarum. Procuratio & cibi, & potus, & rei familiaris, in qua Martha versabatur, utilis quidem homini ad tempus: at sedere ad pedes Domini, & illius verbâ puris animis haurire, quod erat Magdalena t *munus, id demum necessarium, & quod nunquam aufertur. Quum omnia, sive ingenii decora atque ornamenta, sive corporis atque externa commoda expenderis; intelliges, unum esse homini necessarium.*

214. Men-

t Luc. 10. 42. *scribitur:* Maria bonam partem elegit, quę non auferetur ab ea. *Hac erat soror Lazari Bethaniensis: quam ipsam Mariam Magdalenam, vulgò fuisse existimant: etsi aliis ex* Luc. 8. 4. *Maria Magdalena diversa, nempe Galilaa videatur. Quare, quod sacer contextus dicit, & dubii nihil habet, retineri debuit.*

214. Mente Deo *u* defixus.

Hoc symbolum tam fausto omine x *ponetur ultimum, quam illud primũ,* Scopus vitæ Christus. *Ipse est initium, ipse finis, ab ipso proficiscuntur omnia, in ipsum tendunt. Huic oportet nos affigamus, si volumus beati esse, non alio clavo, quam mente ipsa.*

Possunt alia permulta symbola deduci ex Platone, Cicerone, Seneca, Horatio: sed præcipuè sacris literis, fonte ut copiosissimo, ita liquidissimo ac purissimo. & scriptoribus nostræ religionis adsunt *y* proverbia tot, & metaphoræ, & allegoriæ, fabulæ quoq; & historiæ, quæ suppeditare magnum numerum possunt. & nostra hæc mutari, atq; in alias verti formulas licebit, & ex scholiolis alia desumi. Quocirca nec illa attigi, quæ sunt omnibus in ore: *Nosce teipsum: Ne quid nimis: Sponde, jactura præsto est:* quæ dicuntur tria Apollinis *z* oracula: &, *Dimidium plus toto*, quod Hesiodi est um *Sustine & abstine*, quod Epicteti. Hæc quæ posui, sufficient sive ad sententiarum copiam, quæ omnes penè his sunt conclusę, sive ad rationem ostendendam, quemadmodum alia possunt innumera excogitari.

u *i.e. in Deo, vel in Deum. Hîc autem Deo est casus tertius: ut Virg. 2. Georg.*
——— Terræ defigitur arbos.

x *id est, commodùm, feliciter, opportunè.*

y *insunt.*

z *Delphici illius dæmonii. Diabolus a. non est semper mendax sed semper fallax. interdum dicit, quod Dei est.*

FINIS.

INDEX IN NOTAS SUPER INTRODUCTIONE AD ſapientiam & ſatellitio animi.

For-

Index.

FINIS.

6 4 5

BREMÆ

Impensis M. Johannis Willii & Johannis Benthemii, ibidem scholæ collegarum.

650

FIVE

